

Eccl. 10.  
v. 8.

maiore parte diuisit. Ut omnibus notum sit, tranquillitatis pestem esse iniustiam, nec posse regna stabili diuturnitate florere, si æquitatem constiterit exulare. *Regnum* ( inquit Eccles.) à gente in gentem transfertur propter iniustias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Eccles. 10. v. 8. Omnia vitia veluti manufacta tranquillitatem regnorum impetunt, sociabilis nexum concordiae euertunt, & noxiā calamitatum illuum afferunt. Verū prima, & ad regna subruēda validior est iniustitia: Propter iniustias: quasi nil firmum, nil stabile, fixum nil permaneat si æquitas, & iustitia non floreant. *Iniustitia* ( inquit Hugo hīc) quasi genus præmittitur. Ut in genere species rerum variæ continentur, ita ex iniustitiæ sinu vitia omnia funduntur, & veluti copiosa cohorte contra regnorum stabilitatem adarmantur: vt econtrā: si iustitia vigeat, omnia aduersatorum machinamenta euanescunt, & regna inter confusa calamitatum volumina afflurgunt. Diabolus Iob, eiisque regnum multiplicibus euertere machinamentis admittitur. Famigerabile committritur prælium: armata nequita in sui opem commouet elementa, inimicorum adducit castra, flamarum ejaculatur volumina. Sed licet iniusta rapina, elementorum violentia, rapida flamma Iobi regnum quassarit, euertere tamen non potuit. Quod si inquiras: Quibus fuerit Iobus armis protectus? respondebit ipse, apprehendisse æquitatis scutum, & irritum excassisse contortum telum: *Iustitia induit me vestimentum, & vestini me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudio, pater eram pauperum: & causam quam nesciebam, diligenter inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Iob. 29. v. 14 Totum Iobi erat studium castigate crima, impedire peccata, impertire miseriis benignitatis auxilia: ergo dum procedit in campum iustitiæ armatus, eius triumphis militare agnoscitur inimicus. Diabolus dum tot armorum violentia regnum non potuit euertere, iustitiæ inexpugnabile præsidium esse intitus declarauit. Prodest Gregor. 19. Moral. cap. 12. *Ille iustitia sicut vestimento vestitur, qui se vnde bono opere protegit.* Dum Iob æquo iudicio armatur, inexpugnabili muro cingitur, nec armata furiarum nequitia quiuit euerrere, quem iustitia studiosissimè culta probatur firmare. Discant Principes firmiora regnorum fulcra esse iustitiam illæsam, æquitatem vigilanti cura seruatam;

## §. LXXXVI.

Sæpè, ne videaris ingratus, conuinceris esse ingratissimus.

**O**bscrum vitium ingratitudo est, quam auer-  
santur cœlestia, quam detestantur huma-  
na. *Omnino* (iebat Bern. in Alleg. Thylm. ad Luc. 17.) nos sola à profectu conuersationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo perditum reputans; qui dedit, quod ingratus accepit, cauet sibi de cætero, ne tanto plus amittat, quanto plus conferat ingrato. Ingratitudo est frigidus aquilo beneficentia aromata fluere non sinens. Nam qui experitur perdisse collatum, repetere refugit beneficium: amicitiae dulcedinem impedit, cōuersationis non permittit solatium, quia ingratus ingenerat socijs fastidium. Verū solerter curandum est, ne ipso laboretur remedio, & dum quis ingratus timet

Eminide Naxera in Reg. Tom. IV.

apparere, probetur ingratissimus denigrari: quod putabatur ægritudinis leuamentum, reperitur auxilium? & dum quis odibilem detectat ingratib[us] subire notam, deteriorem sibi conciliare solet inuidiam. Acceperat Dauid egestatis tempore à Siba opportuna subsidia: *Apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus.* Sup. 16. v. 1. Postea cum controuersia inter Miphiboseth, & Siba orta fuisset, ne beneficijs obstrictus erga Sibam censemetur ingratus, fixo decreto facultates, & possessiones diuisit: *Tu & Siba diuidite possessiones.* Hanc facultatum diuisionem decreuisse Dauidem, vt Sibæ faueret, tradit Abul. q. 29. *Fuit ex quodam favore Siba, nam Siba tanquam cautus adulator iuit ad Dauid tempore nec effusis, & obulsi ei munera (supra 16.) unde Dauid affectus fuit ad illum.* Erubuit Dauid erga Sibam à quo acceperat opportuna subsidia, non exhibere gratitudinis argumenta: Verū dum ingratitudo censuram, ingratissimi subit notam. Nam cùm Ionathæ Miphiboseth parenti lögè plura, & ampliora deberet obsequia, plectibilis erat ingratitudo eximij benefactoris filium iniuste dispoliare, vt exigua largientem alienis quiret facultatibus adaugere. *Dauid (inquit Lira) non fuit tunc recordatus amicitia Ionatha patris Miphiboseth.* Quæ summa à Ionatha acceperat beneficia, obliuioni tradidit, & ingratus erga Sibam videri extimuit: vnde ne solderet ingratitudinis maculis obscuratus, ipsa gratitudine fuit ingratissimus. Certè miris coloribus Scriptura depinxit, quæ mortalibus frequenter accidunt. Sæpè ne benefactori videantur ingratitudo, delinquunt æquitatis prorsus oblieti, nec in memoriam reuocant accepisse à Deo vitam, salutem, honorem dignitatem, sed contra ipsum admittunt culpam: & hoc totum, vt ingratitudinis confusibilem vitent notam. Itaque erga hominem, à quo exigua minutaque acceperunt officia, adlaborant gratitudinis pendere obsequia, et si contra Deum opus sit perpetrare peccata. Delusi existimabant ex Hebræis nonnulli à Luna accepisse beneficia, & grati eius in honorem erigebant altaria: *Facientes faciemus omnē verbum, quod egredietur de ore nostro, ut sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina.* Ierem. 44. v. 17. Iam sacrificiorum causam ad- Ierem. 44. nectunt: *Saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.* Fatuitas errabat, existimando accepisse à Luna ad alendam vitam alimenta, & ei in argumentum gratitudinis sacrificabat libamina: cùmque à Deo plura, & maiora induitum esset recepisse, compensabant diuinitatis offensa, exaugurationis iniuria. Ipsa gratitudo ingratissimos homines prodebat, & iniurios Numini publicabat. *Significatur fortuna* ( inquit Glos. Moral.) *eo quod est variabilis;* vnde dicit quidā: *Rota fortuna variatur imagine lune.* Adnectit: *Omnes prædicti in cultu fortune sunt occupati.* Itaque colebant Lunam, per quam putabant opipara frui mensa, & ingratissimi Deum offendebant à quo eorum pendebat salus, & vita.

## T E X T V S.

V E R S . 30. Responditque Miphiboseth Regi: Etiam cuncta accipiat postquam reuersus est dominus meus Rex pacifice in domum suam.

## §. LXXXVII.

*Maius Dei beneficium est inuita inter aduersa patientia, quam splendens inter comeditates fortuna.*

**P**atientia aduersitatis est leuamentum, anchora contra naufragium, consummatæ perfectionis indicium. Ut nauigium firmissimis fundatur anchlis inter reluctantium secum ventorum adsultus, ita patientia inter confusos aduersitatum vortices manet, non dico non diuexata, sed firma. *Saluberrinam patientiam commode* (aiebat Cassiod. 7. Var. 27.) *ut causas vestris ferat remedium, & iussionibus publicis procuret effectum.* Aduersis affert tolerantia remedium, quia è cœlis affert contra ingruentes aduersitates auxilium. Ionathas obnixè à Dauid Dei umbram gerenti, petiuit, ut suis posteris consulteret, nec unquam misericordiam auferret. *Non auferes misericordiam tuam à domo mea usque in sempiternum.* <sup>1. Reg. 20. v. 15. Ann. v. 15.</sup> *Reg. 20. v. 15. Ann.* Interpretes, an Dauid sacramentum violarit, quando Miphiboseth possessiones Sibæ concessit? Aliqui apud Abul. q. 31. existimant, quam promisit misericordiam, non impendisse, fidéique violasse: *Dauid iurauit facere misericordiam semini Ionathæ, ut patet præcedenti lib. cap. 10. nunc tamen non seruauit misericordiam, cum abstulerit ei ea, quæ sua erant.* Verum Abulensis illæsum custodisse testatur pactum: nam cum Miphiboseth inuita calumnias, paupertatemque subiugari patientia, non potuit nō ditescere eximia misericordia. Certè Dauid Dei imaginem gerens, ut maiorem erga Miphiboseth misericordiam ostenderet, diuinitatum imminuit copiam, sed inuitam inter aduersitates est dilargitus patientiam. Audi quam constanti animo factiosas calumnias tulerit, quam generoso despectu diuinitarum copiam contemplari, quam solùm Dauidis gloriam situerit: *Respondit Miphiboseth Regi: Etiam cuncta accipiat, postquam reuersus est dominus meus Rex pacificè in domum suam.* Ac si dicat: Mihi molestum non est denigrari calumnijs, denudari diuinitjs, si Dauid throno potiatur. Hæc animi celitudo cumulatius erat beneficium, quam honoris esset, & diuinitarum augmentum: ergo cum à Dauid, hoc est Deo, hæc Miphiboseth animi promanauit constantia, misericordia promissio remansit fixa. Verba Abulensis sunt: *Dicendum quod non violauit istud pactum, quia fecit misericordiam magnam cum Miphiboseth.* Cum maior misericordia sit, diuinitas generoso animo despiceret, quam habere, bene Dauid custodivit pactum, cum constantis patientia Miphiboseth copiosum dilargitus est censum. Deus quem sero concesserat, citò ab Abraham generosum filium petiuit: *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* <sup>Gen. 22. v. 2.</sup> Abrahamus eodem vultu audit posteritatis promissum, & holocausti præceptum. Basilius Seleuc. Orat. 7. ait, voluisse Deum sibi charum ostendere, & eius eximiam virtutem manifeste populis euulgare: *Tentat non ob suam ignorantiam, sed ut insum populis invulget, ut serui virtutem pluribus faciat testationem.* Bene: sed cum Deus plurima charitatis suæ erga Abrahamum documenta ediderit, dum de Hux Chaldaeorum

eduxerit, dum fœtosis gregibus replet, dum hostilibus trophyis clarescere facit. Quid modò holocaustum exigat, ut impensè amatum Abramum ostenderit, vtque testationem virtutem eius vulgarit? Expende (amabo te) ante diuinitatarum copia, triumphorum laude emicuisse, sed tanto patientiæ censu nondum raliasse, modò verò in sui admirationem orbem traxit, & thesauros patientiæ ostendit. Ergo cum augustius sit beneficium inter acres doloris, & aduersitatis fœtus inuita ornari patientia, quam diuinitarum, & triumphorum augeri copia, chariorem sibi Deus Abramum ostendit, dum inuita constantia munit, quam dum immetatis facultatibus replet. Audi Basilius: *Tentatione purgat Abramum patientia simulacrum, ut nitidiori operi ostentato, spectantem rapiat in admirationem.* Spectantem rapit in admirationem, dum filij tenerimi amore saucius, dum naturæ fluctibus impetus vicit, illæsa semper patientia, & immetata inter aduersitates constantia: Diuinæ amicitiæ clarius erat testimonium, quam diuinitarum copia, coronata triumphis patientia. Miphiboseth misericordia impeditur, dum acceptabili tolerantia invenitur.

## §. LXXXVIII.

*Quævis iusto dulcescit molestia, si Deus accepta de inimicis redimatur victoria.*

**H**ominis spiritus corpus suum amat, eiusque incommodis vehementer afficitur; ut econtra prosperis semper latetur: formidat honoris notam, paupertatis miseriam, & quidquid corpori affert dolorem, spiritui ingerit tristitudinem. Verum si cœlesti amore inflammetur, terreas quodammodo qualitates deponit, & quasi molestâ sarcinâ expeditus, solam Numinis gloriam suspirat anhelus. Iam nihil asperum, nil sibi videtur acerbum, si amatus victoribus resplendeat lauris, & plausibilibus celebretur elogis. Vnde quidam amore cœlesti ictus inter confusos calamitatum vortices, & dolorum mortuis aiebat: *Scio quod Redemptor meus viuit.* <sup>Iob. 19. v. 25.</sup> Iob. 19. ac si diceret: Flagellis cœdor, calamitatum vorticibus iactor, amicorum calumnijs premor, sed cum memoriam subit, Christum triumphaturum deuictis hostibus rediuium, inter pressuras gaudeo, inter calamitates respiro, quia minus me propria discruciat angustia, quam dilecti exhibaret gloria. Prodest Gregor. lib. 14. Moral. cap. 26. *Libera voce profiteor, quia Redemptor meus viuit, qui inter impiorum manus occubuit.* Inter delicias, diuinitaque durè Iob torturatur afflictus, si eius Redemptor non resplenderet lauris triumphalibus coronatus, ast dum Christus triumphet, patienter fert foeridis verribus arrodi, & saeuis doloribus discruciet. Huius exemplum Miphiboseth videtur secutus: nam licet mendacibus calumnijs fuerit denigratus, licet à seruo contemptus, licet facultatibus nudus, nil illi testatur esse molestum, cum Dauidem aspicit throno restitutum, & triumphali pompa exceptum. *Respondit Miphiboseth Regi: Etiam cuncta accipiat, postquam reuersus est dominus meus Rex pacificè in domum suam.* Inter copiosas facultates sordecebat illotus, atrisque vestitus, dum Rex iactabatur aduersa fortuna vexatus, ast dum eximia iam refulgere conspexit gloria,

gloria, & recuperasse regalia sceptrum, nec paupertatem dolet, nec calumnias sentit. Hunc esse verborum sensum innuit Nost. Sanct. *Ait sibi nil accidere posse molestum, cum Rex denictus hostibus latet, & glorijs in solium, ex quo excidisse videbatur, redierit.* Dauidis gloria omnem Miphiboleth alleuabat molestiam, ut Dauidis molestia omnem eius oppleret nebulis gloriam, quia verus amor, amato afflito, inter delicias mœret, ut felici, inter pungentes molestias gaudet.

## T E X T V S.

V E R S . 31. Berzellaï quoque Galaadites descendens de Rogelin, traduxit Regem Iordanem, paratus etiam ultra fluuium prosequi eum.

## §. LXXXIX.

*Qui Christum desiderat comitari, deponat celsa, sequatur humilia.*

Luc. 19. v. 5. **L**icet omnes virtutes indefesso resplendeant lumine, humilitas semper Deo inuenitur vicina, & cœlestibus probatur accepta. Dū humilis seipso probatur inanior, inuenitur Christo proximior; humilitas, quæ est virtutum nutrix, perfectionis altrix, Domino adhæret proxima, & approximat grata. *Modus amplificanda gratie* ( aiebat Basil. Seleuc. Ora. 28.) est humilitatis vis. Humilitas apud Deum amplificat gratiam, contrahit cum cœlitibus amicitiam, expeditam ostendit, ut Dominino approximaueris, viam. Vbi Berzellaï decreuit, Dauid Christi umbram gerentem comitari, deseruit celsa, petiuit humilia: *Berzellaï quoque Galaadites descendens de Rogelin, traduxit Regem Iordanem.* Expende illud *Descendens de Rogelin, Descendens, Regem est comitatus;* non fuisset, si ambiret alta, sequitus: ast dum quæ hominibus celsa contemnit, dum descendere ad humilia non timet, Principis meretur consortium, & gratissimum præstat obsequium. *Descendens de Rogelin* ( inquit Abul. q. 31.) iste erat locus suis in terra Galaad supra 17. & descendit de eo ad eundum cum Rege. Ad comitandum Regem descendit, ut qui bene nouerat, opus esse, ut Regis adhæret lateri, celsa fugere, planiora sectari, cum Deus altos à longe cognoscat, & humiles de proximo adspiciat. Zachæus videndi Christum laudabiliter curiosus, patulos proceræ arboris ramos inscindit, Christus, ut frueretur desiderio, & eius felicitaretur alloquio, celeriter monuit descendere: *Zachæus festinans descendit, quia bodie in domo tua oportet me manere.* Luc. 19. v. 5. Si inquiras: Cur qui bene ascenderat, alta deserere præcipiatur? Respondebit Ambrosius, eius facta votis quodammodo contraire, & altitudinem oculorum perspicaciam hebetare. Cupiebat Zachæus videre Christum, & nitebatur ad celsum; ergo Dominus expedita edocuit itinera, ut assequeretur honestavota. Non dum pronus erat ( inquit Ambros. in Cat.) cum ascenderet, & nondum viderat Christum. Dum nititur arboris eminere fastigio, dum supergredi cæteros conatur ascensi, Christum non viderat, nec humilitatem eius agnouerat: descendat ergo, ut solidum potiatur gaudium: *Exceptit illum gaudens: & dignum Christo exhibuerit hospitium.* Arbore tatus aciores ventorum flatus sustinchat, & ca-

sus aspera formidabat, nec poterat frui imperturbata lætitia, dum ramorum incutiebat metum fragilitas, & ventorum animum solicitabat pugnacitas. Vbi deseruit alta, ubi tenuit humilia, Christum in domum potuit excipere, & vera hilaritate gaudere.

## §. X C.

*Virtutis studiosus metam sibi non figit, sed semper gradum promouere contendit.*

**V**irtutis alumnus honestatis profectum semper honorabili ambitu sitit, nec sibi metam non transiliendam statuit: alacriter inchoatis incumbit, promouere gressum ad perfectiora semper intendit. *Affidua solicitudine* ( aiebat Cassiod. 4. Var. 47.) refouenda sunt, quæ continuis exercitiis subiacere noscuntur. Affidua conatu refouenda sunt honestatis studia, ne consuetudine ignava nascantur tædia. Paulus se ad anteriora extendebat, nec cursus metam fastidio negligenti taxabat: & Berzellaï etiam honestatis amator sibi non prescripsit terminum, sed iugiter refouebat præcordijs merendi votum. *Berzellaï quoque Galaadites descendens de Rogelin, traduxit Regem Iordanem, paratus etiam ultra fluuium prosequi eum.* Et quoique prosequi paratus? Non definit tempus, metam non figit, quia anhelus placandi ambitus nec tempore circumscribi, nec patiebatur termino claudi. Notauit Abul. q. 31. *Ibat cum intentione comitandi Regem ultra Iordanem.* Festinavit, ut traduceret Regem, sed paratus indefesso conatu ultra fluuium prosequi, nec statutis limitibus contineri. O quam aliter plures! metam sibi in virtute constituunt, ad quam aut non perueniunt, aut si attigerunt, non transeunt! Abraham iubet Deus patriam deserre, & in sibi ostendendam terram gressu celeri properare: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi.* Gen. 12. v. 1. Et cur qui cœlesti Gen. 12. Oraculo obtemperans, quam possidebat, deserit, v. 1. ad quam ducatur terram, non inquirit? *Veni ( inquit ) in terram, quam monstrauero tibi.* Quam, aut quando monstrabis? Areane ( inquit ) celo, & alumnnum virtutis erudio. Satis non erat affectum patentæ exuere, satis non erat amore patriæ nudari, sed opus fuit, quod ducebatur, contendere, & metam itineri non præfigere: *In terram, quam monstrauero tibi:* siue post decursa longissima spatia, siue post prolixa annorum tempora. Itaque quem ad perfectionem expoliebat, metam celauit, & arripere viam solùm admonuit. Notauit Basil. Seleuc. Ora. 7. *Familiarium vinculis exemptus ades mihi, cognationes abrumpe, a nativo solo secede, secede a patre, & patria, & vice naturæ viræ, ac retinacula, dum ad virrurem exerceris.* Putares ad virtutis fastigium peruenisse, tantis vinculis exsolutum, & tot terrenis affectionibus, denudatum; sed dum adjicit: *Veni in terram, quam monstrauero tibi:* edocet restare longam viam, ut ad consummati viri statu perueniat. Et expende, non solùm metam celasse, sed telluris qualitatem non expressisse: *In terram, quam monstrauero tibi.* Non rogat Abrahamus, antellus varijs floribus depicta, pomiferis arboribus consita, lucidis, & conspicuis fluentibus irrigata, non inquirit, an solis ardoribus arida, an inclemensia cœli infœcunda, an asperis cliuis montosa. Promptus viam carpit, nec de telluris ingenio inquit, nam quaquam Deus duxerit, paratus erat.

contendere. O Abrahami obedientiam! O in obtemperando constantiam! Redeat iterum datus Basilius: *Locum occultat, ut animi constantiam exerceat, metam celat, ut cursum contendat, cognitio nem admit, ut ad eius desiderium exsuscitet suscep tum in terra cursum.* Cognitionem vitiliter admitt, ut cursus, pro termino haberet currere, & votis Domini attemperari. Sunt, qui velint virtutis adire scholam, sed relinquere nolunt patriam: sunt, qui exoptent honestati deseruire, sed inter cognatos, & familiares manere: sunt, qui sequi decernant Christum, sed sequendi sibi præfigunt terminum. Hi omnes ab Abrahami, & Berzellai exemplis deficiunt, nec consummatæ perfectionis iter agnoscunt.

## TEXTVS.

VERS. 32. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi, cum moraretur in castris: fuit quippe vir diues nimis.

## §. XC I.

*Senectus dum occasui proximior, esse debet in virtutibus actuosior.*

**S**TAT quidem terminus nobis cœlesti decreto fixus, & scit nemo, an remotus sit, an vicinus. Intra paucas horas efflauit spiritum, qui diu videbatur vescurus, qui valida iuuentute floridus, qui viribus integris vegetus. *Maxime vitium vita est* ( aiebat Senec. Epist. 101.) *quid imperfecta semper est. Quod etiam aliquid ex illa differtur.* Inepte satis nobis blandimur, dum quid restare nobis suademus, & in futurum disponenda mittimus, & non sine detimento differimus. Omnes mors incerta admonet ad iter disponi, & virtutum necessarium viaticum prouidere; senes vero, & iam defessa ætate maturi cogitare debent singulos dies morti debitos, aut fini vicinos. Verum ipsum ad virtutem incitamentum ad ignauia defleunt plurimi patrocinium: totum eorum studium est, vires refouere, corpori consulere, & laborem omnem repellere. Alba canicies mortis proximitatem denuntiat; sed unde orihi debuit virtuti auxilium, oriri solet negligenter periculorum fomentum: inert otio indulgetur, & de corporis commodis sollicitius agitur. Profecto Berzellai octogenarius exhibet senibus sequendam formam, imitandam præbet ideam: quid faciat, attende: *Descendens de Rogelin, traduxit Regem Iordanem, paratus etiam ultra fluuim prosequi eum.* Erat autem Berzellai Galaadites senes valde, id est octogenarius. Inquiramus: Cur Berzellai otio non indulserit, nec fluuim traiicere recusarit? Certè fracta iam senectus itineribus videbatur inepta, & solùm inertiae apta: cur ergo ætatis non vtitur priuilegio, sed viuidiori honesti laboris adurgetur studio? Certè ob id ipsum: Cum David Christi imaginem gerat, Berzellai audiens eius lateri satagit adhærere, quia morti non dubitat vicinari. Inopibus subuenit, afflictos refonet, extorres, ut ad proprias reuertantur sedes, traducit, & ad otia honesta inuitatus respuit: quia morti vicinus sapienter decrevit inscribere virtutibus actuosus. *Aulicas delicias contempsit* ( inquit N. Sanct.) *quia erat ea ætate. Quia erat ea ætate aulicas contempsit delicias, itineris*

verò non recusauit molestias, imò, ut plus seruiret, rapidas Iordanis traiecit vndas. Ut discant à Berzellai ætate prouecti vitæ residuum virtutibus consecrare, & sollicitius se à saeculi vinculis expedire. Moyses continua laboribus fractus, & molestis tanti regiminis fessus Deum obnoxè exorat, ut tantisper eius humeros alleuarit, & grauissimum pondus minuerit: *Cur affixisti seruum tuum? quare non inuenit gratiam coram te? & cur imposuisti pondus uniuersi populi huins super me?* Num. 11. v. 11. Deus votis annuit, & ad diuidenda onera populi senes designari præcepit: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël.* Forte cui videatur, non senes congregandos, sed iuvenes ferendis oneribus diligendos: nam senes ætatis priuilegio à laboribus debent eximi, non grauari. Quomodo ergo Oraculum iubet senes ceruicem iam deflexam subdere, & onus ferre? Certè ob id ipsum, inquit Philo, senes præ alijs occasui accedebant: ergo fas erat, præbere exemplum, non onera excutiendo, sed ferendis humeros adaptando: fas erat, ut illos inneniret mors honestis laboribus occupatos, obedientiæque prorsus debitos, & quia proximum ætas pronuntiabat interitum, viuidius arripiendum erat perfectionis studium. *Talis est Moysis spiritus* ( verba sunt Philonis Lib. de Gigant.) qui visitare solet illos septuaginta seniores, ut fiant præstantiores ceteris, & reddantur meliores. Quia nonnulli senectutis prætextu plus saluti consulunt, & minus spiritus incrementis attendunt, hoc erudiri voluit exemplo, ut discant spiritus incrementis sollicitè attendere, cum non ignorent vitæ iam termino propinquare. Berzellai senum norma, non prætendit laboris excusationem, sed sollicitius obsequijs curat obligare Dauidem.

## §. XC II.

*Vetuli inueniuntur plures, senes pauciores.*

**A**etas senectutis ( aiebat Sap. cap. 4. v. 9. ) *vita sap. 4. v. 9.* *immaculata.* Prolixa annorum series aferit ineritem vetustatem, immaculata vero vita honorabilem senectutem. Quid iuuant octoginta anni per ineriam exacti, & moribus obscuris amissi? Ille ego ( aiebat Amb. lib. 2. de Abrah. cap. 9.) bene senescit, qui bene senserit. Qui diu vixit prudenter exultus, morum polituræ exornatus, senis meretur elogium; qui vero pueriles confernat mores, qui in senectute adolescens, ætatis contra se habet præiudicium. Berzellai senex iure appellatus est, ut qui non solùm prolixam vitam duxerat, sed annorum seriem egregijs operibus exornarat: Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi, cum moraretur in castris. Ad aulicas delicias inuitatus, respuit, inauarus amplas dinitias egentibus erogauit, iustitiae partes adiuvuit: ergo senex erat omnibus suspiciendus, & reverentia honorabili dignus: non inuitatus subuenit, inuitatus aulicas delicias fugit. Sic responderent ( inquit Hugo) senes miseri, qui castra sequuntur, & ambient honores, & vocari Rabbi, & digito monstrari, & dici: *Hic est. Sed nequitia magna est, quæ vetulos nostros non sinit esse senes.* Cum ad venerabilem, dignamque senectutem exigatur annorum longæuitas, & morum probitas, plures nequeunt dici senes, quia refragantur illorum mores. Berzellai elemosynas largiter erogauit, delicias generose contempnit, miserorum causas fouit: ergo iure honoratur,

Dan. 13.  
v. 52.  
honoratur, & senex dicitur: *Erat senex valde*. Daniel, dum arguit iudices, non senem dixit, sed dierum inueteratum. *Inueterate dierum malorum*, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius. Dan. 13. v. 52. Vulgus, quos appetiebat canis albicantibus decoros, & iudicaria potestate vsos, senes existimabat. *Constituti sunt de populo duo senes indices in illo anno*. Verum Daniel non attendit externam caniciem, quia prodigiosum ea in ætate latere nouit ardorem. Non erant senectutis elogio digni, sed multis diebus inueterati. Redeat Hugo iam datus: *Sunt huiusmodi senes, & pueri. Senes tempore, de quibus Dan. 13. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua. Pueri sensu, de quibus Isaías 65. Puer centrum annorum morietur. Post centum annos durabat morum pueritia: erant diuinitate prolixia vetuli, sed non peruererant ad honorem senectutis; immo obscuram eis notam imprimebat prolixitas longa ætatis. Audi Ambros. Serm. de Pasc. Senectus morum inuenitur in pueris, innocentia infantium inuenitur in senibus. Inuertuntur aliquando ætates, & puer ad prudentiae peruenit canos, cum ætate longæus pueriles pectore foueat affectus.* Berzellaï senex debuit dici, quia studuit omnigena virtute florere.

## §. XCIII.

*In senibus aliquando est auaritia tenacior, & ambitus acquirendi viuidior.*

**C**VM hominum vitæ terminus cœlesti decreto sit designatus, & adquirendi ardor finiens. Auaris non est acquisitionis finis; quia immemores mortis. Quidquid adieceris, non erit cupiditatis finis, sed gradus. Ut qui hydropis morbo laborant, quod scyphis capacioribus vntuntur, ardenter siti inflamtantur, & inde prouenit ardoris augmentum, vnde sperabatur afflictionis solatium; sic diuinarum siti laborantes, eti superbis onerentur diuitijs, viuidioribus cupiditatis vruntur flammis. Plurimi laborant hoc vicio; verum senes præcipue, quos non credas vitâ finire, sed inchoare, ipso in mortis limine, quasi post mortem esuriant, acquirere diuicias anhelant. *Intra paucissimas horas* ( aiebat Sen. epist. 101.) postquam omnibus erat sani, ac valentis officijs functus, decessit. Ille, qui & mari, & terrâ pecuniam agitabat, qui ad publica quoque nullum relinquens inexpertum genus, accesserat, in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniae impetu raptus est. Ipso in vitæ exitu diuinarum fœdabatur ambitu, & suspirabat congerere, quæ, interueniente iam morte, non poterat non relinquere. Dignus fuit Berzellaï, qui sumptuosis celebraretur elogis, dum octogenarius refertur, & egentibus larga manu alimenta præbuisse dicitur: *Octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi, cum moraretur in castris.* Mira res: octogenarius non recondidit auarè aurum, sed generosè præbuit egentibus alimentum. Berzellaï ( inquit Abul. q. 32.) dedit necessaria Regi, toto tempore, quo fuit in terra illa. Magni requirebantur ad tot alendos milites sumptus, & tamen Berzellaï præbuit, cum esset octogenarius; quasi prodigium fuerit auri siti non vni, sed laudandis impensis erogare. Historiæ coloribus facer Textus, in sene omni virtute exornato insitum senibus cupiditatis appetitum depinxit. Tobias tunc stercore dicitur obcæcatus,

cum iam senectute maturus: *Contigit autem, &c. & ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretque cæcus.* Tob. 2, Tob. 2. v. 10. Cum nullus ignoret fœtida à Paulo appell. v. 10. lati stercora, quæ apud sæculum sunt pretiosa, idem fuit stercoribus sordidari, & auaritiae cupiditatibus infici. Ecquis hoc ait? Certè Thylm. in Allegor. *Calida stercora inciderunt super oculos eius, id est temporalia igne cupiditatis accensa.* Diuinarum amor stercoris calor est; ergo hic calor tunc Tobiae acrius pectus adurit, cum defessa senectute ad occasum celerior vergit. Tobiae stercoribus ingesta cæcitas eius patientiam ostendit, & etiam senum auaritiam historiæ coloribus adumbravit. Ecce qui proximi occasus colirio oculos debuit aperire, stercore probatur indecoram sibi cæcitatem elaborare: audiūs nititur apprehendere, quæ non ignorat celerius fugere. *Calida stercora igne cupiditatis accensa.* Tobias dum auari senis umbram gerit, cupiditatis stercore visum amittit, & tunc auariori desiderio inardescit, cum vita fugit. Quod in Tobias materialiter accidit, plurimis accidere senibus, compertum est: viribus deficiunt, annis plurimis prægrauantur, & nihilominus diuinarum cupiditatibus aduruntur, & stercoribus obcæcantur.

## §. XCIV.

*Diuicias pauperibus erogare, est honesta lucris censem augere.*

**F**elix est, qui diuicias bene collocavit, & egenis impertiuit, non solùm, quia animi magnitudinem prodidit, sed quia ad augendas diuicias honestissimam artem inuenit. Auaro tam deest, quod habet, quād quod non habet; nam habiti curis vrgentur, & non habiti desiderio etiam aduritur: auarus quatis sorte miser est; opulentia anxiè inuigilat sollicitus, inopia distorquetur vexatus. Generosus cum honeste diuicias dilatgitur, adaugere ipsa profusione probatur. *Maiestas* ( aiebat Philo lib. de Præmijs, &c. ) parit reuerentiam, grauitas metum; beneficem a vero amo rem, & benevolentiam. Animos liberalis honeste furatur, & dum miserorum alleuat infortunia, veluti fœcundis aruis adaugenda committit grana: quod videtur auri dispendium, laudabile est lucrum, & quod putat auarus luctum, experitum dispendium. Berzellaï Dauidi fugati atripienti occurrit, & opportuna leuandæ fami subsidia præbet. *Cum venisset Dauid in castra, Sobi filius Naas de Rabath, filiorum Ammon, & Machir filius Ammier de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelin, obtulerunt ei stratoria, & tapetia, & vasæ fistilia, frumentum, & hordeum, &c.* Suprà 17. v. 27. Ne quis putaret hæc officia alio animo præstata, adnexuit Textus: *Suspiciuntur, populum & fame, & siti fatigari in deserto.* Berzellaï hinc proditur generosus, non tamen diuinarum censu opulentus: transi ad cap. 19. v. 32. & videbis diuitijs affluentibus circumfusum, & veluti facultatum onere pressum: *Fuit vir diues nimis.* Hinc oritur quæstio: Si prius aded diuitem Textus tacuit, cur modò diuinarum opulentia prædictum prodidit? *Fuit vir diues nimis.* Ad hanc diuinarum copiam peruenit non sordidis usuris, non amaris mutuati fænoris beneficijs, non artificiosis dolis, non tetris rapinis, sed miserijs pauperum subleuatus. *Ipse præbuit alimenta Regi, cum moraretur*

*moraretur in castris. Sobi, & Machir Regi, & populo subuenierunt, sed, ut videtur, iter agentibus: Berzellai non solum dum inirent fugam, sed etiam dum castris producerent moram: ergo inter ceteros refertur dicitur, quia erga egentes liberalior. Innuit N. Sanct. Fuit hic homo diues, qui Davidi, dum esset in castris, ad militum subsidium magno usui fuit. Egentibus magno fuit usui, ergo magna incrementa acquisiuit censu; nam eleemosyna propagando, acquirit; auaritia affluendo, perdit. Abrahamus, & Lot nativas sedes deserunt, & peregrinationem, Deo obtemperantes, arripiunt: & licet uterque diuinarum referantur praediti copia, magna tamen inuenitur differentia: nam de Abraham dicitur: erat autem diues valde in possessione auri, & argenti. Gen. 13.v.2. Lot copiosis solum gregibus exundasse refertur: Sed & Lot, qui erat cum Abraham, fuerunt greges omnium, & armenta, & tabernacula. Utique gregum copiam ditatus, sed Abraham auro, & argento opulentus: quod si discriminis causam inquiras, respondebit Textus, apud Abrahamum tres peregrinos hospitio exceptos, & laetam mensam potitos; apud Lot duos, & frugalius altos: Coxit azyma, & comedenterunt. Gen. 19.v.3. Abrahamus dum plures exceperit hospites, dum conuiuum laetius instruxit. Tulit butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis. Gen. 18.v.8. maiori diuinarum copia exundauit. Qui plus Deo exhibuit, plus a Deo accepit; & ipsum honestum impendium copiosius pariebat lucrum. Huc voco Chrys. ser. 121. Abraham non sibi, sed pauperi diunes fuit, & opes non habere, sed prorogare gestiuit, magis magisque in sumum pauperis, quam in horreis recondere suas studuit facultates. Abrahamus plus erogauit, ergo plus horreis intulit. Nam ut fecundior tellus, plus rependit agricultae, ita copiosior eleemosyna plus afferit erogatori. Berzellai dum plus pauperibus impendisse refertur, & dicitur proditur: Fuit vir diunes nimis. Quare? Prebut alimenta Regi, cum moraretur in castris.*

Gen. 13.  
v.2.

Gen. 19.  
v.3.

Gen. 18.  
v.8.

*que Rex ad Berzellai: Veni mecum ut requiescas securus tecum in Ierusalem. Angustius premiaret, si extra Ierusalem ei diuicias, aut dignitates impenderet. Secura requie potiri augustius erat premium, cumulatisque beneficium. Volebat David aliquo modo recompensare (inquit Abul. q. 32.) pro beneficijs Berzellai, & dixit, quæ sequuntur: Veni tecum, ut requiescas securè tecum in Ierusalem, id est ibi manebis gaudens, & sine curis, & nullum timebis. Nullis conscientiae folidari reatibus, nullis aduersæ fortis inquietari timoribus, nullis fortunam prosperam tuendi diuexari solicitudinibus, erat vera laborum compensatio, & veræ familiaritatis ostensio. Non ait David: veni, ut dignitatum lumenibus fulgeas, ut copiosis diuiciis niteas, ut differtis, & saporatis mensis assideas; sed ut tecum securus quiescas, ut qui bene nouerat a David Dei umbra distantem, nec gaudio solido frui posse, nec imperturbata securitate potiri: cum verum gaudium ex virtutum conscientia oriatur, & virtutibus conserueretur. Sponsa etsi lectulo florido somnum cœperit, eleganti operositate domum nitidam habitauerit: Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. Cant. 1. 1.v.16. Sub arboris umbra testatur placidam se v.16. inuenisse requiem, & imperturbatam pacem: Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios: sub umbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cant. 2.v.3. Vbi existimabis sponsam fortunatorem: In plumbea, lenique culitra? an sub umbra arboris fatis angusta? Certè melius cum Sponsa actum videtur, dum eburneo, odoriferoque decumbit in lecto, quam dum in sylua quiescit sub malo, & tamen ipsa in lectulo ait varijs solicitudinibus premi: In lectulo meo per noctes quæsini, quem diligit anima mea. Cant. 3.v.1. & sub malo placida quiete, & suavis sima dulcedine frui: Sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. In sylva varijs erat corporis incommodes afflictata, sed interius dulcissima tranquillitate perfruenda, in lectulo videbatur quiescere, sed pungentibus probabatur curarum stimulis agitari: ergo in sylva fortunatior, nec in lectulo adeò felicior. Prodest Honorius apud N. Delr. in Lit. Si militudo est ab illo, qui onus in astu portat, & in umbram arboris festinat. Adnectit Honorius: Malus est sancta crux, fructus eius Christus, umbra tutela, vel refrigerium humani generis, quod graui onere peccatorum per astum concupiscentia premebatur. Quantumvis diuiciis quis affluat, quantumvis dignitatum splendoribus fulgeat, si molesto cupiditatum astu contingat adrui, nequit placide requiescere; at si nullâ internâ agitetur curâ, si nullâ vratur concupiscentiâ, quamvis sylua, & sub raboris umbra degat, fortunatus est. Nam felicitas plius consistit in cordis sereno, quam in elato dignitatis fastigio. Berzellai secura, & imperturbata quies in Davidis consortio promittitur, & prolixus eius labor præmijs dignissimis compensatur.*

### §. XC V.

*Non adeò ingens præmium est facultatibus cumulari, ut interna, & imperturbanda requie potiri.*

*Q*ui res per anotomiam non scrutantur, satis frequenter falluntur: felicem putant, quem copiosa famulantur circumstat turba, quem diuinarum munit exundans copia, cui prospira adulatur fortuna: cum saepè eiusmodi felices internis turbinibus concutiantur, & votis secum decertantibus discrucientur. Sepius pauper (aiebat Senec. Epist. 80.) & fidelius ridet, nulla sollicitudo in alto est: etiam si qua incidit cura, velut nubes lenis transit. Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis, & suppura tristitia. Miseros dices, si interna adspicias, quos personata felicitas, fortunatos ostentat. David ex se generosus, & multis beneficijs obstrictus, ut Berzellai digna largiatur præmia, non offert dignitatum, aut facultatum congenem, sed requiem imperturbandam: Dixit ita-

*Placida requie non fruitur prospera fortuna usus, sed vestigia Christi imitatus.*

*Q*ui Christi vestigia sequitur, multis, & sollicitis anxietatibus liberatur. Maximū felicium tormentum est timor semper suspicionibus discruciat, & de fortunæ varietate sollicitus: qui se ambitioni tradidit, multis dominis inserviuit.

*Nihil*

Nihil est miserius (aiebat Senec. Epist. 101.) dubitatione venientium quorsum erident? quantum sit illud quod restat, aut quale? collecta mens inexplicabilis formidine agitatur. Nullus hanc molestam volutationem quibit effugere, ni ex futuro didicerit non pendere, nisi mores satagat expolire, nisi volatilis gratis fucis oblitera fallere, perspicax valeat dispicere. Stabilita mens solidis, & veris gaudijs perfruitur, quia virtutibus expoliri conatur, non extrinsecus gaudium asciscit, quia domesticum, & introrsus exortum habet. Qui Christo viuit, qui eius vestigia sequitur, quae alijs in pretio sunt, contemnit magnanimus, & abactis cor exedentibus cupiditatibus, dedit tranquillus. Qui quotidie (addit Senec.) vita sua summam manum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur, & cupiditas futuri exedens animum. Ut David, quæ à Berzellaï acceperat, officiosa compensaret obsequia, & opportuna solueret grata estimatione subsidia, secum voluit habere, & imperturbata requie munera. Veni mecum, ut requiescas securus tecum in Ierusalem. Cum Berzellaï diuitijs exundaret, & quiescere patria posset, otiosum videbatur inuitare ad placidam requiem, & tranquillam securitatem. Nonne poterit Berzellaï natuvis laribus frui requie? nonne poterit potiri imperturbata securitate? Ergo opus non erit sequi Dauidis vestigia: Veni mecum: ut tranquillitatis potiatur commoda. Et ad hæc oblatum præmium satis videri potuit exiguum, nec tot laboribus munrandis adæquatum: secum offerat requiem: ut requiescas securus: sed promittat etiam diuitias, & dignitates, quæ ab hominibus suspirantur, & exambiuntur. O vtilem eruditio[n]em! Cum Dauid Christi Domini umbram gesserit, eius sequi vestigia admonuit: Veni mecum: ut Berzellaï vera assequeretur præmia, & solida perueniret ad gaudia. Audi Abul. q. 32. Vollebat Dauid aliquo modo. recompensare pro beneficijs Berzellaï, & dixit que sequuntur: Veni mecum, ut requiescas securè tecum in Ierusalem, id est ibi manebis gaudens, & sine curis, & nullum timebis; & fruoris tecum omnibus bonis. Berzellaï nimis diues erat, sed ipsa diuitiarum nimietas ad solicitas cogebat curas: splendida fruebatur familia, sed ipse familiae splendor solicitas ingerebat molestias. In patria yteretur personata felicitate, cum Dauid in Ierusalem frueretur vera, & perfectissima requie. Nequibat Berzellaï ad imperturbatæ pacis cōmoda aliter peruenire, nisi Dauidis studeret vestigia sequi: ergo eius adhærente lateri admonuit, & digna mercede, quæ acceperat, cōpensauit. Inter filiorum nobilem copiam, inter copiosam diuitiarum affluentiam, inter numerosam seruorum turbam animus non quiescit, quia aut amor timet, aut timor vrget. Solus ille imperturbabili fruitur tranquillitate, placida requie, qui Dauidis, hoc est Christi, sequitur studiosæ vestigia, & imitatur exempla. Iacob copiosis gregibus præpositus, fœcundis, & pulcherrimis vxoribus nobilitatus, diuitijsque onustus, ut testatur ipse, gelu diuexatur, ardore exuritur, vigilijs solicitis fatigatur: Aestu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Gen. 31. v. 40. Patriam repetens, sustinere cogitur socii supercilium, vterini fratrii vereri odium. Assumptis fratribus, persecutus est eum. Hunc ipsum Iacob videbis super nudam terram cubantem, & placidissima quiete fruentem: Cum venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, &

supponens capiti suo, dorminit in eodem loco. Gen. 28. v. 11. Mira res: ab eo fugit somnus inter diuitias, & copiosos greges, & nuda tellure dormit securus, & placidus. Ecqua discriminis causa est? Quia gregibus præpositus timebat leonis sauitiam, lupi audaciam. Opus erat ad depellendas technas indefellas agere excubias; scalam verò intuitus, didicit omnibus renuntiare, & ad vitam alendam pane quoquis, & solece contentum esse. Si Dominus dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum. Imperturbatus quiescit, placidissime dormit, cum pauper imitatur pauprem scalam, hoc est cruce pendentem. Bernardum audi in Allegor. Thyl. Quid nobis aliud innuit, nisi quod in culmine humilitatis cognitio constituitur virtutis? Stephanus in eisdem Allegorijs, in lapide capiti supposito agnoscit Christum, atque plures sine Christo inerti frui otio, sed non solido, & vero gaudio. Stephani verba sunt: Multi quiescent ab operibus exterioribus, sed non supponunt lapidem capiti, id est non faciunt hoc pro amore Christi, & ideo non merentur frui visione angelorum. Vnde viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius. Non deriserunt hostes Iacobi accubitum, Iudeorum deriserunt sabbathum: nam Iudei externa obseruantia otia bantur, sed interius desiderijs inanibus torquebantur; Iacob Christo adhærebat, & appetitibus renuntiabat, Iudeus sabbathis potuit otia, sed otiosus nequivit quiescere; Iacob potuit quiescere, quia studuit Dominum imitari. Solus namque tranquilla potest quiete potiri, qui Christo animitus decreuerit adhæretere. Ergo cum Dauid Berzellaï imperturbandæ pacis, & placidæ quietis promittit gaudia, eius monet sequi vestigia: Veni mecum, ut requiescas securus tecum in Ierusalem.

## §. XCVII.

Cœlestis mensa est eximum pro laboribus præmium, & faustum æternæ felicitatis auspicium.

**T**ribuenda est (aiebat Cassiod. 2. Var. 28.) in istis laboribus compensatio præriorum. Sæpe transitur in sæculo irremunerata militia, & sudores bellici assequuntur exigua præmia. Prudentes verò Principes Dei umbram gerentes, studioſa solitudine digno labores præmio compensant, & compensatione alios ad merendum inflammant. Berzellaï inter varios Dauidis casus fidem inconcussam seruauit, & aduersa fortuna iactatis generosa subuenire manū gestiuit: Ergo Dauid ex se generosus, & tot officijs obstrictus, ut dignam obsequijs mercedem redderet, secum voluit ducente, & in curia gratis fidelitatem honoribus compensare: Veni mecum, ut requiescas securus tecum in Ierusalem. Mira res: in Dauidis curia promittitur requies tranquilla, cum alijs in curijs ambitio periculosis certaminibus inquietet, & iniuria semper belligeret. Sed esto: pace tranquilla vratur Berzellaï: Ut requiescas securus: præmium videri potuit exiguum. Si Berzellaï lubricis in casibus Dauidi adhæsit fixo proposito, si egenti subuenit opportuno satis subsidio, etsi tranquille in curia degat otiosus, non censebitur præmijs competentibus muneras, præsertim cum diues in patria, & honestis otijs, & aptis souendæ senectuti vti quiret oblectamentis. Ergo obscurā Dauid vitet ingratitudinis notam, & amplioribus

## §. XC VIII.

*Opus est Christum initinere comitari si velis in termino imperturbando gaudio potiri.*

præmijs Berzellæi remuneret solicitam obseruantiam. Imo, inquit Caietanus, ut amplissima compensatione nobilitet, commensalem habere voluit. *In vita Hebreum habetur* (verba sunt Caietani) *Tu transi mecum, & pascam te in Ierusalem.* Regio cibo vesci, generoso vino potari, erat sumptuosius laborum præmium, & regiae etiam liberalitatis indicium. Commodebat nobis de vino generoso, dicta Cassiod. 12. Var. 4. *Hoc est enim merum, & colore regium, & sapore præcipuum... dulcedo illi ineffabilis suauitate sentitur, stirpis, nescio, qua firmitate roboratur: tactus eius densitate pinguiscit, ut dicas esse aut carneum liquorem, aut edibilem potionem.* In Christi mensa suave propinatur nectar, lacteo poculo relucet diuinitas, & ibi regales deliciae humana superant volta, & imperturbandæ pacis sunt tessera. Ergo licet Berzellaï probetur honestis obsequijs placuisse, & per tot lubricos casus illibatam fidem seruasse, superabundanti remunerabatur præmio, si cœlesti aleceretur conuiuio; nam ad Christi mensam admitti, est augustissimum laborum præmium, & diuinæ liberalitatis elogium. Audio Abraham triumphis nobilitatum, & cœlestis protectionis certis spebus suffultum, Deum alloquenter, interrogantemque: *Domine Deus, quid dabis mihi?* Gen. 15. v. 2. Patriam reliquerat, Lothum de prædonum manibus liberarat, hostes attruerat; sed magna erat laborum merces, ipsa victoria, & Numinis promissa tutela, nihilominus ampliora sitit, & interrogando munificum urget. *Quid dabis mihi?* Transi ad Eliam, videbis que accepta de Baal sacrificulis decantanda victoria, euersa detestandi figmenti ara, absumpta cœlestibus flammis victima, non sciscitur, quid sibi dandum, sed arcanum profert Silentium. Profecto Elias pro Dei honore ingentissimos labores subierat, claustrum nubibus iniecerat, impietatem depulerat, & pro legis obseruantia pericula manifesta contemplaverat, cur ergo non rogat: *Domine Deus, quid dabis mihi?* Si attendas acceptum pro exantlatis laboribus præmium, non miraberis amplius non querere, nec hoc in sæculo præmium ambire. Ab Angelo excitus, epulo cœlesti reficitur: *Respxit, & ecce ad caput sum subcinericus panis, & vas aquæ: comedit ergo, & babit, & rursum obdormiuit.* 3. Reg. 19. v. 6. Ergo pane angelico altus dicere aufus non est: *Quid dabis mihi?* cum se totum Deus dederit, ut religiosum zelum munearit. Allatum panem Eucharistia fuisse vmbram, tradit Paschasi lib. de Corp. &c. cap. 10. *Hoc potu, ac cibo Elias de manu Angeli pastus... Ex quo patenter innuitur, quod eibus iste Eucharistia corporis, & sanguinis Christi manibus Angelicis defertur.* Angelico pane pastus, nihil habuit, quod expeteret, cum illius cibi virtute & Iezabel minas illuserit; & ad montem cum Deo reciprocaturus verba, peruenierit. Abraham dum eiusmodi cibo non pascitur, de præmio sciscitur sollicitus, dicatque: *Domine Deus, quid dabis mihi?* ast Elias nil, quod exambaret, habet, epulo Eucharistico altus. Eliam imitentur, qui cœlesti epulo saginantur, nouerintque, quantumvis laborum emicuerint tolerantia, & calamitatum patientia, amplissimo se præmio remuneratos, & ad noua, ut Elias, certamina instructos. Dum Berzellæi regiam ad mensam invitatur, digno pro laboribus præmio fruatur. *Pascam te mecum in Ierusalem.*

Gen. 15.  
v. 2.

3. Reg. 19.  
v. 6.

**N**on dubitamus gratissimum post anxios itineris labores esse exoptatum litus appellere, quia ibi periculum non timetur, & stabilis securitas adulatur; verum opus est itineris labores non recusare, qui vult stationis commoditate potiri. *Illud est potius graue* (aiebat Cassiod. 7. Var. 22.) *si miles viuat oriosè, cui questus est actio sua: honor principalis, iniunctio, similis enim discincto habetur, qui ignobili torpore relinquitur.* Legitime decertans triumphali lauro redimitur, imbellis relinquitur, & contemnitur afferente Paulo: *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* 2. ad Thim. 1. ad Thim. 2. v. 5. Ardua certamina, legitima prælia triumphalia percedunt coronam, & corona inertissimam contempnant ignauiam. Inueniuntur in Christianis castris; qui exambiant stipendium; & iners simul sectentur otium: suspirant coronam, sed non exutiunt ignauiam; florulentam exambiunt palmarum, sed recusauerit cum vitijs pugnam. Daud placidam requiem, inconcussam securitatem Berzellaï in Ierusalem promittit, ea tamen conditione ut ipsum in itinere comitetur, & ab eius recedere latere non patiatur: *Veni mecum, ut requiescas securus mecum in Ierusalem.* Nota verba *veni mecum*: iniungit itineris laborem, sed ut stabilem perueniat ad requiem: *ut requiescas securus mecum in Ierusalem:* ac si dicat: in Ierusalem securus, & gaudens mecum requiesces, sed si mo in via comiteris, meaque vestigia sequaris. Hunc legitimum esse verborum sensum existimat Abul. q. 32. *Veni mecum, ut requiescas securè mecum in Ierusalem, id est, ibi manebis gaudens, & sine curis, & nullū timebis, & frueris mecum omnibus bonis.* Dauid in via comitatus, in Ierusalem gaudebit omnibus bonis in eius cōsortio perfruitus: sed vt in Ierusalem inconcussis potiatur gaudijs, opus est eius in itinere insistere vestigijs. Qui Christū sequuntur, cœlesti in curia imperturbidis gaudijs munerantur, sed opus est ut quiueris ad metam itineris peruenire, Christum in itinere comitari. Illi siderum scrutatores Chaldæi recens natum inquirere Hebræorum Regem disponunt, viāque incunantiter arripiunt; vtque pia assequerentur studia, refulgens viantes comitatur stella: *Ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer.* Matth. 2. v. 9. Matt. 2. Stellæ fulgoribus diriguntur, & tendere, qua v. 9. ducit, non refragantur. Iam si sideris quæras mysterium, respondebit Ambr. in Cat. Christum signasse, ut Balaami promiserat vaticinium. *Hæc stella via est, & via Christus, quia secundum Incarnationis mysterium Christus est stella.* Ut Magi peruenient ad Christum, opus fuit ipsum Christum in itinere sequi, & eius præceptis obtemperare. Ni in itinere stellam fuissent secuti, in termino non gaudent cœlesti spectaculo recreati; ast dum sequuntur refulgens astrum, feliciter exoptatum peruenierunt ad terminum. Ut omnibus notum fuerit, opus esse sequi Christi vestigia, discipuliant potiri gaudia. Berzellaï Dauid vmbram Christi Domini getentis, sequi vestigia monetur. *Veni mecum:* ut in Ierusalem exoptata tranquillitate fruatur: *ut requiescas securus mecum in Ierusalem.* Nec enim perueniet ad gaudium, qui Christi Domini in itinere non imitatur exemplum.

TEXTVS

## T E X T U S .

VER. 34. & 35. Et ait Berzellai ad Regem: Quot sunt dies annorum vitæ meæ ut ascendam cum Rege in Ierusalem? Octogenarius sum hodie: nunquid vigent sensus mei ad discernendum suave, aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibis & potus? vel audire possum ultra vocem cantantium, vel cantaticum? Quare seruus tuus sit oneri domino meo Regi?

## §. XCIX.

*Facile sperni volatum sensum oblitamentum, qui aperium sibi intuetur si pulchrum.*

**V**T gubernaculo assidens, & oculos ad astra dirigens, aurigat per invias confusi pelagi vndas nauigium, ita vita cursum inoffensem dirigit, qui contorquet oculos ad sepulchrum: prudens in vita meta constitutus, inania contemnit sensuam oblectamenta, & fugacissima fugit gaudia. Audi Senec. Epist. 77. Olim iam nec perit quidquam mihi, nec adquiritur. Hoc etiam, si senex non esset, fuerat sentiendum, nunc verò multo magis: quia quantulcumque haberem, tamen plus iam mibi supereftset viatici, quam via. Qui considerat exiguum sibi restare iter, grandi viatico non grauatur, nec corpori iam fatiscenti delicias sinit, sed ad metam feliciter peruenire contendit: iam illi nil perit, nec acquiritur, quia citissime auolutura etiam habita contemplatur: non seruit sensibus, non delectatur saporibus, & vt lenius subeat mortem, retinacula omnia praecedit. Berzellaï ad aulicas delicias, ad conditas regiae mensa dapes inuitatur, & respuit. Quod si inquiras: Cur cæteris ambienda despiciat? respondebit, plus se viatici habere, quam via: Quot sunt dies annorum vita mea, ut ascendam cum Rege in Ierusalem? Octogenarius sum hodie: nunquid vigent sensus mei ad discernendum suave, aut amarum? Sensibus noluit inservire, quia appetere mortem considerauit. Hoc sentiendum erat in florida etate, sed præcipue in senectute. Indecorum putauit Berzellaï, si octogenarius curiam peteret, & voluptati, aut ambitioni seruaret. Audi Nostrum Sanct. Aulicas delicias contempsit, quia erat ea etate. Ea etate erat, in qua hæbentes sensus ad mortem suadebant disponi, non aulicas delicias sectari: sibi voltit viuire, ante motorem moriendo, & voluptatibus renuntiando. O quot octogenarij viam contrariam ineunt, & sibi suadent producendam vitam, si dulcem sensibus conquiserint oblationum fallaciam! Tunc cogitant delicioris cibi conditaram, tunc vini examinant annositatem, tunc lestuli procurant mollitiem, tunc ampliorem diuitiarum suspirauerent congeriem: & cum ad viam supersit acquisitis viaticum, acquirendi gliscit ardissimum desiderium. Itaque Berzellaï prudentiam imitaturi, ab eius factis discedunt, & sensus oblectando, producere vitam discipiunt. Job de peccatore agens, aiebat: *Obliviscaris eius misericordia: dulcedo illius vermes, non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.* Job. 24.v.20. Magna Dei misericordia est iugis sepulchri recordatio, qua fallaces voluptatum abigunt.

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

tur præstigia, & præstigiares eliduntur fallacia. Qui hac memoria caret, corruptibilia, & veribus citò tradenda conatibus indefessis perquirit. Opportunè satis Greg. 16. Moral. cap. 29. *Qui in hoc appetit mundo prosperari, ceteros exceere, rebus, & honoribus tumere. Huic nimurum vita sæcularis in delectatione est, & quies in labore. Non attendunt sæculi filij arduis dulcedinem laboribus comparatam, tineâ citò corrodendam fœtentium vermium escam futuram: sibi imponunt appetitionum caliginibus obscurati: & cum vermes vtentibus oculis fastidiosum ingerant horrorem, ipsum horrorem existimant expetendam dulcedinem: Dulcedo illius vermes. Vermis arrodet, quia delicatus caris delicijs carnem saginat, quos multimodis artificijs sensus oblectat, quas ludatis laboribus diuitias adaggerat. Profectò qui se, vt Berzellaï, morti contemplatur proximum, non expetit sensibus indulgere, sed ad iter, virtutum viaticum præparare. Redeat datus iam Gregor. Nihil quippe sic ad edendum desideriorum carnalium appetitum valet, quam ut unusquisque hoc, quod vivum diligit, quale sit mortuum, penset. Quales futuri essent post mortem sensus, pensabat Berzellaï, & quia præuidit sepulchro fœtentibus veribus scatere, contemptis suavitatibus oblectari.*

## §. C.

*Cordati sensus enersa est præsentia, euanida usurpirantibus gaudia.*

**N**ulla res magis animis honesta induit ( aiebat Senec. Epist. 94.) dubiosque, & in præsum inclinabiles renocat ad rectum quam bonorum virorum conuersatio. Certè prudentis conuersatio in animum paulatim descendit, & præceptorum vim obtinet. Morati lenis aspectus tacendo corrigit, & me hercle ipse vitia suffundit aspectus. Et ob id ipsum, qui fallaces delicias ambiunt, qui insanas appetitus voluptates discipiunt, senum fastidiunt præsentiam, & ad expoliendam vitam consilia: nil adeò onerosum vanitulis ac cum senecte concurrere, quia timent eius exemplis, & monitis impediri. Hinc est quod Berzellaï regiam ad aulam inuitatus, se prudenter excusauit, ne aulicis esset molestus, & onerosus: *Delectare potest seruum tuum cibus, & potus, vel audire possum ultra vocem cantorum, atque camaticum? Quare seruus tuus sit obneri domino meo Regi?* Aci dicat: In Regum palatijs plures sunt, qui sensum querant oblectamenta, cumque ego eiusmodi delicijs iam renuntiarim, illis ero grauis, & fastidiosus: dissimilis vita erit censura tacita, sed molesta. Ita Abul. q. 32. *Quasi dicar: cum sim senex, non sum facilis ad motum, nec ad latitiam, vel conuersationem iuuenum.* Prudenter coniecit fore se iuuenibus onerosum, cum ipse prudentiam coleret, & iuuentus euanidam voluptatem diligenter. Ieraseni, qui debuissent Christi Domini exambire præsentiam, studiosè solicitude distantiam. *Rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus eorum.* Marc. 5.v.17. Inquirendum est: cui à se depulerint infirmorum sanitatem, dæmonum perniciem, beneficentia fontem? Certè obnixis, importunitisque debuissent precibus exorate, ne ab eis discederet, sed sua morbos præsentia abigeret, & tamen censem sibi esse oneri, non leuamini. Ecqua huius causa est? Quia cum ipsi soldati ambirent diuitiarum augere censem, cum præberent dæmonibus habitaculum, cum non hor-

rerent pororum cœnum, Domini præsentia frænabantur, & ad honestatem conuersatione allicebantur; ergo respuebant doctrinalem præsentiam, cùm proposuissent sequi vitiorum insaniam. Itaque Ierasenis solito ambitu terrena desiderantibus molesta erat Christi præsentia, vt potè conatus eorum contraria. Opportunè Theophil. in Cat. *Contristari de pororum perditione, præsentiam renuntiari Salvatoris.* Exoptabant immunditiam alere, diuitiarum copiam augere, ambitionis cupiditatibus inservire, cùm experientur Christi præsentiam eorum votis prorsùs oppositam, tentarunt molestiam depellere, vt quirent expeditius desiderijs amentibus deseruire. Bene ergo moratus senex Berzellaï, ait, se fore aulicis oneri: cùm regis in aulis sensuum oblectamenta audiè procurentur, & magni habeantur. Quare seruus tuus sit oneri.

## T E X T V S.

**V**E R S . 36. & 37. Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum: non indigo hac vicissitudine. Sed obsecro, vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ. Est autem seruus tuus Chammaan, ipse vadat tecum, domine mi Rex, & fac ei quidquid tibi bonum videtur.

## §. C I.

*Prudens senex à tumultu secedens proximum meditatur sepulchrum, imprudens etatis neglegit documentum.*

**N**ihil turpius elementario sene est, nam incipit rudimenta addiscere, cùm fas esset alijs Philosophiam tradere. Ut poma, cùm fugiunt, habentur appetitui dulciora, ita ætate iam ad occasum vergente, dulcescunt nonnullis senibus sæculatia. *Non ad eum diem me aptauit* (aiebat Stoic. Epist. 93.) quem ultimum mihi spes auida promiserat, sed nullum non tanquam ultimum adspexi. Quisque prudens eti iuuenescat, se ad mortem comparat, quia scit vitæ filium facile abrumpi, & robustiorem sèpè celeriori gressu ad decretum finem omnibus properare; verùm eti quavis in ætate ita sentiendum, tunc præcipue cùm senectus ad exitum virget, & immorari non sinit. Grande senectutis emolumentum est, sensus hebetari, & prudentiam plùs vigere. Sed ò dolor! plures incipiunt viuere, cùm clausulam vitæ imponunt, & beneficium ætatis perdunt: bis miseri, quia sensuum vigore priuantur, & quia frui oblectamentis nituntur. Berzellaï ad aulica commoda, & sensuum oblectamenta inuitatus, respuit longæua ætate eruditus, & sensibus ferè nudatus. *Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum: non indigo hac vicissitudine, sed obsecro, vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea.* Annorum longa serie admonebatur mortem imminere, sensuum torpor inter dulce, & amarum non permittebat distingue-re: ergo noluit ætatis documenta desplicere, sed prudentiam colere. Prodest Lira: *Quasi dicat: Tempus est, quod ego cogitem de morte, non de honoribus, aut diuitiis, quod est contra senes se ingerentes in*

*curis Mænatorum.* Recessuri nonnulli senes sollicitant palatijs admitti, & negotijs plurimis implicari; ast Berzellaï non admittit oblectamenta, cùm sensus nativa iam deserebant officia. Immetata sunt ambitionis desideria, cupiditatis vota, insanæ voluptatis deliria: omnes ista dedent, sed ætate iam longæuos præcipue. Quid enim stultius, periculosiusque, quàm eodem tempore ardores iuueniles fouere, & occasui properare! De Aser agens Moyses aiebat: *Sicut dies iuuentutis tuae, ita & senectus tuae.* Deut. 33. v. 25. Aser regio pane altus ignoravit ætatis præjudicium, sensit annorum nullatenus detrimentum: ipsa in senectute iuuenili vigebat robore, & constanti fruēbatur salute, & dum à vitijs abstinuit, placidis fibi, & in senectute expertes senectutis dies prorogauit. Verùm plurimis contrario sensu Aser adaptatur vaticinium, cùm ad iuuentutem retrotraxerint senium: cani senectam testantur, sed dum ludicris incumbunt, dum pueritiam retinent, iuuenes, imò pueri videntur. Sicut dies iuuentutis, ita & senectutis sunt dies. *Si nominis radix sit Dibah,* quod est infamia, detractio, & oblocutio ( inquit Oleaster. in Lit.) sensus erit: *Secundum dies tuos erit infamia tua.* Infamia senectus aspergebatur, dum moribus puerilibus denigrabatur: repuerascebat Aser in senectute. Ad obmurmurandum sortiuntur notitiam, quia senes, ad indulgendum vitijs sunt iuuenes. Quid turpius, quàm in senectute iuuentus, quàm in occasu ambitus, quàm in canicie diuitias sitiens, & dignitates affectus? Berzellaï imitandam senibus formam præscripsit, dum senex delicijs sensuum prudentissimus renuntiavit, & comparare se morti studuit.

## §. C II.

*Honestum est debitam virtutibus mercedem ambire, sed generosius obsequiam honestatem amplecti.*

**I**ustis debetur laboribus compensatio; nam quod irremuneratum relinquitur, nullius fuisse pretij putatur. Athletam populis palma designat esse vietorem ( aiebat Cassiod. 2. Var. 28. ) sudores bellicos ciuica corona testatur. Dignus ambitus est debitam honestis factis remunerationem expetere, sed gloriiosius, obsequium Numini, solum ut placeas, præstare. Cùm Berzellaï legenti David munera obtulisset, cùm in castris commoranti vietualia largissime ministrasset, cùm ad triumphali plausu reducendum aduentasset, David obsequijs tantis obstrictus ampla obtulit illi præmia, vt fidelia remuneraret officia; verùm Berzellaï præmijs renuntiavit, & seruire Regi gestiuit. *Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum: non indigo hac vicissitudine.* Ac si dicat: Remunerationem non excepto, seruire solum exambio. Notauit Abul. q. 32. *Solum volo ire modicum tecum ultra Iordanem, & redire in terram meam.* Alimenta tribuit, Iordanem traiecit, ætatem, vt seruiat, vicit; & hoc totum, nulla præmij spe ductus, sed solum Principi placendi studiosus: honestum esset præmiorum amore duci, sed honestius, laudabilisque placendi solum studio Davidem tot afflictum casibus comitari: *Solum volo ire tecum.* Hoc solum suspirabat, præmia nullateus exambio. Seraphinoq; throni summitati insistentes, & extensis alis volantes intuetur Isaías. Seraphin stabant super illud: sex alevni, & sex ales alteri; duabus uelabunt faciem eius,

Isai. 6.  
v. 2.

*eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Isai. 6. v. 2. Si ad throni summitatem non peruenissent, nihil mirum, ut peruenient, inuolant, sed cum ultra protogredi non detur, ad quid anxius oppansis alis volatus? Et ad haec: si tota in celo merces est visio, cur oculos alis tegant, & volatum studiofissime arripiant? Duabus volabant. Imitatine sunt Seraphini Alexandrum, qui imperium proferendi siti, disrumpere mundi claustra tentauit. Inuentus est tunc, qui post omnia aliquid concupiseret. Nec aliter Seraphinis accidisse videtur, cum solij summitem naeti, alas librarint, & volatum extenderint. Profecto Seraphini Alexandi non imitabantur insaniam, sed amandi, inferuendique Numini imitandam exhibent ideam: ultra illis non restat terminus, sed nullatenus cellar volatus: visio merces est, sed oculos tegentes innuunt, licet contingere priuari aspectu, nihilominus aera indefesso tranatuos fore volatu. Itaque Seaphinorum volatus a generoso promanauit amore, non a praeiorum honesta cupiditate: nequeunt ultra ascendere, cum sublimia teneant: Stabant super illud: & nihilominus volant: Duabus volabant. Numini deseruire, ut acceperis premium, honestum est, deseruire solum; ut placetas, honestius est; nam quo plus animus spebus nudatus, tanto magis amor rutilat viuidus, & accensus. Sic (aiebat Bern. in Alleg. Thyl.) diuina negotia gerunt, & saluti prouidet electorum. Negotia Numinis gerunt, non, ut quid amplius accipiant, sed ut plus placeant: nam cum Seraphin generoso amoris inasdescant incendio, volantes solo placendi ducuntur studio. Redeat iterum Bernardus: Quod enim Seraphin volant nisi in eum, cuius ardent amore? Vide flammam quasi volantem, & stantem simul; nec miraberis Seraphin stantes volare, stare volantes. Qui amoris ferudi, nec adulterati naturam nouerit, non mirabitur Seraphin, cum ultra non detur ascendere, alas studiosissime oppandere. Nam generosus, ingenuusque amor solum placet, ut placeat. Ergo cum Berzellai legitimo duceretur amore, Daudi, ut placeret, inferuuit, nec premij spebus attendit.*

### §. C III.

*EIAM qui generose ceteris omnibus renuntiatur, aliquando posteriorum splendoribus studuerunt.*

**P**lures didicerunt corpori renuntiare, & ad tutiora citato gressu contendere. Dignitatum exuerunt infulas, pauperibus copiosas erogauere diuitias, humilitatis, ac religionis adierunt scholas: & cum crederes omnis affectionis humanæ expertes, inuenies posteriorum, familiaeque splendorem impensè amantes. Cum sibi (aiebat Cassiod. 2. Var. 14.) unusquisque credat abundare, quod possidet, cum a patribus adhuc queritur, pro altera potius etate peccatur. A saeculi retinaculis, ab ambitus tricis, a diuitiarum nexibus fugerunt expediti, & nihilominus erga posteriorum commoda inueniuntur. affectionibus implicati. Berzellai ad aulicos vocatur honores, saporatas mensæ regiae inuitatur ad dapes; & cum omnia spernat magnanimus: *Obsecro, ut reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ. Est autem seruus tuus Chammaan, ipse vadat tecum.* Videbatur filium retenturus, ut morienti assideret, ut eius oculos clauderet, & sepulchro conderet: videbatur à latere suo filium unicum non disiunctum, præcipue cum in patria magis quiret diuitijs frui, & inter suos præcipuis dignitatibus honorari; sibi tamen dilectum ablegat, Daudis intrare scholam solicitat, & beneficium ingentissimum reputat. Nam cum David Christi Domini personam ge-

*Chammaan, ipse vadat tecum. Inquires: Cui regian gratiam Chammaan sollicitauerit, qui ante mortem iam esse mortuus gestiuit? Quibus ipse frui poterat, renuntiavit, & Chammaan honores quæsiuit. Notauit opportune Lira, sollicitorem erga filium extitile, nec affectum erga posteros prorsus nudasse: Quasi dicat: Tempus est, quod ego cogitem de morte, non de honoribus, aut diuitijs, misit ramen filium suum cum David. Amorem prorsus erga filium non exuerat, se penitus saeculo denegauerat: ut videoas, quam certa sit nostra thesis, scilicet nonnullos religionem ingressos, sui prorsus oblitos suorum commoda sollicitare studiosos. Ionathas regnum spreuit, exuit purpuram, Daudi largitus est arma. Expolianit se Ionathas tunica, qua erat induitus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua usque ad gladium, & arcum suum, & usque ad baltheum. 1. Reg. 8. 1. Reg. 12. v. 4. Vides quam viriliter, & generose magna contempserit, audi quam anxiæ conmoda iuorum sitiuit: Non auferes misericordiam tuam à domo mea usque in sempiternum. 1. Reg. 20. v. 14. Purpuram nudare, ait Hugo, idem fuit, ac Christi Domini paupertatem sequi Tunicam, & catena dare David, est omnia bona Christo attribuere, & nihil sibi retinere. Sibi Ionathas nihil retinuit, & ante Euangeliū Euangelica præcepta coluit, suorum tamen amorem non denudauit, sed fouit; ut veluti in imagine dispiciamus alte cordibus insidere splendoris familiae studium. Ionathas, Christi humilitatem, & paupertatem sectari probatur, de suis nihilominus sollicitus satis videtur. Berzellaī honoribus, & diuitijs renuntiat, & tamen filio honorem, & dignitatem anhelat.*

### §. C IV.

*Plus amat filios, qui satagit moribus expolire, quam qui sollicitat diuitijs, & honoribus adaugere.*

**I**nsum à natura parentibus est filios impensè diligere, & eorum commoda suspirare. Origo vitis viuit propagini, & feræ, quibus ratio non est, nutriunt paruulos, à quibus ut pericula auerstant, sæpè deuorant pericula: alimenta illis sollicitè inquirunt, nulla laborum fastidia sentiunt. Minus amantis est (aiebat Cassiod. 6. Var. 14.) non amplius querere. Amplius semper querunt parentes, nec facile est eorum desideria satiare, etiò contingat dignitatibus posteros prælucere. Verum cum solidiora sint, quæ animum ornant, quam quæ exterius corpus circumstant, impensis probatur amare, qui filiorum eurat animos virtutibus expolire. Cum Berzellai filium posset secum habere, ut amplis frucretur diuitijs, & nobilissimæ domus commodis, maluit solatio, auxilio octogenarius carere, ut de Daudis consortio posset virtute proficere: *Obsecro, ut reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris meæ. Est autem seruus tuus Chammaan, ipse vadat tecum.* Videbatur filium retenturus, ut morienti assideret, ut eius oculos clauderet, & sepulchro conderet: videbatur à latere suo filium unicum non disiunctum, præcipue cum in patria magis quiret diuitijs frui, & inter suos præcipuis dignitatibus honorari; sibi tamen dilectum ablegat, Daudis intrare scholam solicitat, & beneficium ingentissimum reputat. Nam cum David Christi Domini personam ge-

teret, plus optimus pater optabat filium egregijs splendore virtutibus, quam amplis ditescere facultatibus. Liram audi: *Ipse est iuuenis, & poterit addiscere ea, que sunt virtutis, & honoris.* Consonat Hieron. apud Hugon. Chanaan inie pretatur *suspirans*: quandiu cum patre fuit *suspirans vocatus* est, postquam vero ad doctrinam David transit, non Chanaan, sed Chammaan vocatus est, id est fidelis. Suis optimus pater renuntiauit con modis, vt filius noinen assequeretur gloriosum, & virtutum consequeretur augmentum. Non est legitimus amor, qui filium sibi fouet, qui facultates, & honores illi conquerit, sed qui mores excolit, & virtutum ditescere censu exambit. Isaac cæcus referatur, cum Esau satagit temporalibus bonis ditare; Rebecca plus amat, cum sollicitat impedire. *Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius, & vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* Gen. 27. v. 14 Ambrosius extinximus, ait, resplenduisse Rebeccæ amorem erga utrumque filium: Erga Iacob, quia ei maioratum procurat; erga Esau, quia impedire ei maioratum anhelat. Quod si quæras: Quomodo Rebecca vero diligat Esau amore, quem priuare admittitur dignitate? Respondebit egregius Doctor, Esau male usurum felicitate; quod præsagiens mater, subduxit offensæ, nocituæ obnixa fortunæ. Ergo cum verus sit amor potiora filii diligere, parentis cæcus impingebat, & mater legitimo affetu amabat. Opportunè Ambrosius de Iacob, & Vita Beat. cap. 2. *Rebecca non quasi filium filio, sed quasi instum prefererebat iniusto. Etenim apud matrem piam mysterium pignori preponderebat: illum non tam fratri prefererebat, quam offerebat Domino, quem sciebat collatum sibi munus posse seruare: in quo & alteri consulebat, quem diuine subducebat offensæ.* Rebecca malebat filium premi inopia, quam denigrari diuinâ offensa: *Diuine subducebat offensæ: Isaac cæcutiens studebat copiosa augere fortuna, non adeò erat de motu sollicitus elegantia: ergo hic amor proditur cæcus, & alter inoculatus: Sciebat collatum sibi munus seruare, diuina subducebat offensæ.* Filios verè non diligit, qui solum curat amplis facultatibus adornare, sed qui cœmptis, ex politisque moribus satagit relucere. S. Hyppolitus, Rebeccam ait diuini spiritus typum gessisse: ipsum audi apud Glos. *Hac formam gerit Spiritus sancti.* Diuini amoris gerit formam, cum mavult Esau subire inopiam, quam culpam: est enim legitimus amor, qui diligentius filii, quam euandas facultates, solidas sollicitauit virtutes. Minus filium amaret Berzellaï, si secum retineret, vt ampla frueretur fortuna, plus dilexit, cum proficeret Dauidis procurauit schola. Postquam ad Dauid doctrinam transit, non Chanaan, sed Chammaan vocatus est, id est fidelis. Discant à Berzellaï parentes legitimò amore filios diligere, non spurio, & degeneri affectu amare.

### §. C V.

*Inter prosperas saeculi fortunas nequit cor humatum non ingemiscere, & solum probatur virtutibus expolitum quiescere.*

**I**am in unum regnum ( aiebat Senec. de Alex. Epist. 94.) multa regna coniecit: iam Graci, Perique eundem timent, iam etiam à Dario libera nationes in usum accipiunt: hic tamen ultra Oceanum,

solemque indignatur ab Herculis, liberi vestigijs. Victoriam slectere, ipsi natura vim parat. Non ille ire vult, sed non poterit stare, non aliter quam in præcepis deicta pondera, quibus eundi finis est iacuisse. Etiam dum nauigans felici curru per latæas Oceanî vndas quis fertur, metu acri sollicitatur, quia nouit citò mare verri, & ventis inter se arietantibus nauigium conuolui. Vitæ cursum egit Alexander victorijs, & diuitijs fortunatum; sed licet ire nolle, stare non poterat cupiditate impulsus, ambitione iactatus, superbia cæcus. Qui aliud præter honestum querit, nequit timore non concuti, cum nouerit citò fortunam verti. Berzellaï filius paternam domum inhabitans diuitijs exundantem, commodis plenam, Chanaan appellatur; dum vero Dauidis intrat domum, iam Chammaan dicitur. Interpretes ex hac nominis mutatione latens eruere adlaborarunt mysterium; nam cum Chanaan interpretur *suspirans*, paterna in domo innuitur ingenuisse tristitia pressum, & in Dauidis consortio deguisse iucundum. Hieronymum audi apud Hug. Chanaan interpretatur *suspirans*, quandiu cum patre fuit *suspirans vocatus* est, postquam vero ad doctrinam Dauid transit, non Chanaan, sed Chammaan vocatus est. Examinemus tempora, vt scrutemur arcana: Dauidis Christi imaginem gerentis doctrinam secutus videbatur Chanaan, id est *suspirans* vocandus, in paterna vero domo Chammaan elogio insigniendus, nam cum esset diuitijs opulentus, ætate floridus, honoribus insignitus, potius videbatur præcordijs futurus gaudium, quam triste è visceribus emissurus suspirium: quomodo ergo inter delicias, diuitijsque paternas tristem emitit gemitum, & Dauidis secutus doctrinam, hilarem ostentat vultum? Certè ob id ipsum, respondet Hieronymus, nam in domo paterna, copiosis affluerebat facultatibus, in Dauidis consortio concinnis resplendebat virtutibus: ergo in Dauidis domo vocatur Chammaan, quia nescit suppurratam tristitiam, in domo vero paterna Chanaan, quia nequit potiri latitudinem solidam. Axa nobilissimi Caleb filia, & recens ab Othoniele triumphis celebri in sponsam ducta inter ipsos festinos plausus suspirasse, refertur: *Suspiravitque, ut sedebat in asino. Cui Caleb: Quid habes, inquit? At illa respondit: Dam mihi benedictionem: terram Australiem, & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam.* Ios. 15. v. 18. Dum acquirendi virgebatur sollicito desiderio, frui non poterat interno gaudio, metiebatur cum noui status impensis, quas in dotem acceperat, facultates, & arbitrata arentem tellurem plus, quam utilitatis, allaturam laboris: ipsis in coniugij plausibus, genialibus in diebus emisit anxia suspiria, & amara fouit corde lamenta. *Afferetus intimos* ( inquit Abul. q. 8. ) *suspirio prodidit.* Exterius resonabant læta instrumenta, sed interiorius premebant solicita adaugendi census studia: ergo dum ambit terrena, inter ipsa suspirat gaudia. Incepit vereri, ne ab illa pompa caderet, ne minus dotata marito displiceret: ergo suspirauit, quia concupivit. Prodest Lira: *Terram arentem dedisti mihi, id est infructiferam propter siccitatem.* Expende, quam magnis periculis, quam sudatis laboribus adiuerit, Othoniel præium, & quam sterilem acceperit pro pitem fundum: & expende etiam Axam nuper in matrimonio locatam parenti dare querelas, & suspirijs promere cordis angustias. Ut noueris imperturbato olymbo solum degere, qui contemnit prorsus futunam, & Christianæ

Christianæ humilitatis, paupertatisque saluberrimam sequitur formam.

## §. C VI.

*Non magni estimandum est sepulchris operosis  
recondi, sed iustorum, parentumque con-  
sortium sortiri.*

Gen. 47.  
v. 29. **Q**anta erga sepulchra impendiosa fuerit insana antiquorum superbia, frequens historiarum testatur pagina, & aliquorum sepulchrorum ruina. Ostendunt operosissima mausolea post mortem inutilis memoriae sitim, & honoris prorsus euanidi cæcissimam ambitionem. Prudentes vii sunt corpore, vt veste, magis eligentes iustorum, & aurorum in sepulchrum consortium, quām sumptuosum magnis litteris epitaphium. Diserte aiebat Mæcenas apud Stoic. epist. 92. *Nec tumulum curiose pelit natura relictos.* Addit Senec. *Neminem de supremo officio rogo, nulli reliquias meas commendando, ne quis inseptulus esset, natura prospexit.* Iusti, cordatique tegendo cadaueri maculis distincta marmora dissitis è regionibus non adducunt, sed reliquias suas Sanctorum, parentumque reliquijs honestè associari exambiunt. En Berzellai, cùm ditissimus esset, non erexit cadaueri elaboratissimam substructionem, sed elegit cum parentum, & iustorum ossibus societatem: *Moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei, & matris mea.* Paternum elegit sepulchrum, et si terræ coequatum, non extrixit superbissimum mausoleum. *Pater & mater Berzellai* (inquit Abul. q. 32.) erant in eodem sepulchro in urbe Rogelin & ibi desiderabat Berzellai sepeliri. Modestus, & prudens sepeliri desiderauit sine euanida pompa in suorum sepultura. Ioseph etiam sub sacramento adiurat Iacob morti proximus, vt in maiorum sepulchro condat, nec Ägypto remanere permittat. *Facies mihi misericordiam, & veritatem, ut non spelias me in Ägypto, sed dormiam cum patribus meis.* Gen. 47. v. 29. Conspicua, elaborataque erant in Ägypto sepulchra, quibus inferri posset cadauer, & tamen Iacob despicit pretiosis, elaboratisque pyramidibus tegi, & patrum cineribus cupit iungi. Tempestiuē Drogō de Sacram. Dom. &c. *Nec bonum sibi existimauit esse, si in fatentibus mundi sepulchris habitaret: habet mundus electa sepulchra, illos utique, quos elationis fastigium, vel superstitionis operositas perspicuus reddit.* Poterat Ioab perspicuis, quæ superba ambitio construxerat, & cæca superstitioni sibi elaborauerat, sepulchris condi; verum, vt erat prudens, elegit paternorum cinerum societatem, despexit sepulchri elaboratissimi præsumptionem. Per hoc quod Iacob (inquit Glos. Moral.) de loco sepultura sua fuit ita sollicitus, instruuntur sapientes esse solliciti de sepultura sua in loco sacro, & ubi copia suffragiorum habetur. Sacer locus sepulti euulgat pietatem, perspicua, elaborataque sepultura prodit euanidam nominis ambitionem. Iam quām sit futile pretiosis iaspidis tegi, & quām sit utile Sanctorum reliquijs iungi, constat ex 3. Reg. 13. v. 22. Nam cū Dei vir, ne in totum cibum attingere iussus, à veternoso sene delusus violasset ieunij præceptum, paterno sepulchro interdictus est: *Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.* Cadauer non est illatum in parentum condituum, sed in operosum senis sepulchrum: *Posuit cadauer eius in sepulchro suo.* Monumentum hoc siue ob structaræ elegantiam,

siue ob pretiosam materiam fuisse perspicuum, constat ex 4. Reg. 23. v. 17. vbi Princeps de hoc titulo specialiter inquisiuit, cū plures ibi videbret titulos: *Quis est titulus ille, quem video?* Audi Caietanum: *Signum quoddam speciale preferebat sepulchrum illud.* Itaque senis sepulchrum, aut structura erat elegantius, aut materia cæteris erat pretiosius. Hoc in sepulchro, vt intentatas falsis Prophetis effugeret fenex flamas, Dei virum sepelijuit. *Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea.* 3. Reg. 13. v. 31. Multa discutienda veniunt: Cur habeatur pena paterno non tumulari in sepulchro, quando cadauer conspicuo est conditum mausoleo? & cur Propheta senex iuxta sancti viri ossa sepeliri voluerit? Certe utriusque questionis eadem solutio est: Scilicet nil sepulchri molem iuuare, & cum iustis sepeliri prodesse. Notauit Tertul. aduersus Psych. cap. 16. *Apud exterios conditus paenam deserti ieunij luit.* Pœna erat apud exterios condi, quantumvis operosum esset sepulchrum: & utile fuit seni iusti consortium, nam eius ossa remanserunt immota, nec ignibus consumulata. Audi Eucher. apud Glos. *Malus Propheta sciens euenire, que vir Dei predixit, præcepit, ut sepeliretur iuxta virum Dei, ne, quando ossa illius comburenda, effoderentur.* Intacta remanserunt ob viri Dei reliquias veternosi Prophetæ ossa, aliter voracibus flammis tradenda: & vir Dei quantumvis operoso fuerit sepulchro conditus, paenam luit paterna sepultura priuatus. Ut hinc non eris, quām sit sepulchrorum operositas contemnda, & quām Sanctorum sepultura sit estimanda. Berzellai in paterno sepulchro vult quiescere, non titulum superbum eligere.

## T E X T V S.

VER s. 38. Dixit itaque ei Rex: Mecum transeat Chammaan, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit, & omne, quod petieris à me, impetrabis.

## §. C VII.

*Eleemosyna dilargenti producit salutem, & posteris conciliat felicitatem.*

**I**mpensa in alios misericordia, dilargita calamitoso subsidia esse honestissima probantur augmenta, & plurima parciunt commoda. *Inhumanus est malitia* ( aiebat Euryp. in Anti.) cū opes, affatus suppetant, neminem mortalium beneficijs demereri. Profectò erga se inuenitur inhumanus, qui non est erga miseros benignus; nam sibi denegat ubertimos misericordiae fructus, & copiosos humanæ felicitatis prouentus. Producenda vitæ est honestum artificium, quidquid pauperibus commodaatur impensum: nec solum misericors sibi consulit, sed posteriorum etiam splendorem adauget. Berzellai egregiè liberalis prodit, & plures milites egestate oppressos refuisse laudatur. *Erat Berzellai Galadires senex valde, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi,* cū moraretur in castris. Cū ait alimenta præbuisse Regi sacer Textus, eius etiam militibus exhibuisse subsidia tradit, & cū liberali manu egenis subuenisse prodit, & octogenarium refert, quasi impertita eleemosyna vires corpori adderet, & spatia vite produceret. Nec solum

lum liberalis, misericorsq; viget robore octogenarius, sed eius etiam filius Regi refertur acceptus: *Dixitque ei Rex: Mecum transeat Chammaan, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit.* Chammaan in Rogelin originis iure maneret opulentus, non tamen resplenderet in curia speciali Regis fauore nobilitatus: verum honeste profusa in egentes liberalitas patri diuturnam vitam, & filio acquisiuit Regis benevolentiam. Nam in egentes misericordia est copiosa fortunæ vena. Audi Abul. q. 32. *Mecum transeat Chammaan, id est eum mecum in Ierusalem ad manendum ibi, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit, id est ponam eum in officio vel dignitate.* Retentis auarè diuitijs, Chammaan cum Rege non transiret, nec dignitate fulgeret; ast dum Berzellaï generosa manu profundit, sibi longiorem vitam, & Chammaan dignitatum acquirit gloriam: nec enim poterat misericordis liberalisque filius non demetere ab impensa eleemosyna & honesta honoris lucra, & magna dignitatum augmenta. Tobias quam fuerit int pauperes misericors, nulli dubium, & quod præmiū acceperit, Sacris in litteris est expressum: quam contraxerat cœcitatem Medicus cœlestis abstesit, & illuminatus vitam produxit. *Completis annis centum duobus, sepultus est honorificè in Niniue.*

Tob. 14.  
v. 2.

*Tob. 14. v. 2.* vides misericordis fuisse satis longam vitam audi modo adauetam etiam filij fortunam. Ab imminenti piscis periculo etipitur, ditissimum nobilissimumque matrimonium celebrare ab Angelo persuadetur, & ipsius Angelii cura commodatum aurum recipitur. *Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia sana, & pecora, & camelii, & pecunia multa vxoris: sed & illa pecunia, quam receperat à Gabelo.* Tob. 11. v. 18. En quam impensa misericordia eleemosyna pepererit lucra: pater longissima vita fruitur, filius Angelii consortio honoratur, census augetur. Et ne hoc totum cœcæ adscriberes fortunæ, applicandum testatus est Angelus eleemosynæ: *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, qua purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam eternam.* Tob. 12. v. 9. Itaque Angelo teste, eleemosyna est felicitatum copiosa vena, parentibus, filijsque diuitiarum, & honorum afferit honestissima lacra. Prodest Ambros. lib. de Elia cap. 20. *Pecuniam habes? redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es, redime te operibus tuis. Vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna, inquit, à peccato liberat.* Cū misericordia pretiosa sit, valet plurimum: culpam expungit, cœcitatem depellit, vitam producit, posteris commodum afferit; vilis pecunia tot parit prouentus misericorditer erogata, & in misericordia alleudans impensa.

Tob. 12.  
v. 9.

### S. C VIII.

*Deus quodammodo eius subjicitur placito, qui se prorsus Numinis dicavit arbitrio.*

**H**ic est magnanimus ( aiebat Senec. epist. 93.) qui se Deo tradidit: at contrà ille pusillus, ac degener, qui oblitatur, & de ordine mundi malè existimat, & emendare manuit deos, quam se. Ut malus est miles, qui imperatorem gemens sequitur, ita stultus est, qui Dei decretis reluctante arbitrio patere cogitur. *Ego* ( aiebat Tertul. aduersus Psych. cap. 13.) *me seculo, non Deo liberum memini: sic meum est ultra officium facere Domino, sic indicare*

illius. Non tantum ei obsequi debeo, sed & adulari. Honestè adulatur, qui non solùm Deum sequitur, sed eius placitis assentitur. Audi chleantem apud datum Senecam :

*Duc me parens, celsique dominator poli,  
Quocumque placuit; nulla parendi mora est.*

Dum officiosus Deo parens proposuit, & se totum eius voluntati commisit, honestam, quā sibi placita obtineret, artem excogitauit. Audi Senec. Epist. 96. *In omnibus, quæ aduersa videntur, & dura, sc̄ formatus sum. Non pareo Deo, sed assentior: ex animo illum, non quia netesse est, sequor. Vtilis Philosophia est Deo ex animo patere, ut ipse, quæ honestè discipiſ, iubeat ad effectum perduci.* En Dauid vmbram Christi gerens, Berzellaï promittit, se eius votis attemperandū, & quodammodo obsecuturum: *Mecum transeat Chammaan, & ego faciam ei quidquid tibi placuerit, & omnes, quod petieris à me, impetrabis.* Nonne vides Dauidem quodammodo Berzellaï obsequientem, & se eius votis attemperantem: Iam si quæras, qua arte, aut quo latidabili fascino suā Dauidis voluntatem ( si dicere fas) alligatit? Respondebit Textus, se totum Dauidis placito commisisse, & voluntati propriæ honestissimè renuntiasse. Ipsū audi: *Est autem seruus tuus Chammaan, ipse vadat tecum, domine mi Rex, & fac ei quidquid tibi bonum videtur.* En erga filij fortunam Dauidis sequitur votum, nec ullum aliud fouet pectore desiderium: ergo ad suam Dauidem voluntatem traxit: *Ego faciam ei quidquid tibi placuerit: dum se totū Dauidis voluntati commisit: Fac ei quidquid tibi bonum videtur.* Quā honestum, laudabileque certamen! Berzellaï totum se Dauidis voluntati tradidit, & Dauid se totum Berzellaï desiderijs committit. Audi Abul. q. 32. *Fac ei quod tibi bonum videtur, id est, si vis facere aliquam retributionem, fac illi, sicut iudicaueris...* Hac Berzellaï. Quid Dauid? ego faciam ei quidquid tibi placuerit, id est, ponam eum in officio, vel dignitate, secundum quod tu elegeris. Si Berzellaï Dauidis voluntatem ad suam adniteretur trahere, Dauid morem ei non decerneret gerere; ast dum se totum Principis commisit arbitrio, Dauid eius obsecutus est placito. Ut noueris honestissimam, vtilissimam artem esse, Deo placita voluntate promptissima amplecti, vt Deus, quod tu vis, dignetur executioni mandare. Principibus iubet Deus ad primum tubæ clangorem expromptè obedire, & iussa incunctanter absoluere. Si semel clangueris, venient ad te Principes, & capita multitudinis Israël. Num. 10. v. 4. Num. 10. v. 4. Tubæ parent, diuina mandantes executioni praecpta. Quid tunc? Deus ad effectum eorum perducit vota: *Clangetis v'lulantibus tubis, & erit recordatio vestra coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum.* Num. 10. v. 9. Deus clangentibus annuit, & quam desiderant victoriā concedit: *Clangentibus tubis, erit recordatio vestra.* Quòd si inquiras: Cur tubæ audiat clangorem, vt clangentium expleuerit voluntatem? Respondebit Hugo: Voluntatem Dei ad suam laudabiliter traxisse, dum constat ad primum tubæ signum obtemperasse: obediendo imperatunt, & Numinis voluntati obsecuti, de hostium manibus exultauerunt erepti: *Erit recordatio* ( inquit Hugo ) *id est, Dominus recordabitur nostri, unde & propitius fiet.* Eius votis Dominus erit propitius, qui diuinæ voluntati fuerit laudabiliter adulatus.

### S. C IX.

## §. CIX.

*Efficacissimæ sunt apud Deum eius preces, qui larga manu aluit egenos, & pauperes.*

**M**isericordia, dum pauperibus subuenit, sibi Deum debitorem habet: & qui stipem petenti ob Dei amorem largitur, ut sibi petenti annuat, gratam Deo vim inferre dignoscitur. Vnde Bern. in Alleg. Thylm. super Epist. ad Galath. aiebat: *In beatitudinibus, quas Dominus commemorat, primos misericordes pronuntiat.* Cum misericordes Domini sibi conciliauerint gratiam, non patiuntur, cum deprecantur, repulsa. Berzellai, ait Daud, nil denegandum, sed quidquid petierit, grato animo concedendum. *Omne, quod perieris a me impetrabis.* Si inquiras: Cur speciatim Berzellai haec facta fuerit promissio, cum plures alij eodem tempore Daudis laborum fuerint consortes, & angustiarum participes? Respondebit Textus, Berzellai famelicis Daudis militibus opportuna obtulisse subsidia: ergo dum indiguis ministrat alimenta, dum molesta famis depellere est adnus cruciamina, alsequitur facillime vota: *Ipse præbuit alimenia Regi, cum moraretur in castris.* Debebat Daud præstata militibus alimenta: ergo Berzellai ad speciem nequibat frustrare vota. O felices, qui pro se Berzellai deprecatorem sortiuntur, quandoquidem Daud officijs obstrictus, quidquid petierit, impetraturum exerte est fassus. Audi Abul. q. 32. *Si tu manens in terra tua petieris aliquid pro te, vel pro alio, impetrabis.* O miram ad impetrandum misericordiae efficaciam! Felix est, pro quo Berzellai apud Daudem exorat; nam misericordis preces lubenter audit, & fieri, quod petit, iubet. Abrahamus imminentis Sodomitis periculi præscius, deuotus preces effundit, & Deus, quidquid deprecatur, concedit: & nisi Abrahamus cessasset orare, forsitan supplicium inueniretur auertere. *Obsecro, inquit, ne irascaris, Domine, si loquar adhuc semel: quid, si inuenii fuerint ibi decem?* Et dixit: *Non delebo propter decem.* Gen. 18. v. 32. Pluriē orauit, & pluriē, quod desiderabat, obtinuit. Si quāras: Cur Dominius gratas aures repetitis toties precibus non negarit, & toties postulatis annuerit? Respondebit Textus humanè peregrinos excepsisse, & largiter, quibus ad speciem egebant, subministrasse: *Tulit butyrum, & lac, & vitulum, quem cōixerat: & posuit coram eis.* Supr. v. 8. Abraham pauperibus erat dives, sibi solūmodo pauper: patebat tectum eius hospitibus, armentum ministrabat vitulos indigentibus. Ergo ubi accessit misericordia, facile impetravit, & quidquid exorauit, obtinuit. Accipe Chrysol. ser. 121. *Abraham venientibus longè semper occurrit, prætereuntes etiam prece reuocat: nolentes magna cum supplicatione suam compellit ad mensam: prima, & saginata de gregibus hospitibus semper apponit.* Abraham misericordia, humanitatisque operibus sic Deum sibi debitor mō obstrinxit, ut votis eius præcibus nil negarit. O vtinam iterari preces fundere: nam impéndentes flamas auerteret peregrinis dilatrita misericordia, & explicata famelicis mensa. Econtrā qui misericordia nudus, & votis inuenitur fraudatus. Sibi virginē aditum ocluserunt, quia caruerunt oleo. *Amen dico vobis: Nescio vos.* Matth. 25. v. 12. Et cur ignoret, virginēs, cūm arditas ad tuendum illæsum virginitatis candorem superarint difficultates? Iam Textus

innuit: *Non sumperunt oleum secum.* Id est egenis non tulerunt opem: ergo dum egenis non praestiterant subsidium, reddiderunt irritum votum. Inanis fuit clamor, cui efficaciam non tribuit miserorum leuatus dolor. Accipe Chrysol. Hom. 79. in Mat. Hanc parabolam posuit ut ostenderet virginitatem, quamvis cetera habeat, si misericordia bonis caruerit, cum fornicatoribus ejici. Quibus defecit oleum, irritum fuit desiderium, nec meruerunt clamantes audiri, que clamantibus neglexerant opportunam opem conferre.

## TEXTVS.

VER. 39. Cumque transisset vniuersus populus, & Rex Iordanem, osculatus est Rex Berzellai, & benedixit ei, & ille reversus est in locum suum.

## §. CX.

*Magnam à Deo benedictionem assequitur, qui felici clausula vitam consummasse probatur.*

**N**ihil adeò miserum; quam infelici clausula vitam finire, & puniendam animam tradere. Humana stultitia fortunatis plaudit, & affluentes diuitijs, & honoribus beatos credit, cūm felicitas demetienda non sit de vita splendore, sed de exitus qualitate. Nec dīj ( aiebat Senec Epist. 96.) nec dea faciant, ut te fortuna in delicijs habeat. Isti, quibus fortuna adulatur, & deliciarum copiosa manti persequitur, si infelicem obierunt mortem, immutabilem tulerunt calamitatem; ut econtra ærumnis pressi, dolorum morsibus discruciat, & ipso corpore sciminudi, si felicem vitæ clausulam imposuerunt, felicitatem sibi æternarunt. Redat Senec. de Consol. ad Mart. cap. 20. *Licet uno gradu ad libertatem transire: contra iniurias vita beneficium mortis habeo.* Cogita quantum boni opportuna mors habeat. Mors est opportuna, quæ spiritum soluit virtutibus expolitum: & inter cœlites collaudum. David ingentibus beneficijs obstrictus, & ex se satis generosus, ut cumulate Berzellai vires rependerit, benedixit: *Osculatus est Rex Berzellai, & benedixit ei.* Quarunt Interpretes: Quæ hæc fuerit benedictio, nam cūm Berzellai diuitijs fuerit opulentus, & inter suos honoribus insignitus, otiosum videbatur diuitias, aut honores imprecari, præcipue octogenario, & morti vicino. Quæ ergo erat benedictio? Felicem vitæ clausulam ( inquit Abul. q. 32.) desiderare, sine qua fortunatum non fedderet longa annorum prolixitas, nec domus, diuitiarumque supuositas: *Imprecatus est ei bona* ( Abulensem audis.) *ut si diceret: Deus dei tibi prosperam vitam, & omnibus posteris tuis, & felicem habere mortem.* Mors felix omnia vita infortunia felicitat, & inaurat, infelix prosperitatem, dignitatūque splendorem innubilat, & defœdat. Ergo Daud, ut digna compensatione tot obsequia solueret, non ampliorē diuitiarum cumulum, non longiore vitæ cursum, non dignitatum copiosiorem optauit censem, ut qui bene nouerat cetera auolare, & solum felici morte tesserant ad æternitatem acquiri. Jacob post decentandam lucetam benedictione cœlesti donatus est: *Benedixit ei in eodem loco.* Gen. 32. v. 29. Cūm postea labores plurimos fuerit perpessus, & do- v. 29. mesticis calamitatibus satis afflictatus, inquirunt

Gn. 49.  
v.32.

Interpretes, vbi huius resplenduerit benedictionis effectus? Sed meo videri, iam Textus innuit, cùm fortunatum obitum retulit: *Collegit (inquit) pedes suos super lectum, & obiit, appositusque est ad populum suum.* Gen. 49. v.32. Ad populum suum apponi, idem esse, existimat Strabo apud Gloissam, ac ad Angelos transmigrare. Eius verba sunt: *Querendum de quo populo dicatur; nam de Patribus nulla questio est: notum est enim quod ad Abraham, & Isaac appositus est: sed populus multitudo est. Illi autem tam pauci non poterant populus dici.* Intelligendum ergo hoc etiam de Angelis dici. Iacob ad consortium Angelorum transiuit: ergo in obitu benedictio illa resplenduit; nec enim dici posset benedictus, nisi esset in exitu fortunatus: ast dum virtutibus exornatus discensit, cùm Angelis associandus vitam finiuit, luctaminis præmium accepit. Dauid faustum Berzellaï benedictionem lagitur, cùm felicem mortem precatur: *Felicem habere mortem.*

## T E X T V S.

V E R S. 40. Transiuit ergo Rex in Galgalam, & Chammaan cum eo: omnis autem populus Iuda traduxerat Regem, & media tantum pars adfuerat de populo Israël.

## §. C X I.

*Qui decreuit Dei domum inhabitare, omne cum saculo commercium tenetur effugere.*

Q VI in virum bonum exabit se effingere, opus est, commercium cum saculo satagat deuitare. Capax est Deino ster animus, si vitia non depriment. *Quemadmodum* ( aiebat Senec. Epist. 92.) corporum nostrorum habitus erigitur, & spectat in cælum, ita animus, cui in quantum vult, licet porrigi, in hoc a natura rerum formatus est, ut paria dijs velit, & sic utatur suis viribus, ac se in spatiū suum extendat. Animus, si rectus, in spatiū suum, hoc est, cælum extenditur, & illic vel grauatus corpore conuersatur: in saculo extra saeculum viuit, & ad vltiora se extendit. Paria Angelis vult laudabiliter ambitiosus, & honestè audius. Plures alacriter arripuerunt viam, sed citò cesserunt difficultati, & ad magnanimè spreta redierunt non sine confusibili nota. Berte hoc nouerat Chammaan religiosorum idea. Vbi ingressus est Dauidis disciplina, sic eius lateri adhæsit, vt propria nullatenus repetuerit. *Transiuit ergo Rex in Galgalam & Chammaan cum eo.* Textus dum refert Chammaan Dauidem fuisse comitatum, ad suos innuit nunquam regressum. Ita Abul. q.32. *Et Chammaan cum eo; non redijt iste cum patre suo, sed iuit cum Dauid, ut semper cum eo maneret.* Dauidi semper adhæsit magnarum opum contemptor, & paternæ domus immemor. Vbi fixè decreuit patriam, cognatosque relinquere, & Dauidis scholam intrare, fores saeculo clausit, & inutile commercium præcidit: non redijt, vt octogenarium parentem inuiseret, vt paterna in domo animum recrearet, vt cum suis degeneret: Dauidi semper adfuit, & ab animo, quidquid ad corpus spectabat, proiecit. Non inferior, vrgentibus causis, religiosis licere inuisere suos, afflictos solari, & necessitatibus prouidere; sæpè tamen hic color prætenditur, sed oblectamentum

ambitur. Chammaan, vbi Dauidis subiuit disciplinam, non recordatus est patriam: *Non redijt iste cum patre suo, sed iuit cum Dauid, ut semper cum eo maneret.* Ad suos redire, & eorum caulis, & negotijs non sine detimento implicari, testatur Apostolus periculo non carere. *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.* 2.ad Thim. 2.v.4. Chāmaan dignus fuit regia mensa, quia nunquam repetiuit semel generosè relicta. De Ibicū filijs, aiebat Iob c.39.v.4. *Separantur filij earum, & pergunt ad pastum, segregantur, & non reuertuntur ad eas.* Matrum referuntur oblii, vbi irriguis, & amēnis campis recreati. Et quidem, ni lateret arcanum, adeò studiosè Iob non exprimeret auersari regressum. Non reuertuntur ad parentum sinum, vbi inuenient lætiorem pastum; vt nobis notum esset, ad pascua religionis egressis, fas non esse, delicias repetere iam relietas, & sæculares amplecti curas. Audi Hugonem: *Pergunt ad pastum, de quo dicit Psalm. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocavit: & alibi: Nos autem populus tuus, & oves pascuae tuae.* Vbi decreuerunt inter Domini oves numerari, ad suos detrectauere redire: *Non reuertuntur ad eas.* Forma religiosis præscribitur, ne delicato parentum amore à Dominici gregis separantur consortio, & otiani malint in sæculo. Chammaan nec parentis senis obtenuit à Dauidis domo recessit, sed inuicta constantia in honestè cœptis permanxit.

## §. C X I I.

*Qui speciali titulo obstrictus, ceteris antecedat deuotus.*

Q Visquis se maiora accepisse cognoscit, præ alijs gratitudinem studiosè tenetur ostendere, nec fas est paria exhibere scrutia, qui potiora recepit dona. *Hoc* ( aiebat de Honorato Princeps. 5. Var. 3.) planè supra ceteros adipiscens, quod potuit emergere post electos. Sub genij nostri luce intrepidus quidem, sed reuerenter adstabat opportunè tacitus, necessariè copiosus, curarum nostrarum eximum lenamen est. Præ alijs dignitate, ac fauore regio nobilitatus, præ alijs etiam studuit virtutibus splendere sollicitus: puderet illum regis fauoribus anteire, & in officijs exhibitis non excellere: & quia noscebat honoribus anteponi, obsequendo curauit mereri. Dauid ad sua reuertitur, & tota Iuda tribus Principem alacriter comitatur, de Israël media pars sequitur. *Transiuit ergo Rex in Galgalam, & Chammaan cum eo: omnis autem populus Iuda traduxerat Regem, & media tantum pars adfuerat de populo Israël.* Iuda tribus tota, & prima ad traducendum Regem occurrit. Quod si inquiras: Cut ceteras tribus gestuerint anteire, & Regis curas leuare: Ipsa respondebit tribus, esse sanguine plūs coniunctam, & honoribus præ alijs nobilitatam: *Mibi propior est Rex.* Erubescet Iuda tribus titulo speciali nobilitari, & communem famulatum subire. Ita Abul. q. 34. *Mibi propior est Rex, idèo ego debui esse principalis in traductione eius.* Principalem exhibuerūt erga Regem deuotionem, agnoscentes titulum speciale. O dolendum! Numini communem famulatum sæpè non præstant, qui specialibus honoribus insigniti, facultatibus aucti, & plurimis cœlesti dignatione præpositi. Cum Dominus ante sex dies paschæ Beathaniam aduentasset, conuiuum instruitur, & erga Christum gratum studium refertur: *Fecerunt ei* cœnam

Ioan.12. v.2. *caenam ibi.* Ioan. 12. v. 2. Martha in ministrantium numero erat: *Martha ministrabat.* Verum Maria speciali obsequio amorem testata est: *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes Iesu.* Si inquiras: Cur Magdalena ampliorem ostenderit deuotionem, nec communem famulatum subierit? Facilis responsio est: Magdalena, ut testatur Lucas, à septem dæmonibus se senserat specialiter liberatam: *De qua septem dæmonia exierant.* Luc. 8. v. 2. Id est (ut Interpretibus placet) de qua vitia fuerant cœlesti dignatione depulsa, & virtutum ornamenta instaurata. Ergo contenta non est communi obsequio, sed speciali seruitio: & iure quidem, inquit S. Thom. in Catena; nec enim erat fas, nulla peculiariitate anteire, cum constaret cœlesti dignatione multis præcellere: *Maria non faciebat communem famulatum, sed ad solum Dominum constituit honorem, & non ut ad hominem accederet, sed ut ad Deum.* Specialibus titulis obligata, specialibus etiam obsequijs inserviuit deuota, suis nos crudiens factis, deuotiores, promptioresque debere Christo inservire, quos constat titulo speciali teneri.

Luc.8. v.2.

## T E X T V S.

V E R S . 41. Itaque omnes viri Israël con-currentes ad Regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt Regem; & domum eius Iordanem, omnésque viros Dauid cum eo?

## §. C X I I .

*Multiplicem timeat calumniam, qui sortitur Principis gratiam.*

Contra prospera fortuna vsls, & honoribus cantelatos multiformes in hoc sæculo tenduntur infidiae, & factiosæ admituntur illos denigrare querelæ; sed in eos præcipue calumniarum collimantur spicula, qui regali aut præsentia fruuntur, aut gratia. *Si aliena vi (aiebat satis lepidè Senec. epist.92.) ad summa niteretur, magnus erat labor ire in cælum.* Magnus labor esset in cœlum concendere, si ascensus alienis posset calumnijs impediri, aut factiosis obicibus retardari. Verberat splendor inuidorum oculos, vrit animos, incendit affectus; & cum sæpè audax nequeat liuor felicis gloriam impedit, vt sibi blandiatur, tentat calumnijs plurimis denigrare. Vbi Iuda tribus præ cæteris regio lateri adhaesit, iam cæteræ versutam eius calliditatem accusant, superbiāque infamant. Omnes viri Israël concurrentes ad Regem, dixerunt ei: *Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda?* Fur aliena usurpat callidis artibus vsls, aut iniqua violentia armatus: ergo tribum Iuda furem vocant, vt quæ non deuoto anino, sed ambitioso honoris festinarit studio: vbi suspicatae sunt cæteræ hanc tribum Regis gratiam sortiti, multiplici querela admituntur denigrare. Notauit N. Sanct. *Aliquid significavit occultum, & callidum, quod, in se alijs sit: quomodo dicimus furtum Veneris, & furtiva consilia; & quidquid infidiosum est, & callidum hoc nomine significare solemus.* Vbi Iuda tribus visa est restituti Regis potiri gratia, in campum prodijt cæterarum

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

tribuum inuidiosa querela, imò & factiosa calumnia. Fures Iudeos vocant tanquam indebitum sibi præripere honorem gestuerint, & non bonis artibus procurant. *Quidquid infidiosum est callidū, & hoc nomine significare solemus.* Callidos vocant, infidiosos appellant, quia Regis gratos non dubitant. Iob miris virtutibus præluccebat, copiosis facultatibus exundabat, & tamen sathan nec bellum illi intentauit, nec penitus subruere studuit, donec quadam die cœlestium spirituum consortio se intrudens, amara sibi Iob auscultauit elogia, & eximiæ virtuti debita indoluit pendi tributa. *Numquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra: homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Iob. 1. v. 7. Diabolus veluti venenata sagitta transfoßus, in Iobum militauit multimodis calumnijs armatus. *Nunquid Iob frustra timet Deum?* Nonne tu vallasti eum, ac dominum eius? Domino, ait, exhibere seruitutem, non ut seruiat, sed ut adquirat. Illo verbo *Frustra* denotauit avaritiam tegere colore officiositatis, & celare cupiditatē fuso virtutis. Inquirendum tamen est: Cur Sathan, qui ora antea compresserat, modò multiplices contra Iob calumnias opponat? Sed facilis quæstionis solutio est: antea non audierat sumptuosa adeò elogia, nec concicerat Principis pralatum alijs benevolentia, modò audit Principem serui virtutes dignis elogijs celebrantem, & benevolentiam prudentem: ergo sathan indoluit, & calumnijs Iobum denigrare gestiuit. Notauit Greg. lib. 2. Moral. cap. 5. *In hoc loco intuendum est: quia non prius diabolus beatum Iob à Domino petiit, sed cum Dominus in diaboli despectum laudauit.* Adnectit: *Cum neo in verbis accusationem reperit, intentionem cordis fuscare contendit, tanquam bona facta bono animo non fiant.* Vbi sensit Principis, Dominantisque potiri benevolentia, indoluit cæcissima inuidia, & quia facta nequibat arguere, calumniarum spicula contra intentionem aggressus est collimare. O quam est dæmonis proprium intentionem ex factis non commendare, sed facta de occulta intentione arguere? Quousque principalis benevolentiae indicia sensit, a calumnijs in Iobum abstinuit, vbi sensit placere Principi, exarsit acerrimo perculsus dolore. Ut etiam tribus cæteræ criminantur exhibitum Dauidi obsequium fuisse callidum, & Iudeæ tribus infidiosum satis consilium. *Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda?*

## §. C X I V .

*Doloris materia est, alijs honore postponi, quem meritis indubium est anticere.*

Gloriosum est seruienti gratiam Principis demereret, & exhibitis officijs benevolentiam lucrari. Laborat, qui credit posse sibi Principem demereret, & labore suum honorabili gratificatione leuari. De Comite Insularum aiebat Cassiod. 7. Var. 16. *Credimus ita bonis actibus studeres ut augmenta nostræ gratiæ possit accipere. Necesse est enim, ut à nobis remunerationem sumat, si quæ sunt profutura, disponat.* Durum est, profutura disponere, & principalis gratiæ nullatenus incrementa sentire, sed illud semper potius defatigauit patientiæ, si præ cæteris actuosis, ad honores inueniatur postpositus, aut reiectus. Cum Dauidis adhuc nō esset stabilita corona, Israëlis tribus de triūphali eius reditu cogitarunt, & per sequestres honesta vota aperie-

Y y 2 runt

runt. *Omnis populus certabat in cunctis tribubus Israël dicens: Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluavit nos de manu Philistinorum: & nunc fugit de terra propter Absalom.* Supra cap. 19. v. 9. Daudem triumphali plausu reducere decreuerunt, & solemnem legationem solicitarunt: *Visque quòd siles, & non reducitis Regem?* Hoc ipso tempore Iuda tribus non solum triumphalem reductionem non cogitabat, sed damnabili silentio tacebat, opusque fuit per Sacerdotes alicere, & ad Daudi obediendum prouocare. *Misi ad Sadoc, & Abiathar Sacerdotes, dicens: loquimini ad maiores natu Iuda dicentes: Cur venitis nouissimi ad reducendum Regem in domum suam?* Vides reliquas tribus ad Regis reductionem se comparasse, cum Iuda tribum opus fuerit blandè vrgere, aut industrie alicere. Compositi iam rebus ad triumphalem illam potham, videtur Daud Iudæ tribum ceteris prætulisse, & ampliorem erga eam benevolentiam declarasse: *Omnis populus Iuda traduxerat Regem.* Quid tunc? Reliquæ tribus amarissimam dant querelam, & sibi factam queruntur iniuriam: *Omnes viri Israël concurrentes ad Regem dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt Regem & domum eius Iordanem.* Non poterant (inquit Abul. q. 33.) non conqueri & graui dolore viri; nam cum certum esset in obsequendo, & obedientiam Regi præstando, tribus ceteras Iudæ tribui præiussere, erat satis durum in honore, & remuneratione postponi. Abulensem audi: *Ipsi miserunt prius ad Daud super reconciliacionem, & redditu in regnum, & postea admoniti sunt viri Iuda de hoc.* Adiectit: *Venerunt ad conquerendum de iniuria sibi facta.* Si Princeps digna tribuum obsequia debita compensatione honorasset, litigij occasionem præcidisset; ast, dum tribus Iuda honore constat præponi, cui indubium erat, ceteras in officijs exhibendis præcellere, non potuerunt dolorem tegere, nec rationabiles querelas reprimere. O si superiores non ducerentur affectu, sed in remunerando iudicio! profecto querelas plurimas vitarent, & melius regiminis prouiderent: ast dum meritis præcipui non adeo dignis intenientur postpositi, gubernatorem infamant, & querelis internum dolorem leuant. Isaac præter opinionem Iacob honotibus præfert, & benedicit: *Det tibi Deus de rorè cæli, & de pinquedine terre abundantiam frumenti, & vini.* Gen. 27. v. 28. Esaü, ut fratrem vidit prælatum, irrugit, & querulis clamoribus dominum impleuit: *Irrugit clamore magno.* Qui antea maioratum parvipendebat, & lentis pretio vendiderat, modò gratiæ adeo dolore exulceratus clamabat. Quod si causam inquiras, reperies Iacob etiæ honesto induluisse otio: *Habitabat in tabernaculo.* Gen. 25. v. 27. Esaü coluisse terram; utque delicatos Isaac offerret cibos, cliuosa montium obijssse, campis exercitasse: *Factus est Esaü vir gnarus venandi, & homo agricola...* Isaac amabat Esaü, eo quod de venationibus illius vesceretur. En Esaü studiosius seruit, & delicatius Isaacum alit: ergo cum videt ea Isaac laborasse cæcitate, ut otiosum copiosis præmijs ditauerit, & attritum laboribus postposuerit, non potuit non queri, & dolorem acerbo eiulatu prodere, imò exiit domus meditari. Totum hoc mysterijs deseruiebat arcana; verum ipsa historia politicis deseruit etiam doctrinis. Nisi cæcus esset, non præponeret otiosum, & laboribus attritum relinqueret imprimatum. Audi Glossam moralē: *Senuit autem Isaac, per quem significatur*

*bonus Prælatus, eo quod Isaac fuit Patriarcha; dicitur tamen caligans oculis, eo quod bonus Prælatus aliquando donis, & verbis adulantium decipitur. Calligine, imò cæcitate laborat, qui in benemeriti præiudicium honore, aut dignitate præfert nudum meritum, aut ignarum. Nequit ut pace Res publica, si irremunerata præterit militia, & præmijs muneras inertiæ: pax domus, & familiæ tranquillitas perturbatur, cum Iacob seniori præponitur, & laboribus attritus rejicitur.*

### §. C X V.

*Nihil omittendum est, ut iniquam à te suspicionem depellas, & honoris integratitudine prouideas.*

**H**onestus ambitus est illæsam seruare famam, & studiosam agere honoris tutelam. Placet pellicidus riūulus, si conspicuis vndis clarescat, amittit honorem, si luto denigratus excurrat. Delicata est crystallina vnda, sed delicior est fama; nam vnda iniqua suspicione non læditur, sed fama vel calumnia iniustissima vulneratur. Omnes tribus Israël itineris molestias subeunt, & illatas sibi iniuriam euulgare contendunt: *Omnes viri Israël concurrentes ad Regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt Regem, & domum eius Iordanem?* Cum iam Rex ouans curiam fuisse ingressus, otiosus videbatur generalis tribuum concursus; cur ergo non parcunt sumptibus, nec laboribus? Hanc quæstionem (qua est 33.) excitauit Abulensis: *Ad quid venerunt omnes tribus, cum iam scirent quod Rex venerat in Ierosalem?* Quæstioni respondet, cum ad traducendum Regem non adfuissent, posse illis aliquam negligentiam imputari, aut ignorantiam adscribi: ergo nulli pepercérunt labori, ut omnem à se suspicionem depellerent, & honori consulerent: *Forè David putaret ex negligentia, vel contemptu quodam non venisse illos, & haberet illos exoscos, quod ipsi horrebant.* Traductionis assignata dies non fuerat intimata, imò, ut videtur, studiosa calliditate fuerat occulta, absentia tamen aliqualem iniquæ suspicionis occasionem præbebat. Ergo hanc notam moliuntur expungere, & illæsam erga Regem fidem ostendere. Cum Christus Dominus paralyticæ supergressus desideria, non solum, quam ambiebat, corporis reddiderit sanitatem, sed animæ etiam salutem: *Remittuntur tibi peccata tua.* Matt. 9. v. 2. Pharisæi inuidentia adusti, & hanc occasionem nasci, tacitè Christi honori detrahebant: *Hic blasphemat.* Quid tunc Dominus? Non solum eorum cordis euulgabat arcana, sed paralyticæ miraculose componit membra: *Ut sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.* Tunc ait paralyticō: *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Et cur modò ostentat virtutem, qui s̄aperepius collatam occultauerat sanitatem? Alibi totus erat in miraculis tegendis, & modò totus est in vulgandis? Ecqua discriminis causa est? Quia modò (inquit Chrysol.) blasphemus putabatur: ergo etiæ alias procurarit misericordia teget, modò, ut à se iniquam suspicionem propellere, satagebat vulgare, & bouæ opinionis splendori consulere. Audi Chrysol. Serm. 50. *Scrutator animarum præuenit mentium maligna consilia, & deitatis sue potentiam operis attestations monstrauit, dum dissipati corporis membra*

Gen. 27.  
v. 28.

Gen. 25.  
v. 27.

*bra componit, nervos stringit, iungit ossa, compleat viscera, firmat artus, & gressus ad cursum suscitat, in viuo cedanere iam sepultos.* Alibi vbi opus non erat propulsare calumniam, humanam fugiebat studiosissime gloriam, vbi verò factiosa honorem impetrabat accusatio, honorem rubeatur miraculorum ostensio: *Potentiam operis attestatione monstrauit.* Ambire mundalem gloriam, est pusilli debite honorem defendere, probatur esse cordati. Ergo aduentarunt tribus, ne alicuius erga Regem irreuerentiae suspicionem subirent; & quæ illos denigrare posset, prouide calumniam arcerent. *Nam forte David putaret ex negligentiâ, vel contemptu quodam non venisse illos.*

## §. C X V I.

*Nequit Reipublicæ status non concuti, si consanguinitatis priuilegio honores existimantur acquiri.*

**A**D Rempublicam in pace continentiam Principis potior cura sit, sic præmia distribuere, ut constet meritis acquisita, & bellicis sudoribus parta. Graue detrimentum afferunt irremunerata incita, ut etiam præmiata cognitionis, & affinitatis iura. Concuditur subiectorum patientia, si frequens sit munera claritate luceat, quos constat solum cognitionis titulis exornari. *Modis omnibus præferantur, qui sudore maximo nostris aspectibus effuerunt* (aiebat Cassiod. 6. Var. 10.) *aliisque omnes ad quietas possunt currere dignitates, si laborantes minime præferantur otiosis.* Si otiosus laboranti præfertur, tranquillus Reipublicæ status turbatur. Cum iam David triumphali pompa curiam ingressurus esset, Iuda tribus sanguinis iure propinquior, honore etiam resplenduit ornatior, quod cæteræ tribus ægrè adeò tulerunt, ut Principi querelas dederint, & iugum è ceruice depulerint: *Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt Regem, & domum eius Iordanem?* Ægrie tulerunt honores ad contribules delatos, & cæteris cognitionis iure propositos. Ita N. Sanct. Tulerunt grauiter alia familia, & quod ad illum regium, & triumphalem ingressum non essent ascita, & quod tribus Iuda tam se in reducendo Rege strenuam, atque lubentem ostentasset. Tribus Iuda pro se allegavit cognitionem: *Quia mibi proprior est Rex: & periculosa allegatio peperit litem: nam bellica clavxit tuba, & Israëlitæ suæ sunt repetere tabernacula: Non est nobis pars in David, nec hereditas in filio Esai: reuertere in tabernacula tua, Israël.* Infra. 20. v. 1. Seba in David non bene affectus, ut Israël discederet, omnimodi est molitus. Verum si dant querelas, ejus ad excutiendum iugum inflarunt tubas? Nam qui dat querelam, recusare videtur pugnam, & qui discipit inire pugnam, excusare solet querelam; cur etgo & querela aures pulsat, & clangor militaris tubæ diuerberat? Quia hac in re (respondet Abul.) videtur David se minus bene gessisse: nam cum rationabilitate querulos deberet verbis blandissimis delinire, ad speciem silentioso despectu maluit exasperare. Ergo quia despecta querela, ad defectionem resonuit tuba. Audi Abul. q. 34. *Interposuerunt querelam apud Regem, si forte prouideret eis de satisfactione, sed non prouidit.* Ut grauiorem vitarent litem, exquirebant rationabilis querelæ satisfactionem, quam si David præbuisset, periculosa certamina deuitasset; ast dum tacet, dum ad speciem querelam despicit, offenditorum animos vidiūs inflamat, & bellorum causas maturat. Sine causa, qui ad colendam vineam sub certa mercede suas operas collocarant, conquesti sunt, audaci lingua obmutmurabant, & quali mercede remuneratos exiguo, tardoque labore defarigatos, & ardoribus solis vistos: *Murmurabant aduersum patrem*

*per matrem.* Nouerat diabolus Petrum miranda scœulis confessione anteijsc, nouerat Andream ante alios Christi Domini scholam intrasse, & totus erat, ut cognitionis iuri dignitates darentur, ut cæteri à Domini confortio recederent, & tranquillitatem turbaret. Et quidem vbi cæteri mulieris nouerunt votum, indignationis continere non valuerunt affectum: *Indignati sunt de duobus fratribus.* Quod Christus tanto sanguine, tantis doloribus satagebat stabilire, iam mulier regnum consanguineis exambiens incepserat perturbare. Nam si præmia, honorésque sudatis laboribus, egregijs meritis debita præcipiant cognati, status Reipublicæ conturbatur, & stata pax vehementer concutitur.

## §. C X V I I.

*Si iustis superior querelis neglexerit satisfacere, nouerit contra se certamina promouere.*

**S**æpè subiecti secum non bene agi existimant suspiciosi, & dolorem nituntur leuare queruli; saepè etiam rationabilibus causis mouentur, & Principi superiorique significare conantur. Quod si superior blandus audiat, & satisfacere studeat, indignationem sopit, & prudenter grauioribus dainnis occurrit. *Comitis Arigerni suggestione compiperimus querela se fuisse pulsatum, quod in dominorum cæde prouperit seruiliis audacia* (aiebat Theodor. apud Cassiod. 4. Var. 43.) Prudens Princeps rationabilem non despexit querelam, sed iussit diligenter discuti causam: *Ad vestrum iudicium veniat audiendus, ut quem reatus involuerit, censura condemnaret.* Principi cordi esse debet, resectis rationabilis querelæ causis, pacem Reipublicæ promouere, & iuste querulos alloquij benignitate placare. Tribus Israël Dauidi rationabiles dant querelas, quod cum Iudæ tribui in exhibendis officijs antecesserint, ad triumphalem reductionem nullatenus fuerint ascita. *Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt Regem, & domum eius Iordanem:* Nec solum aures impleuit querela, sed citissime etiam receptui personuit tuba: *Non est nobis pars in David, nec hereditas in filio Esai: reuertere in tabernacula tua, Israël.* Infra. 20. v. 1. Seba in David non bene affectus, ut Israël discederet, omnimodi est molitus. Verum si dant querelas, ejus ad excutiendum iugum inflarunt tubas? Nam qui dat querelam, recusare videtur pugnam, & qui discipit inire pugnam, excusare solet querelam; cur etgo & querela aures pulsat, & clangor militaris tubæ diuerberat? Quia hac in re (respondet Abul.) videtur David se minus bene gessisse: nam cum rationabilitate querulos deberet verbis blandissimis delinire, ad speciem silentioso despectu maluit exasperare. Ergo quia despecta querela, ad defectionem resonuit tuba. Audi Abul. q. 34. *Interposuerunt querelam apud Regem, si forte prouideret eis de satisfactione, sed non prouidit.* Ut grauiorem vitarent litem, exquirebant rationabilis querelæ satisfactionem, quam si David præbuisset, periculosa certamina deuitasset; ast dum tacet, dum ad speciem querelam despicit, offenditorum animos vidiūs inflamat, & bellorum causas maturat. Sine causa, qui ad colendam vineam sub certa mercede suas operas collocarant, conquesti sunt, audaci lingua obmutmurabant, & quali mercede remuneratos exiguo, tardoque labore defarigatos, & ardoribus solis vistos: *Murmurabant aduersum patrem*

Mat. 20.  
v.11.

tremfamilias, dicentes: *Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & estis.* Mat. 20. v. 11. Querelam effor-  
marant, non ob illatam sibi iniuriam, sed ob col-  
tam in alios gratiam; nam inuidia non sic gau-  
det proprio, quam bono tristetur alieno. Verum  
quia aliqualis rationis fuso colorabatur querela,  
ei blandis verbis vineæ dominus satisfecit, veritus,  
ne silentio videatur querulos despiceret, & gra-  
uius peccore contingat odium fouere: *Amice, non  
facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti me-  
cum?* Blandis verbis ira exasperatum demulcebat,  
& querelis satisfacere nullatenus recusabat, suis  
factis superiores edocens querelas, si aliqua pro-  
babili nitantur specie, non despiciendas, sed al-  
latis rationibus temperandas. *Inuidia motum* (in-  
quit Chrysoft. in Cat.) remouet, dicens: *Nonne  
ex denario conuenisti mecum?* Et ratione non de-  
dignatur ostendere, nulla ratione suffulciri que-  
relam, & dum queruli temperat iram suam com-  
mendat nobis prudentiam, & boni regimini præ-  
scribit formam; vt discant superiores rationabi-  
liter querulos, imò & irrationabiliter exaspera-  
tos blandis verbis demulcere, & ne scintilla in  
incendium flabelletur, curare.

## §. C X V I I I .

*Nonnulli alios accusant, ut proprie ignavia alterum colorem prætendant.*

**A**b exordio humanae naturæ insitum est, pro-  
prios defectus alienis erroribus aut tegere, aut  
colorare, quasi innocens sit, qui minus peccavit:  
alijs etiā imputat, quod sua accidisse ignavia cul-  
pabili non ignorat. *Mulier* (aiebat Adam) *quam  
dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedи.*  
Gen. 3. v. 12. In mulierem retorquet culpam, vt  
sui criminis alleuarit offensam. Notauit Hugo:  
*Non humiliiter confitens, sed superbè se excusans.*  
Hunc plectibilem in peccatis excusandis morem  
tenuisse videntur Israëlitæ, qui cùm Dauidi triun-  
phali ad curiam reuertenti pompa non adfu-  
sent, adscriperunt Iuda tribui culpam, vt suam  
excusarint inertiam. *Quare te furati sunt fratres  
nostrí viri Iuda, & traduxerunt Regem, & domum  
eius Iordanem?* Eo verbo Furati adscriperunt Iu-  
da tribui callidam solertiam, & occultam fugilla-  
uerunt astutiam, quasi ipsis non sit culpa imputa-  
tanda, sed Iudæ tribui adscribenda. Notauit  
N. Sanct. *Apud Regem contra tribum illam stoma-  
chabundi hanc querelam, & accusationem instituunt.*  
Consonat. Abul. q. 34. Secunda causa querela fuit  
ad magis se excusandum, quia si viri Israël venien-  
tes ad Dauid non conquesti fuissent de viris Iuda, qui  
eis intulerant hanc offensam, viderentur modicum  
curare de reductione Regis, nec dolere, quia non in-  
terfuerunt: vt ergo Dauid putaret eos de hoc dolere,  
conquesti sunt de viris Iuda. Non adfuisse triun-  
phali reductioni videri posset inurbana negligen-  
tia, aut suspecta malitia, ergo vt à se notam ex-  
pungant, in Iuda tribum omnem culpam adni-  
tuntur conferre, & accusatione excusari: *Vt pu-  
taret eos de hoc dolere, conquesti sunt.* Achab impius  
idololatra, deprædator iniustus, generalis calamiti-  
tatis fuit causa: Nam Elias, pietatis adiutrice  
ascita ira, nubibus iniecit claustra. Peribant ani-  
malia, siccabantur flumina, hominum tabesce-  
bant præcordia. Quid tunc Achab? Culpam Elias  
adscribit, & cæco odio moueri afferit: *Tunc es*

ille, qui conturbas Israël? Dum calamitatem Eliæ  
applicat, se nullam exhibuisse causam colorat.  
Quid Elias tunc? Pandit crimina, idololatriæ pro-  
dit sceleræ, vt notum fuerit, calamitatem non  
Prophetæ indignatione allatam, sed cogentibus  
culpis inductam: *Non ego turbavi Israël, sed tu, &  
domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini,*  
& secuti estis Babalon. 3. Reg. 18. v. 17. Idolola-  
tria impietas aduexerat siccitatem, sed Achab v. 17.  
Eliæ applicabat indignationi perniciem: hoc  
enim hominum ingenium est, alios scilicet accusare,  
vt suas valeant culpas minuere. Prodest  
N. Sanct. *Conturbatum esse Israëlem, & urgente  
fame compulsum exire domo, & ab alienis querere  
necessaria vita subsidia, Eliæ quasi sui generis ini-  
mico adscribit Achab.* Quām attulerat Achab fa-  
mam propria culpa, accidisse testabatur Prophe-  
tæ malevolentia; nec enim homines contenti  
sunt perpetrare peccata, ni sua adscriperint alijs  
delicta.

## §. C X I X .

*Inciuilis superbia plurima excitare solet  
diſidia.*

**S**uperbia discordiæ mater, discriminum ori-  
go, sàpè sociam inurbanitatem asciscit, &  
inciuali despectu offendit. Quando superbus non  
inurbanus, & quando inurbanus non tumidus?  
*Gravis fastus* (aiebat Euryp. apud Stob. cap. 22.)  
*ex improbi hominis opinione nascitur.* *Quicumque  
ciuum vir arrogans fuerit, is nec amicis, nec tori ci-  
uitati familiarem se præbet, ac affabilem.* Superbia  
ea de se opinione tumet, vt cæteros fastu exaspe-  
ret, superciliosque irritet, vnde ipso, quo sibi fitit  
adorationis obsequium, contra se armat virulen-  
tissimum odium. Israëlitæ de triumphali Dauidis  
gressu cogitarant, legatosque miserant, Iuda  
tribus minus obseruantie studioſa fuit, & nihil  
minus eo superbuit tumore, vt totam restauratio-  
nis laudem arriperit, & cæteras tribus non sine  
tumida ad speciem inurbanitate contempserit:  
*Mibi propior est Rex:* Elato fastu, & inurbano  
despectu sic alia tribus exasperatae sunt, vt con-  
tra Iudam ardenterissimum conceperint odium, &  
varijs apud Regem criminibus deprimere solici-  
tauerint fastum, *Itaque omnes viri Israël concurren-  
tes ad Regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt  
fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt Regem, &  
domum eius Iordanem?* Furti nomine significarunt  
Iuda tribum indebitam sibi gloriam arrogasse, &  
inurbanè cæteras despississe. Ita Abul. q. 34. *Ac-  
cusauerunt eos propter duo: primò quia vere conce-  
perant de eis odium, eò quod fecissent eis iniuriam,  
ducendo Regem, & non vocando eos, quod videbatur  
ortum ex quodam contemptu: & ipsi putabant, quod  
hoc facerent viri Iuda tanquam nimis superbientes,  
eò quod esset Rex de tribu eorum.* Durissimum fuit  
cæteris inciuiliter despici, & à Iuda tribu nulla-  
nus inuitari: vnde non solùm visceribus foue-  
runt odium, sed mouerunt etiam bellum: *Separatus  
est omnis Israël a Dauid.* Infra 20. v. 2. Tanta  
discrimina attulit inurbanus fastus, & odiosus  
semper despectus. Qui de originis nobilitate glo-  
riantur, qui dignitatum luminibus effertuntur, per  
uersa via plausum quærunt; nam dum sitiunt ado-  
rationis obsequium, contra se armant virulentis-  
simum odiū: urbana comitas, comes urbanitas dū  
honestè furatur affectum, grata vi cogit ad cultus,

Iud. 9.  
4.28.

& adorationis officium. Inurbanus quantumvis prærogatiis emineat, contra se ardentissimum odium conflat. Gaal superbo tumore Abimelechum despexit, & labra armavit. *Quis est Abimelech?* Et quæ est Sichen, vt seruiamus ei? Iudic. 9. v. 28. Superbus fastus, & inurbanus despectus sibi maturauit insidias, & attulit calamitosas miseras; nam Abimelech manum coëgit, & bellum intulit, vtque audaci lingua illud sibi creasse periculum, non ignoraret, Zebul prodidit. *Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris?* *Quis est Abimelech?* Acs diceret: Inurbana superbia, fastosa arrogantia hostes adduxit, & contra tumidum bella excitauit: *Fecit* ( inquit Lira ) *magnum contemptum.* Contemptu, fastuque conciliauit sibi inimicos, qui humanus, affabilisque potuisset conciliare sibi deuotos. Vbi Iuda tribus inurbana legitur, bellum satis periculosum excitasse probatur.

## T E X T V S.

**V**E R S. 42. Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israël: *Quia mihi propior est Rex: cur irasceris super hac re.* Nunquid comedimus aliquid ex Rege, aut munera nobis data sunt?

## §. C X X .

*Ingenius fidelisque subditus non attendit mercedem, sed seruit, ut impleat obligationem.*

**S**Emper merita videntur despecta, ni digna furent remuneratione præmiata: à iusto Principe, superioraque præmium diligitum meritorum est clarissimum testimoniuin; nec tanti æstimator in præmio vtilitas, quæ honestas: verum et si meritos Principis debeat æquitas munerare, ingenuus tamen subditus seruit, vt seruiat, & suo muneri satisfaciat. *Tanq; quis gratior reddiunt* ( aiebat Cassiod. 7. Var. 20.) quanto parendi causas amplius suscepisse monstratur. Maiorem Principis meretur gratiam, qui in se ad parendum titulos quæsiuit, nec præmiorum cupidine illeetus obtemperauit. Omnes tribus Dauidis triumphalem reductionem statuerant concelebrare, tribus tamen Iuda speciali deuotione cæteras anteivit. Cùmque aliae hanc festinantiam ambitioni adscriberent, & inquis suspicionibus denigrarent, Iuda, vt omnem à se notam expungeret, deuotionemque efferret, testatur citius accurrisse, non alicuius vtilitatis spebus ductam, sed obligationis præcipuis titulis excitatam: *Quia mihi propior est Rex: cur irasceris super hac re?* Nunquid comedimus aliquid ex Rege, aut munera nobis data sunt? Acs dicit: Nos in seruendo, comitandoque Principe præcipui sumus, quin vtilitatis allicetemur studio, sed solùm obligationis explenda ardenter desiderio: *Nunquid comedimus?* Quasi dicit ( inquit Hugo ) *Non fecimus propter emolumendum aliqd.* Profecto emolumendum non attendentes; sed solùm, vt inseruant, accuratent, extitent digni, qui honoribus cæteros anteirent: nam dignior est præmio, qui solùm seruit, vt seruiat, quæ qui obsequitur, vt accipiat. Longè à parente distabat prodigus, dum inter mercenarios enumerari anxijs suspicijs discipiuit: *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius*

*tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis.* Luc. 15. *Luc. 15. v. 18.* Fames accelerauit gressum, promouit cursum: cùmque approximaret parenti, iam non petit inter mercenarios admitti, sed exerta voce culpam non erubuit fateri: *Peccavi in cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuis?* Quid tunc pater? Dulcissimo amplexu constringit, & opiparam mensam parari iubet, *Cito proferte stolam primam, & induite illum.* Notauit Chrysol. ser. 3. inter paternos amplexus oblitum fuisse mercedis, & generosi flammis inardescere amoris: iam non ait: *Fac me sicut unum de mercenarijs:* Quia mercenarius desiderat umbram, & ob laborem mercedem sibi reddendam. Ergo iam noluit mercenarius esse, quia generosè omnem mercedem despexit, & solùm parenti deseruire semper ambivit: ergo in primis meruit numerari, & paternis brachijs constringi. *Pater hic* ( ait Chrysol. ) *in secundis esse non passus est peccatorem.* Antea locatione annua seruitutem decreuerat innouate, & spe mercedis labori insisteret, modò mercedis ptorsus oblitus est: ergo modò prima stola resplendet, & paternos inter amplexus recumbit, quia nequibat non dinumerati inter primos, qui præmiorum spe non illeetus satagebat inseruire semper deuotus.

## §. C X X I .

*Plures honestos non emulantur labores, sed si- tiunt vtilitates.*

**V**Is ( aiebat Cassiod. 6. Var. 4. ) *Præfatum vrbanum alloquens odium non recipere: Studium à te gratificationis exclude.* O egregium consilium, & salubre monitum: Plures, imò ferè omnes gratificationem sibi ambiunt impendi, & dum à se eiusmodi excludere nolunt studium, contra opinionem, & famam conciliare sollicitant odium, dum generalis quetela obmurmurat minus muneric implendi sollicitos, & vtilitatis auidos. Qui labores refugit honestos, & solùm, vt emineat fastigio, lucet, obloquentum nequibat linguas vitare, quia vident facultatibus adaugeri. Hanc videntur vitasse inuidiam Iuda contribules; nam licet præ alijs prælucerent honore, & Regis splenderent proximitate, ea temperantia vni sunt, vt asperos subierint ad traducendum Regem labores, quin ambirent vtilitates: nullum accepisse se testantur donatiuum, aut præmium: *Nunquid comedimus aliquid ex Rege? aut munera nobis data sunt?* Responsio querelas repressit, & audaces linguas frænauit: quierebantur reliquæ de Iuda tribu, quia Regem traduxerat, & traductionem cæteris, veluti furtiæ, occultarat: vtque à se Iudei omnem inuidiam excluderent, & indignationem sopirent, vtilitati sic asserunt renuntiassent, vt nec edulia accepissent, nec sibi præmia solicitarint: Nouerant, frequenter homines honestos aliorum labores non amulari, sed splendores, aut vtilitates ambire. Ergo sine rubore palam ostentant otine gratificationis studium ignorasse, & solùm, vt obligationi satisfacerent, Regem traduxisse. Audi Caietanum: *Omnem vtilitatem excludunt.* Inuidiam, indignationemque crediderunt spondam, si constiterit honestis solùm desudasse labotibus, & nullis adauictos vtilitatibus; nam labor non inuidetur, sed vtilitas exambitur. Christus Dominus manum extendit, & leproso sanitatem restituit: *Extendens Iesus manum, tergit*

*Luc. 8. v. 3. ti it eum, dicens: Volo: Mundare. Luc. 8. v. 3. Salute iam indita, lepraque abacta, iubet sacerdotibus munera offerri: Offer munus, quod praecepit Moyses, in testimonium illis. Profecto cui videatur excitare contra se sacerdotum odium, dum oblatis muneribus publicat sanitati restitutus miraculum. Si munus à Christo inditam prodit sanitatem, armabit etiam accipientium aemulacionem; imò ad sacerdotes mittit (inquit Chrysost. in Cat.) vt eorum comprimat ora. Ad sanitatem impertiendam extendit manum, & ex miraculo nullum situit emolumenitum: ergo ipsa actio & Christum ostendebat diuinum, & sacerdotum sedabat odium. Plus homine erat, qui solum laborabat, vt muneric obligationem impleret; non, vt acquireret: & homines se ostendebant sacerdotes, dum non aemulabantur laudabilem curationem, & discupiebant utilitatem; nam homines ad utilitates inhiant, ad aliorum honestos imitandum labores minime anhelant. Chrysostomum audi: Ut iniquorum obstruat ora: vt enim non dicant: Quoniam sacerdotum gloriam rapuit, opus quidem ipse implenit, probationem autem illis concessit. Si Christus munus acciperet, contra se aemulationem atmaret, at dum ipse manus admouet operi, & renuntiat utilitati, sacerdotes donis perceptis linguis continebunt, nec honesta aemulatione imitari Christum curabunt. Sacerdos non indignaretur, quia indidisset aegro salutem, & indignaretur, si Christo labor afferret utilitatem, cum sit hominibus frequens fouere utilitatis studium, & etiam laboris tedium. Bene ergo Iuda tribus ob traductionis labore nullum se testatur accepisse lucrum, vt reperserit odium.*

## TEXTVS.

VERS. 43. Et respondit vir Israël ad viros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego sum apud Regem, magisque ad me pertinet Dauid, quā ad te: cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem Regem meum? Durius autem responderunt vii Iuda viris Israël.

## §. CXXII.

*Dignitatis ambitor suffragia solicitat officiosus, post electionem non semel oblitus citur inurbanus.*

**D**ūm quis alteri prodesse potest, officiositate colitur, reuerentia suspicitur, & sepè muneribus prolectatur. Disertè satis Tertul. de Pœnit. cap. 11. *Qua non atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant? Ad omnem occursum maioris cuiusque personæ decrescentes. Qui ambitu obeunt capessendi dignitatem, suffragia sibi acquirere studiosè satagunt, nec ad id, yllum reuerentia, officiositasque cultum omittunt; si tamen desideratis potiantur, illos ipsos, quos colebant proni, præteribunt oblii, aut offendent inurbanii. Israël queritur quid, cum decem partibus fuerit maior, ad triumphalem reductionem non fuerit ascitus, imò inurbanè satis despectus. Decem partibus*

*maior ego sum apud Regem, magisque ad me pertinet Dauid, quā ad te: cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem Regem meum? Horum verborum sensus est, decem tribus suffragijs Dauidem in Regem elegisse: cūque earum decem fuissent suffragia, & Iuda tribus vnicum, & singulare, illa electio magis ad cæteras pertinebat, & ad Iudæ tribum minus spectabat: ergo cū rationi esset consonum, illas asciscere, imò vt principales eo honore nobilitare: queruntur Dauidem aut obliuione præteriisse, aut despectu non inuitasse. Ita Abul. q. 35. Non intelligitur ista majoritas quantum ad numerum, sed quantum ad dignitatem, vel ius: nam Israëlitæ habebant ius eligendi Regem secundum numerum tribuum suarum, scilicet quod ille, quem maior pars tribuum in Regem acciperet, esset Rex. Itaque cū quævis tribus ius haberet suffragij, plis Dauidis ad Israël, quā ad Iudam pertinebat, cū Iuda vnicum suffragium præstiterit, & Israël suffragia decem subministrat. Nam, vt constat ex hoc lib: cap: 5. v. 1. vniuersæ tribus Dauidem consalutarunt, & in Regem acceperunt: Venerunt vniuersæ tribus Israël ad Dauid in Hebron: ergo queruntur quid post electionem non fuerint ascita, cū ante electionem de Dauidis consensu ad præstanta suffragia per Abner studiose fuetint solicitatæ: Fac mecum amicitias (aiebat Abner) & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israël. Dauid grato animo præmissionem audivit, & suam in præmium amicitiam repromisit: Qui ait: Optime, ego faciam tecum amicitias. Supra. 3. v. 12. En Dauid offert præmia, vt Abner tribuum solicitarit suffragia, modò vero non attendit, nec ad triumphi inuitat solemnia. Nullam Dauidi notam inurimus; sed cū omnia illis in figura contigent, historiam referimus, vt doctrinam vtilem eruamus. Itaque ante inaugurationem suam Abnero obtulit amicitiam: Ego faciam tecum amicitias: modò vero iam nec tribus asciscit, nec vocate ad reductionem triumphalem meminit: nam qui alicuius dignitatis ambitum obeunt, nihil officiositatis omittunt, sed assedit iam dignitatem, vrbaniatatem obliuioni facile tradunt. Cum cœlesti Israëlitæ egerent auxilio, deuoto Dominum venerabantur obsequio: In tribulacione sua mane consurgent ad me. Osee. 6. v. 1. Antelucani adstabant Domino, eius ministros salutantes, & ad eorum occursum decrescentes; ast vbi assedit sunt desideria, violarunt pæcta, & sibi fabricauerunt idola: Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum: ibi prævaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium idolum. Obliti sunt pæcta, assedit iam desideria; & qui anteuertebant lucem, vt impenderent reuerentia adorationem, poste à iniuncti adorauerunt idolum, & violarunt promissum. Frequens namque est apud homines spibus duci, & proprijs cupiditatibus adulati. Ipsi vero sunt (inquit Theod. h̄c) sicut homo præteriens testamentum, ibi enim contempserit me. Dum ope egebat, adorauit, dum sibi visus est auxilio, opere iam non egere, inurbanus satis contemptus: nam de more homines suæ solùm inserviunt cupiditati, quam assedit, iam argumentum nihil debentium querunt refragati obligationi. Vbi tribuum erant necessaria suffragia, ea solicitauit vrbanitas officiosa, ad triumphalem vero pompam non inuitauit independentia studiosè oblita.*

## C A P V T X X .

1. **A**CCIDIT quoque, ut ibi esset vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in David, nec hereditas in filio Isai: reuertere in tabernacula tua Israël. 2. Et separatus est omnis Israël à David, secutusque est Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhaeserunt Regi suo à Jordane usque Ierusalem. 3. Cumque venisset Rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens: & non est ingressus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis, sua in viduitate viuentes. 4. Dixit autem Rex Amasa: Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. 5. Abiit ergo Amasa, ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum, quod ei constituerat Rex. 6. Ait autem David ad Abisai: Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quam Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas: & effugiat nos. 7. Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque, & Phelethi, & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri. 8. Cumque illi essent iuxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & de super accinctus gladio dependente usque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. 9. Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salve mi frater. Et tenuit manu dexterâ mentum Amasæ, quasi osculans eum. 10. Porro Amasa non obseruavit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere, & effulit intestina eius in terram, nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est. Ioab autem, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri. 11. Interēt quidam viri, cum stetissent iuxta cadaver Amasæ, de sociis Ioab, dixerunt: Ecce qui esse voluit pro Ioab comes David. 12. Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. Vident hoc, quidam vir, quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transscuentes propter eum. 13. Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri. 14. Porro ille transferat per omnes tribus Israël in Abelam, & Bethmaacha: omnésque viri electi congregati fuerant ad eum. 15. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaach, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est urbs: omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. 16. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecum. 17. Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancille tue. Qui respondit: Audio. 18. Rursumque illa, sermo, inquit, dicebatur in veteri proverbio: Qui interrogant, interrogant in Abela: & sic perficiebant. 19. Nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israël, & tu queris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israël? Quare precipitas hereditatem Domini? 20. Respondensque Ioab, ait: Absit, absit hoc à me: non precipito, neque demolior. 21. Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra Regem David: tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. 22. Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad Regem. 23. Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israël: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethaos, & Pheleth eos. 24. Aduram vero super tributa: Porro Iosaphat filius Ahilud, à commentariis. 25. Siua autem scriba: Sadoc vero, & Abiathar sacerdotes. 26. Ira autem Iairites erat sacerdos David.

## T E X T V S .

VER. 1. Accidit quoque, ut ibi esset vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in David, nec hereditas in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israël.

Eman. de Nanera in Reg. Tom. IV,

## §. I.

Sapè cogitur duriora pati, qui lenia refugit sustinere.

**E**xoculata impatientia sèpissimè ad indecoram probatur cogere tolerantiam, & magnam laborum producit copiam. Negotiatio est aliquid tolerare, ne compellaris asperiora subire: Saluberrimam (monebat Cassiod. 7. Vat. 27.) patientiam commode, ut causis vestris ferat remedium.

Z z Salu

Saluberrimum patientia remedium afferit, quia secundam segetem calamitatum tolerantiae falce praecedit. Iuda tribus aut bellica fortitudine fisa, aut regia consanguinitate superba cæteras durè allocuta est: *Durius responderunt viri Iuda viris Israël.* supra 19. v. 43. Seba, qui regio etiam sanguine tumebat, impatienter tulit, & concrepante buccina, tribus contra Dauidem armavit: *Accidit quoque, ut ibi esset vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Ieminus: & cecinit buccinā, & ait: Non est nobis pars in Dauid.* Cum Seba non esset tunc armatorum agminibus stipatus, & Dauid multis, bellicosisque militibus esset instructus, Seba opus fuit indecoram fugam arripere, & sibi profugium querere. Abelam, ad quam se contulerat, exercitus regius cingit, & ciues, ut à se amolirentur periculum, prefcissum Seba proiecerunt caput. *Abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab.* Infrà v. 22. Ecce dum refugit verba duriuscula deglutire, inuenitur cæcis difficultatibus premi, & dum leue ab humeris extutit iugum, præcidendum præbet carnifici collum: exigua patientia certè vita scit copiosiore laborum tolerantiam; ast compulsus est grauia pati, dum recusat leuia sustinere. *Viri verbis persuasi verbis mulieris* ( inquit Abul. q. 28. ) occiderunt Sebam, qui inter eos erat, & proiecerunt caput eius per muros. O quām illi utile fuisset prudenter verba illa dissimulasse; & patienter Iuda tribus arrogantiā tulisse. Ast dum Belial filius iugum è ceruicibus excutit, carnifici iugulum tradit. O quot, si exigua dissimulassent, si leuia tulissent, vitam producent, & laborum acrem tempestatem euaderent! Verū dum impatientes furunt, dum furiosi inardescunt, in cæcas calamitates incurruunt, & quia recusauere leuia, tulerunt grauia. Prodigus ægrè tulit pij parentis obedire mandatis, viuendi ambivit libertatem, & nobilissimam repulit seruitutem; verūm impatientia grauissimas sibi asciuit ærumnas, & qui detrectauerat laudabile præstare parenti pientissimo obsequium, compulsus est durissimum immisericordi domino exhibere servitium: *Misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.* Lue. 15. v. 15. Chrys. sol. fer. 1. hanc indignam tolerantiam ortam existimat ab impatientia, nam ni detrectasset sua uissimum parentis iugum, tyrannicum non sustinuisse imperium, sustinuit tamen immanissimum dominum, quia lucrosum parenti pendere noluit debitæ subiectionis tributum. *Quantum pius pater, tantum heres impatiens.* Adnectit. Sic inuenit, qui se negat pari, qui se committit extraneo, ut sentiat severum Iudicem, qui fugit indulgentissimum prouisorem. Impatientia paternæ domus noluit limitibus contineri, saluberrimis noluit præceptionibus obedire: ergo impatiens sibi amplissimam patientiæ messem procreauit, & nudus, ac famelicus lutulentis gregibus inseruuit. Itaque patiendi copiosa messe de impatientia pullulauit, & qui respuit leuia, tulit durissima.

### §. II.

*Ambitio dum inuolat cæca, sibi periculum maturat imprudentia.*

**N**ihil infaustius, nihil probatur periculus, quām vota in immensum proeuntia, & desideria nullis prudentiæ limitibus coarctata. Ni omnis profanus ambitus prorsus auferatur,

calamitas de ipsa cæca cupiditate innutritur. *Quidquid nos meliores, beatosque facturum est* ( aiebat Senec. 7. de Benef. cap. 1. ) *aut in aperto, aut in proximo ( natura ) posuit.* Si animus fortuita contempsit, si se supra metum sustulit, nec auida spe infinita complectitur. Auida spes nescit quiescere, quia sibi modum nescit imponere, & sæpè dum prope rat imprudenti gressu ad altiora, solet incurrere in præcipitia. Seba leuem occasionem naetus, tuba concrepat, & coronam sibi solicitat: Cecinit buccina, & ait: *Non est nobis pars in Dauid, nec hereditas in filio Isaii.* Ciuite intentasse bellum, ait Hugo Card: quia regalem ambiebat thronum. Eius verba sunt: *Vir Belial, id est filius Diaboli, qui volebat fieri Rex.* Militum copias à Dauidis signis auerit, & bellum adornare gestiuit. Sed qualis fuerit huius cæci ambitus finis, Scriptura non tacuit: nam cùm Seba instructum non haberet copiosum, & Dauidis milites dignum insolenti inferre conantur supplicium, se in Abelam ciuitatem contulit, sed ibi mortem inuenit. Ciues namque de prudentis mulieris consilio maluerunt Seba capite suis capitibus protidere, quām proprio discrimine Seba ambitioni suppetias ferre. *Abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab.* Coronam non acquisiuit capiti, sed capite soluit coronam: carnifici certuicem præbuit, quia cæcè ambivit. Si ambitioni imposuisset modum, infame non pateretur supplicium; ast dum sine consilio, imò cæca temeritate dignitatem exambit, immaturam sibi mortem asciscit. Plures dum nimio ambitu, dum fastu cæcissimo alios exasperant, & irritant, sibi præter opinionem calamitatem maturant. Seba dum auida spe regiam occipare discupit sedem, opus est porrigerere cultro ceruicem: *Volebat fieri Rex.* Oseas, vt nobis ambitionæ temeritatis fructus edoceat, ait: *Ventum seminabunt, & turbinem metent.* Oseas. 8. v. 7. Turbo Oseas. 8. superbiæ, ambitionis que detestandus est fructus, v. 7. & miserandus prouentus. Nam, ut qui violentis turbinibus impetratur, periculosè circumvoluitur, & iactatur, sic ambitionis superbia dum inflatur, procellosis sæpè ventis concutitur. *Turbinem metent* ( inquit Lira ) *id est in captiuitatem ibunt.* Ni ventum seminassent, captiuitatem nullatenus incurrisse, ast ingemuerunt vinculis pressi, dum cæco intumuerunt ambitu elati. Seba maturauit sibi ruinam, immetam exambiens gloriam.

### §. III.

*Imprudentia est generalitatis causam sibi specialiter applicare, & sumere vindictam gestire.*

**P**ronidè ( aiebat Cassiod. 9. Var. 18. ) decrevit Antiquitas vniuersitatem editis generalibus admoneri: per qua & delictum omne corrigitur, & excedentis verecundia non graduatur. Adnectit: Et similis fit innocentia, quem contigerit sub communione purgari. Vbi nullus edicto exprimitur, innocens quisque singularis putatur: imprudens est, qui, cùm possit sub generalitate latere, gestit sibi editalis programmatis correctionem singulariter applicare. In rebus asperis, dum singulos speciem non exprimunt, sed vniuersos includunt, cordatus quisque recusat generalia verba sibi applicare, & vindictam solus expetere. In hoc maximè errauit Seba: nā cùm Iuda tribus cæteras videretur despexisse, dureq; tractasse: *Durius responderunt viri Iuda*

*Iuda viris Israël. Suprà, v. 43. sibi applicuit offensam, & imprudenter expetere gestiuit vindictam : Cecinii buccina, & ait : Non est nobis pars in David. Hic unus aggressus est inciuitatem punire, offensamque illatam omnibus vindicare. Sed quo cœntu? Caput illi præciditur, & placandis hostibus traditur. Abscessum caput Seba filij Bochri proicerunt ad Ioab. Nulla tribus sibi spectatum applicuit, quod ad omnes spectare cognouit, solus Seba indignatione imprudenti incanduit, & solus ceruices gladio porrexit: vt omnibus fuerit notū, periculosam esse imprudentiam, sub generalitate dicta sibi applicare, & se iniuriæ vindicē prodere. Inter illos ( scribit N. Sanct.) quos cum viris Iuda iurgatos esse dicimus, fuit Seba, qui vt appareat in Absalonis exercitu unus erat e principibus: qui omnium agerrimè tulit illam, quam ipse interpretabatur, offensam. Imprudentia fuit, verba in deterius interpretari, & veluti sibi vni illatam communem offensam tentare vlcisci. Seba capite persoluit imprudentiam, & cœteris vtilem reliquit discrimine proprio doctrinam. Christus Dominus proditionem sub generalitate corripuit : Vnus vestrum me traditurus est. Mat. 26. v. 21. Leo ser. 7. de Pass. & in Cat. Christum Dominum prudentissimæ correctionis, ait, præbuisse superioribus formam. Eius verba sunt : Notam sibi esse proditoris sui conscientiam demonstrauit, non aspera, ac aperta impium increpatione confundens, sed leui, & tacita admonitione conueniens, ut facilius corrigere pœnitendo, quem nulla deformasse abiecit. Iudas imprudenter sibi generaliter dictum applicuit : Nunquid ego sum Rabbi? Et dum sibi specialiter applicat, audit : Tu dixisti. Ipse, quæ latebat, infamiam proditionis vulgauit, quia vt clarius aperiret, importuna interrogatione quodammodo sub generalitate corrigentem coëgit. Remigius in Cat. Christi sic interpretatur responsum : Sic potest intelligi : Tu dicas, & verum dicis? siue : Tu dixisti, & non ego. Itaque Iudas interrogatione subiuit notam, dum quodammodo Christum coëgit, vt generalem expressius declararet censuram. Inuenies, qui, cùm possit generaliter dicta præterire, & inter alios latere, imprudentes prosiliunt, & importunis interrogationibus, aut intempestiis minis dicentem ad intentionem prodendam cogunt, quod magnis periculis obnoxium, & à prudentia prorsus inuenitur alienum.*

#### §. I V.

*Humana temeritas etiam dum horribile intueretur supplicium, consimile aggreditur perpetrare peccatum.*

**L**egis propositum est, dum delictis decernit supplicia, admissam culpam corrigeret, & pœnali correctione cœteros ad monere. Fratricidæ Caino signum impressit Dominus, non solum, vt ei nullus tentaret necem inferre, sed vt quisque, spectato suppicio, delictum horreret simile perpetrare : Posuit Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. Gen. 4. v. 15. Quod appositum fuerit signum, querunt Interpretes : testantur aliqui, fuisse pauidum ubique metum, pauorem quietis nescium, & semper duris sollicitudinibus agitatum. Accipe Basilium Seleuc. Or. 4. *Malum tacere nescium intuentibus sit hortamento, & perturbata natura quietem suadeat.* Itaque inficta Caino ob homicidium pœna erat cœteris pro lingua, vt vererentur homicidium perpetrare,

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.*

Mat. 26.  
v. 21.

intuiti perpetua metus anxietate puniri. Verum amens adeò est hominum audacia, audax adeò probatur esse impudentia, vt inficta alteri pœna a consimili non auerterit culpa; imò saepè dum formidabile sceleris spectatur supplicium, consimile tentatur peccatum. Absalom immatura ambitione pium in parentem coniurat, & coronam sibi præcipere anhelat: exoculata ambitionis fuit merces patulæ quercus ramis suspendi, & ictibus repetitis transfodi. Vidi Absalom pendere de quercu. Supra. 18. v. 10. Putares supplicium cœlesti decreto ambitioni inflatum, fore opportunum cœteris contra ambitionem remedium, nec iam aliquem exoculata adeò audacia præcipitandum crederes, vt Absalonis horribilem intuitus pœnam, similem tentare præsumeret culpam; & tamen Seba buccina clangit, & coronam sibi prætendit : Accidit quoque, vt ibi esset vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Ieminus, & cecinit buccina, & ait : Non est nobis pars in David, nec hereditas in filio Isai. Ambij se sibi coronam testatur Hugo Card. Vir Belial, id est filius diaboli, qui volebat fieri Rex. En ante oculos Absalonis versatur strages, & Seba horribilem intuitus pœnam, ad similem inuolat culpam. O quam erat diaboli filius, qui ipso errabat collirio cœcus! infelici morte vitam finit, vt quem aliena non correxere supplicia, capitalis puniret pœna. Et quidem dignus fuit, qui capite solueret cœcum ambitum, dum errauit intuitus ambitionis supplicium. Nabuchodonosor, dum immetatè superbit, pœnam diuinitus decretam luit : Depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: & a filijs hominum electus est. Dan. 5. v. 20. Balthasar regni hæres Dan. 5.  
v. 20. inflictæ pœnæ hortamento non resipuit admonitus, imò consimilem ambitionis insaniam est imitatus. Audi Daniel: Non humiliasti cor tuum, cum scires hec omnia, sed adversum Dominatorem cœli elevatus es. Quod parenti accidit, filio subueniebat, & ne imitaretur parentem insustrabat; verum non inscius pœnæ deliquit, & gratiore mulctam exsoluit: non est regno ad tempus pulsus, sed omnino priuatus, nō est rationabili falce putatus, sed hostili ferro interemptus. Quodsi inquit: Cur grauiorem pendat mulctam? Respondeo, plus delinquisse, dum ambitionis remedium vertit in ambitionis delirium. Innuit Lira: Quasi dicat Grauius peccasti, quia exemplum in auo tuo habuisti: Balthasar non ignorauit illatum auo ob superbiam graue supplicium, & nihilominis consimile perpetrauit peccatum: ergo dignus fuit duriore morte, qui non resipuit, sed correctionis adhortamentum contempst.

#### TEXTVS.

**V**ER s. 2. Et separatus est omnis Israël à David, sequutusque est Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhæserunt Regi suo à Jordane usque Ierusalem.

#### §. V.

*Satis est bonis moribus non imbutus ad honesta plurium debilitanda proposita, imò ad vertenda in contrarium studia.*

**V**biq̄e socius, aut amicus non bonis moribus denigratus, facile rubiginem suam cœteris al-

Gen. 4.  
v. 15.

Z z a limit;

linit, & in colorem suum vertit. *Nemo* ( aiebat Senec. Epist.7.) *non aliquid nobis vitium aut commendat, aut imprimis, aut nescientibus allinit.* Ad honesta tardiores sumus, procliuiores ad vitia. *Satis* est unus, ut pluribus à recta via deflectere persuadeat, imò vt in oppositam vergere ( si fas est dicere ) cogat. Israélitæ tribus modò à Davide recedunt, cùm nuper magnis ad obseruantiam se teneri titulis nouerint : *Omnis populus certabat in cunctis tribubus Iſrāēl*, dicens : *Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluavit nos de manu Philistinorum . . . usquequò siletis, & non reducitis Regem ?* Suprà 19.v.9. Se culpabant, quia tot, tantisque beneficijs obstricti, Regis lateri non adhærent, sed moras trahent : ipsi post exiguum temporis interuallum è ceruicibus Daudis iugum excutient, & in partem contrariam transeunt. *Separatus est omnis Iſrāēl à Dauid.* O quām est inconstans fortuna ! sed inquirendum est : Cur ipsi, qui nuper Daudis ambierant imperium, suave modò detrectauerint iugum ? Si fatebantur nullam aliam esse salutis viam, si se multimodis incommodis Daudis ope exemptos agnoverant, cur modò viam ineunt prorsus contrariam ? Iam Textus expressit : *Seba subiectioſis impatiens iugum excuteſe consuluit, & recedere à Dauidis seruitute fuaſit* : *Accidit, ut ibi eſſet vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus, & cecinīt buccinā, & ait: Non eſt nobis pars in Dauid.* Satis fuit Seba, qui obseruantiae respuebat iugum, ut infirmaret cæterorum propositum, & inter Dauid subiectos committeret bellum. O quām citò subruerint turbata, quæ magno anteā labore composita ! Dum Seba diaboli filius, & oneris pondere exasperatus defectionem suadet, plurimus populus viam contrariam certatim iam tenere contendit. Notauit Hugo Card. *Vir Belial, id eſt filius diaboli.* Diffici li ingenio p̄deditus, & non bonis moribus instruetus facile petuasit reliquis ab obseruantia recedere, & salubre subiectioſis iugum è ceruicibus excutere. Nam, ut parum fermenti totam massam corruptit, & suum in saporem trahit, ita in congregationibus, communitatibꝫque unus degener fatis est, ut botta cæteroruim proposita infirmitat, imò & in partein transire oppositam quodammodo impulerit. Et expende, facilius improbum unum plures peruertere, quām moratum ad salutaria reducere. Adeſt Michæas Dei Propheta, ut mēridaces Prophetas coarguat, & belli euentum p̄dicas ; & nihilominus fatidicorum p̄ualeat numerus, & Regis iniui induratur affectus : *De-*

*cipies, & p̄ualebis.* 3. Reg. 22. v. 22. Verus Propheta contumelij affectus eſt, nec ad ſe traxit fatidicorum numerum, nec fararicoram conuentum. Transi ad. 3. Reg. cap. 13. vbi cūm Dei vir stupendis prodigijs, & miraculis veritatem, fidemque confirmasset, satis fuit è catabolicis unus ſenex ad antiquum tuendum errorem, & miraculis fultam expungendam veritatem : *Fefellit eum, & rediuit ſecum.* 3. Reg. 13.v.19. Veterofus ſenex Dei virum fallit, miraculis obſtit, & Regem anti quām idololatriam proſequi persuadet. Satis non fuit Michæas, ut veritatē ſuaderet, & fatis fuit ſenex, ut mendacia ſtabiliret. Prodeſt Lira: *Abiſt, et eum ſeduceſet, & peccare faceret, & per prophetiam eius irritam perſuaderet.* En ſenex fallit, & falsam fuſſe prophetiam ambitiosus contendit, & antiquā plenam erroribus viam tenere edocet. Michæas parum profecit, contra miracula ſenex inualuit. Ut noueris fatis eſſe unum ad plurimos

peruertendos, & ad reducendos non eſſe ſatis, quia homines nauſeant ad antidotum, & ad mortiferum inhiate ſolent veſenū. Satis fuit Seba, vt decem tribus attereret, & opus fuit Dauidi Abiathar, & Sadoc legatione vti, ut tribum Iuda debitam ad ſubiectionem reduceret. *Dauid misit ad Sadoc, & Abiathar ſacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda.* Suprà 19. v. 11. Plures delegantur ſacerdotes, ut tribus unica reducatur, ſatis fuit unus Seba, ut tribus decem peruerterentur. Lentissime virtutis exēunt incrementa, celerrimè vbi que pullulant vitia :

### §. VI.

*Plures ſpebus ducentur euaniſidis, & experimentis non deſinentur certiſsimis.*

**D**uplici frequenter cæcitate mens laborat humana : non vider quæ ſunt, & ſibi perſuadet videre quæ non ſunt. Virtus illa diuina, quæ gressum dirigit, & p̄cipitia repellit, ſtudioſe effugitur; fucatus error, qui ſpeciosas obtendit inſidias, amatur, & exambit. Honesta debuiffent eligi, ſed proferuntur appatentia iucunda. Non eſt bonum per ſe munda uestis ; ſed munda uestis electio ( aiebat Senec. Epist. 92.) quia non in re bonum eſt, ſe in electione, quia actiones noſtra honesta ſunt. P̄cipua hominis felicitas eſt bene eligere ; calamitas, malè decernere : ſed ut pifces, auēſque caro oblectamento capiuntur, ſic homines falſis ſpebus iſſetiri probantur. Israélitæ tribus buccinæ clangore pronocatae ſequuntur ſebam, Dauidis deſerunt ligna : *Separatus omnis Iſrāēl à Dauid, ſequunturque eſt Seba filium Bochri.* Miranda profectorum mutatio ! Israélitæ tribus manifeste confeſſæ ſunt per Dauidem depuliffe pericula, & optimæ accepiffe trophæa : *Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipſe ſaluavit nos de manu Philistinorum.* Suprà 19.v.9. Quomodo ergo Martiali cantu excitæ contra Dauidem ſequuntur ſebam, & beneficiorum tam citò expunxerunt prorsus memoriam ? *Separatus eſt omnis Iſrāēl à Dauid, ſequunturque eſt Seba.* Seba ſe non potuit tueri, & compulſus eſt carnifici cœruices porrigeſe : *Absiſſum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Joab.* Infrà 22. Dauid multiplices tulit triumphos, & contriuit potentissimos Philisthæos : quomodo ergo ad p̄lrium ſatis ambiguum excitantem ſequuntur, & triumphos offerentem deſerere non verentur ? Proh deſtantam humana mentis caliginem ! Proh humana voluntatis cæcissimam prauitatem ! A Dauid triumphatore separantur, & ſebam inertissimum auido ſtudio ſequuntur, miñusque valet tuta, & certa felicitatis poffeffio, quām dubia, incertissimāque promiſſio. Prodeſt Abulensis. q. 4. *Putauerunt quod ille posſet defendere eos, ideo ſecuti ſunt ipsum.* Dubia exambiunt, certa reiſciunt : ut noueris quām ſit verum homines euaniſidis ſpebus duci, & commodis certiſsimis reſtagari. Vbi arbitrii ſunt ſub ſeba commodiū viuendum, Dauidem deſerunt, & experti ſub Dauid triumphos, non persistunt, plūſque apud illos valet iucunda fallacia, quām fixa & ſtabilis experientia : *Putauerunt, quod ille posſet defendere illos.* Moýſes, quæ populus Dei miseratione effugerit laboriſa, & quæ affeſcus fuerit iucunda, referens ſic aiebat : *Inuenit eum in terra deferta, in loco hororis, & iustaſſe ſolitudinis, eirenduxit eum, & docuit, & enſtodiuit quāſi pupillam oculi ſui.* Deut. 33.

Deut. 33.  
v. 10.

Deut. 33. v. 10. Beneficia Deus beneficij nobiliter obscurauit, & fontes liberalitatis effudit. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Vides molli, plumeaque veluti lectica portari, ad altioraque vehi, vide modò à Deo recedentes, & vitulum, quem humeris portauerint, fabricantes: *Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Tardigradum bouem aquilæ prætulerunt, & maluerunt graui pondere humeros prægrauare, quām aquilinis alis perduci. Si inquiras, quid illos ad hanc insaniam traxerit, respondebunt ipsi, putasse ducē habituros, qui citius ad optata duceret, & ab hostibus armata fronte defendenter. Vanis, luendisque assenserunt spebus, & aquilæ renuntiauere volatibus. Audi Hugonem, *Dixit quod inuenit eum in deserto, ubi non dimisit eum, sed circumduxit circumducendo docuit, docendo custodit, & diligentiam ostendit, cùm subdit: Quasi pupillam oculi.* Prouidentissimum, fortèmque experti ducem, ab eius recesserunt ducatu, vtque eos duceret, insipienti adhæserunt vitulo, vt Israël etiam à Dauid, qui eos saluauerat, separantur, & Seba, qui eos perdiderit, spebus vanissimis adiunguntur.

## §. VII.

*Superior, si lites discipit cuitare, discat funambuli ad instar incedere.*

**P**RÆFECTURÆ, principatusque fes est non solum arduis laboribus plena, sed etiam discriminibus magnis obnoxia. Si Princeps speciali aliquatenus fauore prosequitur, contra se plurimorum prouocare intidiam dignoscitur. Ut sollicitum sublimi, pendulōque fune gradientium studium est in nullam partem propendere, aut inclinari, quia scit minima etiam inclinatione periculum gratie aseiscere, & æquilibrio securitatem constaresita ni gubernatores funambulos imitentur, grauia sibi pericula maturare probatur. Diceret Nazian. Orat. 1. *Forum salus, ac securitas in equilibrio posita est. Ad eundem quoque modum utramvis in partem quispiam sine ob vitium, sine ob imperitiam propendeat, hanc leue periculum tum ipsi, tum subditis imminet, ne in peccatum prolabantur.* Si angustissimam funis semitam & quo gressu excurrat, lucratur plausum, si tantisper inclinet, sibi sollicitus funambulus præcipitum. Israël tribus memoria retinebat, quanta accepissent à Dauid beneficia: *Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum.* Suprà 19. v. 9. & nihilominus ad buccina modò clangorem desettere Dauidem, Sebam fecuti, & ad certamina præparati: *Separatus est omnis Israël à David, sequutusque est Seba filium Bochri.* Seba consilijs inclinatos, & artis ad Martem clangore accessos Dauid non legitur repressisse, nec furorem ipsis in cunabulis amputasse. Abulensis rogat: *Cum Dauid audaciam in ipso exordio non castigari, sed in aliud tempus remiserit?* Respondet que quæst. 5. expectasse, qua tunc inflammabantur, indignationem sedari, vt ad mentem redditis salubris quireret medicina proficere: eius verba sunt: *Prætabat, quod nunc Israëlite, cùm essent prouocati ad iram, nullo modo cederent ei, sed postea redeuntibus eis parum ad seipso, posset illos verbis suadere, cùm essent extra passionem, nunc vero in ipsa passione existentes non cederent, nisi gladio vincerentur.* Nec erant tunc Israëlite dispositi ad amplectendum consilium, nec ad exequendum mandatum: ergo Dauid expectauit, vt temporis tractus exæca defervesceret ira, & viigeret, amotis impedimentis, prudentia, vt medella succederet, non succumberet. Iam quām

teras offendit, & recedere persuasit, vt hinc noverint Principes, superiorēque, quām sit periculosa Principalis gratiæ singularitas, & specialis circa aliquos regentis benignitas. Recessere tribus, Principis erga Iudam speciali exasperata benevolentia: nec pax efflorere potuit, vbi partialis erat omnium æquabili rationis lance merita expensura iustitia. Ni aliquod lateret mysterium, facer Textus tam acuratè non expressisset, Salomonici throni summitatem esse rotundam. *Summitas throni rotunda erat in parte posteriori.* 3. Reg. 3. Reg. 10. v. 19. Cur Salomon, qui interpretatur pacifus, sibi thronum potius rotundum construxerit, quām alia forma affabre factum inscenderit? rogent Interpretes, respondentque figuram rotundam sic esse perfectam, vt è centro æquales versus partem quamlibet ducantur lineæ; vt ergo thronus stabilis permanereret, rotundus erat, & dum omnes adæquè partes amplectitur, inconcussa stabilitate fundatur. *Rotunditas throni* ( inquit Rabban. apud Gloss.) *in posteriori significat requiem eternam.* Ut æterna pax floreret plurimum æquabilis conduxit rotunditas, & indifferens, suffragante ratione, & qualitas.

## §. VIII.

*Superior temporis expectet suffragium, ut applicabit salubre correctionis medium.*

**I**NTER utilissimas artes, quas diuina tribuerunt ad humanæ imbecillitatis subsidium, præcipua est medicina, quæ cum dolore confligit, & medicaminis opportunitate ægrotantis angustias lenit. *Ipsa morbo periclitantiis ( aiebat Cassiodor. 6. Var. 19.) materna gratia semper assistit, ipsa contra dolores pro nostra imbecillitate confligit.* Vtrumque sapiens medicina considerat, & ægroti imbecillitatem, & grauitatem doloris, opportunum etiam tempus expectat, ne ipso laboretur remedio sine temporis applicato suffragio. *Proderit ( aiebat Senec. 3. de Ira capit. 8.) vitio suo interuallum, & quietem dare.* *Difficilis quoque, & indomita natura blandientem feret.* Ut medicæ artis peritus tempus expectat opportunum, vt contra noxias qualitates applicitum præualeat remedium; ita regenti homines opus est, vt valeat prodesse, occasionem obseruare. Israël tribus, Seba auctore, exasperatae recedunt, & à Dauid, vt sequantur Sebam, deficiunt: *Separatus est omnis Israël à David, sequutusque est Seba filium Bochri.* Seba consilijs inclinatos, & artis ad Martem clangore accessos Dauid non legitur repressisse, nec furorem ipsis in cunabulis amputasse. Abulensis rogat: *Cum Dauid audaciam in ipso exordio non castigari, sed in aliud tempus remiserit?* Respondet que quæst. 5. expectasse, qua tunc inflammabantur, indignationem sedari, vt ad mentem redditis salubris quireret medicina proficere: eius verba sunt: *Prætabat, quod nunc Israëlite, cùm essent prouocati ad iram, nullo modo cederent ei, sed postea redeuntibus eis parum ad seipso, posset illos verbis suadere, cùm essent extra passionem, nunc vero in ipsa passione existentes non cederent, nisi gladio vincerentur.* Nec erant tunc Israëlite dispositi ad amplectendum consilium, nec ad exequendum mandatum: ergo Dauid expectauit, vt temporis tractus exæca defervesceret ira, & viigeret, amotis impedimentis, prudentia, vt medella succederet, non succumberet. Iam quām

bene cesserit hæc prudens dilatio, animaduertit datus Abul. Poterat, nullo sanguine effuso, ad se renouare, sicut possea factum est; nam nullus occisus est in renovatione totius populi ad David, nisi Seba. Si tunc David corrigere tentaret audaciam, aut castigare imprudentiam, non esset correctio, sed decertatio: nam Israëlite audaciū subiectio-  
nis rumperet frēnum, & prosiliret decertaturus in campum. Ast prudenti dilatione, temporis que suffragio Israëlite admisit iugum, & David incruentum seruauit ferrum. Incautus viator in latronum manus incidit, iacebat dispoliatus, & infictis vulneribus plenus. Sacerdos eandem ingressus viam, subuenire contempnit; Leuita etiam maioris exemplum secutus, misericordiam ignorauit. Verū Samaritanus quidam pietate Sacerdotem, Leuitāmque vicit, & ægrotō succurrere festinavit: Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum misericordiā motus est: & appropians alligauit vulneracius, infundens oleum, & vinum. Luc. 10. v. 33. In Samari-  
tano Christum Dominum agnouit August. in Cat-  
ten. In Samaritano se voluit intelligi Dominus noster Iesus Christus. Hinc oritur quæstio: Cur cirius non aduentarit, cum non calu viam carperet, sed consilio? Accurrit statim, ut infundat oleum, & vinum, & saucio reddiderit sanitatem, ne beneficium tarditas obscurarit. Imò, inquit Theophilactus, ipsa rationabili mora vt oleum, vinumque prodesse infictis vulneribus exambuit. Ut infictæ plagæ tractari permetterent, nec ad se medicinam traherent, opus erat ardorem tantisper remitti, vtque sedaretur, aliquo tempore curationem differri. Ergo quod distulit non ignauit, sed prudentia. Non poterat (inquit Theophilactus in Cat.) homo à principio suscipere Christi mysterium. Addit: Dicit autem, iter faciens, quasi ex proposito hoc statuens, vt nos curaret. Curare vulnera statuit, sed culpis saucium à principio ad mysteria suscipienda non bene dispositum recognouit, ergo temporis expectauit suffragium, vt opportunum infundat vinum. Cœlestis medicus tempore non egebatur, sed factis edocuit, non accelerandam aliquando correctionis medicinam, & prodesse rationabilem moram. Et expende blanda prius vsum olei mollicie, & posteà seuera vini austerritate; prius namque sunt lenia tentanda, & austera posteà adhibenda. Itaque superior medicum imitari debet, si animi morum depellere ægritudines cupit: expectanda est temporis opportunitas, expendenda morborum qualitas, infirmi consideranda debilitas. David furenti indignationi tempus concessit, & posteà Israëlitas ad subjectionem debitam traxit. Cum essent provocati ad iram, nullo modo cederent.

## §. IX.

Pæne obnoxius est, quisquis peccat, sed grauiori, quisquis ad peccandum irritat.

**D**elicatus, & vitijs infectus comes studiosè virandus est: nam mollis, inconstansque animus facile assentatione corruptitur, & ad vitia sectanda trahitur. Compone mores tuos (aiebat Senec. epist. 29.) atrolle animum, aduersus formidata consiste, numerare eos noli, qui tibi metu faciunt. Ni despiciat, abigatque inani metu deterrentes, & ad vitia gratis adulacionibus proritantes, nequibit animus sibi consistere, & vitijs

non denigrari. Plures non solum erroribus inficiuntur, sed alios ad suum colorem trahere plebibili studiostate conantur. Graui pœna dignus est, qui delinquit, sed grauiori, qui veluti adætis stimulis, igniculis iniectis alios ad peccandum trahit. Israëlite à Davidis castris recedit: Separatus est omnis Israël à David. Seba etiam Davidis signis renuntiat, & licet commune videatur peccatum, diuersissimum proditur fuisse supplicium: nam David Israëlitis, vt resipiscerent, tempus concessit, nec statim pœnam inflixit; Seba vero luit culpam capite detruncatus, & contemptu generali despectus. Abscessum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Joab. Infra. 22. Iam si inquiras: Cur eodem in criminē comprehensi æquali pœna non affligantur puniti? Respondebit Textus, Seba fuisse defectionis artificem, dum clanxit buccina, & Israëlitas ad Martia incitauit bella. Itaque licet Israëlite Davidis deseruerit castra, & Seba deseruerit signa, diuersissimum fuit delictum, diuersâ pœnâ plectendum; nam Seba non solum defecisse probatur, sed alios, vt deficerent, clangente buccina, prouocasse inueniuntur: Cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in David. Ergo dum ad culpam irritat, dum cantu ad defectionem prolectat, grauiorem pœnam & incurrit, & soluit. Prodest Abul. q. 4. Vis a opportunitate fecit divisionem: Israëlite autem videntes quod erat vir magnus, adhaerunt ei. Israëlite adhæsit, sed veluti attractus, & buccina perstrerente compulsi: Seba clanxit, & ad defectionem impulit: ergo Israëlite impetravit indulgentiam, sed Seba præciso capite soluit mulctam: vt notum omnibus esset, auctores, irritatoresque ad vitia grauissimis pœnis mulctandos, & rigida seueritate puniendos. Miseros homines sœui intuerant spiritus, nec solum fetidis in sepulchris cogebant latere, sed illac viatores non permittebant transire. Itaque & spurcissimos factores inhabitabant, & viam prorsus venientibus impediebant. Sœui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Mat. 8. v. 28. Hi ad Domini conspectum Mat. 8. tormentis rigidissimis discruciali, & durissimis v. 28. fatentur pœnis aduti: Venisti hic ante tempus torquere nos? Hinc oritur quæstio: Cur hi duriora præ alijs sustinuerint flagella, & passi fuerint supplicia? Ad Mat. 9. v. 32. Christo offertur homo muto dæmonio possessus, nec tamen ingemiscit dæmon speciali seueritate mulctatus. Ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem. Et, electo dæmonio, locutus est mutus. Mat. 9. v. 32. Si Mat. 9. discriminis causam inquiras, inuenies, alibi dia- v. 32. bolum non solum obscura inhabitasse sepulchra, sed ne homines Christo accederent, apposuisse etiam impedimenta: Ita vt nemo posset transire per viam illam. Ergo licet grauis omnes spiritus adurget pœna, Gerasenos seuerior premebat mulcta. Chrysol. audi Serm. 16. Videlis, quia demones venientibus ad Christum præcluserant viam, transitum denegarant? Abnexit: Non enim aliter possunt homines possidere, nisi eos ab auctoris sui societate subducant. A Christi societate Gerasenus amouebat, alter ora taciturnitate signabat. Ergo vt notum omnibus fuerit grauissimis pœnis manere obnoxios factis, aut verbis ad vitia proritantes, & occasionem præbentes. Gerasenus spiritus ingemiscit durissimis pœnis distortus, & Seba pergit capite detruncatus.

## T E X T V S.

VER. 3. Cūmque venisset Rex in domum suam in Ierusalem , tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum , & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens, & non est ingressus ad eas , sed erant clausæ usque in diem mortis suæ in viduitate viuentes.

## §. X.

*Omnis occasio culpa est prouidenter vitanda, & ab oculis amouenda.*

**O**pus est maturo remedio periculis obuiare, nec criminis occasionem stultâ confidentiâ permittere. Alius est animus adulatorijs delicijs irretitus, alius longè à periculis separatus. *Quid est gratius* ( aiebat Cairod., Var. 48.) *quam humanis rebus cautelam semper adhibere, que aut sit necessaria, aut non grauat esse superflua?* Prudens cautela satagit imminens periculum anteuertere, & occasionem longissimè propulsare. Vbi David aulam ingressus est, concubinas à filio vitiatas iussit amoueri, & amotas alimentis competentibus ali. *Tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam dorum, & tradidit eas in custodiam.* Cur adeò solicite amouerit concubinas? in dubium vertitur. Abulensis existimat fuisse pulchritas , & cùm esset Dauidi indecorum ingredi ad publice, & à filio vitiatas , omnem voluisse occasionem amouere , & prouida cautela vti. Ita Abul. q. 9. *Dicendum quod clausæ fuerant, ut nunquam venirent in domum Regis; nam foris pulchrae erant, & si Rex interdum videret aliquam illarum, afficeretur ad eam, & cognosceret quod illicitum erat, ideo volebat tollere causam scandali.* Illicitum erat vitiatas à filio concubinas adire; si adessent, appetitum pulchritudine possent accendere: prudenter ergo David omnem criminis occasionem removit, & periculum, concubinis clausis , anteuerterit. Nec solum nos cautelam edocuit, concubinas ab oculis amouendo, sed etiam sitim ardentissimam edomando; nam cùm tres fortes, quas ardentier concupinerat; Bethleemitica de cisterna non sine graui periculo vndas attulissent, bibere noluit, sed Deo sacratuit. Fortunata temeritate vnda est allata, sed prudenti cautela effusa. *Noluit bibere: sed libauit eam Dominus?* 1. Reg. 23. v. 16. Hugo Card. effudisse testatur: *Libauit, id est effudit.* Sed inquirendum est: Cur sic militum, vt ipse aiebat, sanguinem depretiarit, periculumque contempserit? Aquam non bibat, sed ad memoriam afferentium seruarit, quando nequibant graui dolore non viri, adspicientes sic effundi, quod magnis adeò periculis erat notissimum comparari. O imitandam nobis prudentiam! Exercitus sit etiam vrebatur, & si videret Principem ardori adulantem, cuius sequeretur exemplum, & desereret, vt sitim expleret, Martialem campum. Ergo David, vt periculis obuiaret, sitim sustinere decreuit. Adde, quod in eo aquæ appetitu aliquatenus culpam nouit, noluitque angere bibendo, quam admiserat culpam desiderando; ni aquam effunderet; aderat, si iterum vrgeret sitis, sedandi occasio , semel effusa , omnis occasio probabatur

abacta ; ergo factis edocuit non solum à culpis abstinere, sed omnem occasionem quam longissime propulsare. *Exemplum* ( addit Hugo ) fortitudinis , & constantie militibus præbuit, vincens naturam, id est, appetitum, ne sitiens biberet. Qua tunc vrgebatur, sitim euicerat, sed fortassis si perseveraret vnda, iterum sitiunda vreret flamma: & qui prius subegerat appetitum, postea fortasse aggredieretur explere ardentissimum desiderium ; ast effusa aqua, nulla, qua excitaretur appetitus, remanebat materia, nec occasionis prolectare quibat dulcis fallacia : ergo aquam effudit, & omnem explendi appetitum à se opportunitatem amouit.

## §. XI.

*Qui discipit inuiolatam à fæmina fidem servari satagit nec færia præbere.*

**F**œmina animal gloriae appetens est, politio-  
ti discipit ornatu florere, & alijs ingeniosas  
eautus nouitate præire. Eleganter Tertull. de Cult.  
Fœmin. cap. 1. *Quota denique est, que nec placere*  
*quidem extraneis concupiscat, necnon velit idcirco*  
*se expingere, ut neget apperitum?* Pruritu ingenito  
discipiunt fœminæ per decorum placere, & sui  
adspicientibus cupiditatem injicere: quod si huic  
ingenito appetitui fames , aut sordidior ornatus  
adijciat stimulum, pudori imminet detrimentum.  
Hinc est quod David omnia concubinis necessaria  
diligerenter voluit præstari, vt eas posset facilius intra laudabilis pudicitiae terminos contine-  
re: *Tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens.*  
Male cum recessus obseruantia lurida concorda-  
ret inædia, catcerem rumperet; vt sopiret famem. Ergo Dauidi curæ fuit, quas desiderabat  
illæsum pudorem custodire, ad vitam necessarijs  
omnibus exundare: *Tradidit eas in custodiam,*  
*alimenta eis præbens.* Alimenta præbens , potuit  
suadere clausuram , ni præbuisset, ipsa indigentia  
prærumperet obseruantiam. Opportune Abul.  
q. 10. *David ponebat mulieres istas in custodia, ne ab aliquo cognosci possent, ideo tenebatur eis prouidere.*  
Male suada fames est , nec attendit honesta con-  
filia , si patiatur inædia viscera arrodentis tor-  
menta. Hinc plures mariti , parentesque veniunt  
culpandi ; nam cùm discipiunt vxorum, filiarumque  
illæsum custodire pudorem, ministrare detre-  
stant quæ fames exigit, aut communis vñs de-  
poseit. Non vult vicina à vicina ornatus pompa  
deuinci, angustiori non sustinet mensa ali. Si fre-  
quentis ostendit satis experientia, omni ornatu ex-  
cultas, cibis delicatissimis altas, tenerè à viris di-  
lectas, naturali inconstantia suas, aut adulatio-  
ne dulci deceptas honorabilem thorum violare, quid  
existimas, facient, quibus victus deest , & orna-  
tus ? Prudenter David præbuit copiosè alimenta,  
vt decenti posset concubinas continere clausura.  
Nupta quædam in domo consistere non valuit, &  
viri honori insidias obtendit. Qua è domo causa  
exilierit, fatetur ipsa: *Non est vir in domo sua, abiit*  
*via longissima, saccum pecunie secum tulit.* Pro. 7.  
v. 19. Mafitus omnem secum pecuniæ tulerat,  
ergo sponsa carens pecunia, & prouocata viri di-  
stantia nec domi potuit contineri, nec erubuit ge-  
nialem thorum violare. *Saccum pecunie secum tulit* ( inquit Hugo ) unde sustentetur. Ipse, vt nihil  
sibi deesset, tulit saccum, mulieri tamen prouidit  
nullatenus alimentum: ergo decreuit pudoris de-  
trimento.

trimento egestati succurrere, & mariti imprudente honorem contémnere. O satis verum, & satis vſitatum! Mariti plures dum nullam erga vxores sollicitudinem gerunt, infidias honori suo imprudenter disponunt. Quid enim aliud occurret menti famelcentis, niſi expetere detestandam de marito vindictam, & querere honoris iacturā mensam?

## §. XIII.

*Impuritas etiam inculpata à Regis mensa inuenitur exclusa.*

**N**equit violari æquitas, ni culpa sponte vociferetur admissa, nec culpabiliter sordescere potest pollutum, quod non fuerit interna voluntate violatum. Ea tamen est exhibenda conuiuijs regalibus reuerentia, vt impuritas, et si nulla fuerit culpabili occasione prognata, abstinere fas sit à mensa. *Hoc vobis semper insitum fuit* ( aiebat Rex Theodahad. 10. Var. 13.) *Principibus vestris votum puritatis offerre.* Puritate relucere debet conspicua, qui regia vescitur in præsentia, nec satis est culpæ criminē non denigrari, si videatur candor casuali infortunio sordere. David à mensa, regioque conspectu concubinas seclusit, & clausas manere præcepit: *Tradidit eas in custodiā.* Huius exilij causa satis est nota, scilicet passas fuisse violentiam, & pudoris, animo reluctante, iacturam. Ita Abul. q. 9. *Iste mulieres nihil peccauerunt, cum inuita cognita fuissent.* Hoc supposito, datur inquirendi occasio: Cur culpæ immunes, & criminis prorsū expertes exclusae fuerint ab aula, & regali priuatae mensa? Quia licet impuritas non fuerit culpa ( inquit Abulensis iam datus ) confusibilis erat indecentia: *Ab-salom concubinas David fædauerat.* Sine culpa sordescabant pollutæ, sed quantumuis irreprehensibilis esset macula, regali non alebantur in mensa. Hinc Eucharistiam frequentantibus norma videtur præscribi; & qua opus sit puritate doceri. Ecce regalis mensa concubinas non pauit inuita maculatas sorditie, quia ornatas exigit ludabili continentia candore. Cū Saül regium, opiparūmque instruxisset conuiuiū, David latentem extimuit dolum, & coloratis causis anteuetero decreuit periculum; Saül credidit casuali sordidati macula, & ob id abstinuisse mensa. *Non est locutus Saül quidquam in die illa: cogitabat enim quod forte euenisset ei, ut non esset mundus.* 1. Reg. 20. v. 26. Cū immundities non esset studiosè quæsita, sed casu contracta, non videbatur fore legitimū impedimentum, sed affectatum studium: ergo Saül non excusat absentiam, sed arguat culpam. O vtilem nobis eruditio! Vbi Saül existimauit sordem contraxisse, et si non voluntatis studio, sed casu abesse censuit ob mensa reuerentiam, non ob negligentiæ culpam; regia namque mensa puritate admittit conspicuos, & nullis quantumuis casu libus sordibus denigratos. Prodest Lira: *Cogitabat quod forte euenisset ei, ut non esset mundus ex concubitu cum uxore, vel ex tactu rei immunda, quia de sacrificio Neomenia non debebant immundi comedere, donec essent purificati.* Quævis sordes casualis, aut spontanea à sacrificio Neomeniæ arcebat, & comedere de epulis regijs vetabat. Ergo vbi Saül præsumpsit Davidem maculatum sordere, regio approbavit cibo non aliqui tulisset ægrè, si aliqua pollutus sordes mensa auderet approximare, & de sacratis dapibus

edere. Viderint qui cœlesti epulo desiderant recreari, an sit fas à lictis matrimonij voluptatibus abstinere; nam licet dominica mensa solū repellet lethali inquinatos culpa accedere, tamen oportet reuerentiali decentia.

## T E X T V S.

VER. 4. Dixit autem Rex Amasa: Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasa ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum, quod ei constituerat Rex.

## §. XIII.

*Sæpè qui solicitarunt ad munus eligi, electi solent executionem tardare.*

**M**unus publicum sicut decenter expletum ad omnium conseruationem probatur respicere, ita morosa tarditate periculum solet afferre. Magnæ laudis occasio est ad exequendum munus solerti diligentia disponi, nec affectatis tricis impeditri. *Maiora sibi facit credi* ( aiebat Cassiod. 5. var. 19.) quisquis efficaciter iniuncta peregerit, quia indubitanter illi aliquid committitur, qui optimè comprobatur: & honestum suffragium est secundi iudicij documentum prioris. Laudabiliter committuntur illi maiora, qui efficaciter impleuit commissa: & laudabiliter etiam munere interdicitur tardus, & generali nōumento motosus. Experientia docet, plures dum ambiant, ostentare se prorsū expeditos, & ad exequendum statim munus nullis impedimentis tardatos, qui postea aut ægritudinem manufaciunt, aut quæsita obstacula opponunt: quo sit ut communis causa non modicum patiatur detrimentum, dum designatus proprium sollemodo attendit commodum. *Pridem* ( aiebat datus Cassiod. Epist. 18.) nos iussisse meministi, ut per domum nostram nauigandi quererentur artifices, quos, Deo auxiliante, prouisos ad Rabennatem urbem die Idum Iuniarum præcipimus inunctanter occurrere. Præcepit Princeps opportuno tempore nauigandi artifices quæri, ne, si vrgente iam occasione, desiderentur, quæ prouidenter disposita, morositate euaneant tardata. Bene nouerat ingenti Republicæ detrimento occasionem elabi, & exigua ad speciem mora fortunam diuersos vultus fortiri. David Amasæ iubet contra Sebam exercitum celeriter cogere, tempusque præfigit, quia oportere rem accelerari cognoscit. *Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens.* Abiit ergo Amasa, ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum, quod ei constituerat Rex. Dum militiæ magistratum ambiebat, mandati executionem nō retardabat, iam electus moras traxit, obedireque distulit. Coruus explorationis forte munus ambivit, sed ex arca emissus legationem obibat, & non obibat: *Egrediebatur, & non reuertebatur.* Gen. 8. v. 7. *Egrediebatur, ut legationem* Gen. 8. ad speciem obiret, sed circa arcā reuolitabat, & v. 7. temporis arduitatem, ne legationem perficeret, opponebat. Tota creaturatum Respublica in expectatione erat, sed coruus maluit Rempublicam omnem molesta dilatione torqueri, quam periculis præsumptis exponi. In Hebræo Textu legitur: *Qui egrediebatur exiens, & reuertebatur.* Quod interpretatus

terpretatus Hieronymi in Quæst. Hebraic. Sic ait: *Exponunt Hebrei, dicentes quod coruus emissus de arca non fecit legationem suam, prout Noë intendebat, sed magis extra arcam volitabat, querens ingredi in arcum.* Coruus legationem admissit, ut honore designatus præ cæteris frueretur, legationem tamen non absoluit, circa arcum volitans, & generalitatem tarditate diuexans. Nónne vides historiæ coloribus mirè adumbrari, quod Reipublicæ solet accidere? E Magnatibus quis obire legationem non semel ambit, iam designatus egreditur, & non egreditur: & dum tempus coloratis causis teritur, opportunitas auolasse dñgnoscitur: vnde legationis fine m varijs frustrat causis tardatus, ipse ad soluendum ritè negotium electus. Verùm si Scriptura corui damnabiles moras denotauit, & remedium etiam expressit; Noë namque vt vidit coruum reuolitare, & temporis intemperie detineri, columbam suffecit: *Emisit quoque columbam:* & columba legationem legitimè absoluit. Si designati dum moras trahunt, alios designandos, sūique loco sufficiendos timerent, tempus breuient; ast dum non verentur se remouendos, immorari videbis tardos.

## T E X T V S.

V E R S . 6. Ait autem Dauid ad Abisai: *Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quam Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos.*

## §. X I V.

*Bona politices satagit alium sufficere, si ad munus designatum moras agnoverit trahere.*

**S**æpè ad munus electus morosa tarditate terit tempus non sine graui generalitatis detimento, & præcipientis incommodo. Ad Reipublicæ utilitatem prudenti deliberatione decreta ei debent iniungi, qui possit studiosa solicitudine exemplere; quod si varijs impedimentis constiterit illiciari, prouida regentis vigilancia alium curabit sufficere: est enim reprehensibilis patientia, quæ de lentitudine delicti imminentia non fatagit Reipublicæ anteuertere incommoda. *Si preclarè cogitata* ( aiebat Cassiod. 5. Var. 16.) non bene agantur, ingrata sunt: illud autem solummodo perfectum dicitur, quod de voluntate simul, & actione laudatur. Sollicitum Principis animum frequens solet cura pulsare, ut possit Reipublicæ incommidis subvenire: optimè decreta ad speciem digno absoluenda committit; sed licet grata delegata sibi suscepit voluntate, sustinendus non est, si complete immoratur actione. Bene politicus Princeps moroso morem non geret, sed alium sufficere solicite procurabit. Dauid ut Sebae insolentiam digna castigatione puniet, & quam moliri videbatur coniurationem, prouido consilio vitaret, Amasa delegit, & citò adorñare exercitum iussit: *Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens.* Amasa aut rei difficultatibus impeditus, aut alijs causis tardatus, moras extendit: *Moratus est extra placitum, quod ei constituerat Rex.* Quid tunc? Abisai sufficitur, & Amasa tar-

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

ditas castigatur: *Ait autem Dauid ad Abisai: Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quam Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos.* Ut Dauid designatum vedit immorari, & inimicorum consilia ipsa tarditate succedere, non expectauit reprehensibili tolerantia, sed Abisai de legit solicita, & laudabili prouidentia. Si aduersarius moræ beneficio vsus, munitas ciuitates teneret, grande Dauidi negotium faceret. Ergo cum mora afferret graue periculum, Dauid alium suffecit, qui citissimè cogeret contra rebellem militum numerum. Bono regimini, politicæque videbatur aduersum, si, ne Amasa inferret alterius designatione molestiam, totius Reipublicæ negligenter causam. Exemplo Principes edocuit Dauid periculosas moras non dissimulare, sed alium morosi in locum sufficere: Audi N. Sanct. *Cum Rex maturandum esse censeret, vt hostem oppimeret, aut serpentem coniurationem precideret, aduocauit Abisai, dixitque, vt quamprimum ex parato, atque domestico milite exercitum cogeret. Amasa mora etsi inculpabilis coniuratis fauebat, & Dauidis causam tardabat: ergo bene politicus & suæ auctoritati prospexit, & Reipublicæ etiam utilitates promovit.* Nam Seba fugam aripere coactus, disponere non potuit, quæ cogitauerat ambitiosus. Noë cornum delegat, vt qualiter extra arcum mundis inueniatur, exploraret, & suspensis expectatione celeriter explorata denuntiet. Verùm coruus, qui fortassè legationem ambierat, vt temporis iniurias vitaret, necltere moras decreuit. *Dimisit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur.* Gen. 8.v.6. Id *Gen. 8.v.6.* est non curabat, expleta legatione, redire, sed malebat circa arcum reuolitando manere ( vt superiore §. vidimus) Quid tunc? Noë columbam emisit, nec corui moras dissimulauit: *Emisit quoque columbam post eum.* O imitandam politicem; In tanta Reipublicæ vrgentia delegati ignauam moram non sustinere, sed columbam prudenter sufficere! Et quidem hi columbae munus fuisset demandatum, tota Respublika graue pateretur incommodum. Redeat Hieronymus præcedenti §. datus: *Coruus emissus de arca non fecit legationem suam, prout Noë intendebat, sed magis extra arcam volitabat.* Ne utilitas generalitatis differretur, Noë principatum gerens, columbam delegauit, & Reipublicæ prouidit.

## §. X V.

*Periculosest inimico adurgente, vires recolligere, tutum collectas habere.*

**Q**uidquid ex craftino pendet, ambiguum est, & sèpè occasio interciditur, dum differtur. Quam disertus, & moralis Senec. Epist. 49. *Demens omnibus merito viderer, si, cum saxa in munimentum murorum senes, fæmineque congererent, cum inuentus intra portas armata signum eruptionis expectaret, aut posceret, cum hostilia in portis tela vibrarent, & ipsum solum suffosionibus, & cuniculis tremere, sed erem otiosus.* Profectò demens haberi debet, qui, vrgente periculo, sedet otiosus; nec minùs demens est, qui inuenitur imparatus, cum sèpè dum queruntur ad resistendum arma, hostilia vibrentur tela. Seba virulentus contra Dauidem hostis insurgit, bellaque mouet: Dauid, vt coniurationem præcidat, & periculum anteuertat, iubet Amasæ Iuda tribum obire, & exercitum adornare: *Con-*

A a a

uocæ

*voca mihi omnes viros Iuda in diem tertium; & tu adesto præſens. Amasa iuſſus ad diem tertium redire, cūm res plures haberet difficultates, quām apparetat principio, moras in cogēdo inſtructu tra-xit, & ad præſcriptum tēpus non redijt. Quid' tunc Dauid ex armatis, quos ſecum habebat, militibus, Abifai exercitum cogere iubet, & Seba repreme-re audaciam quām citò monet: Ait autem Dauid ad Abifai: Nunc magis afflīturus eſt nos Seba filius Bochri, quām Abſalom: tolle igitur ſeruos domini tui, & perſequere cum. Aſſi dicat: Expectemus vires recolligere, & milites hinc, inde conuehēre, Seba nos affliget, imparatōque inueniet. Ergo ex iam paratis, domesticisque militibus conſtruatur manus, vt Seba repellatur adſultus. Euentus Dauidis ostendit prudentiam, & nobis utilem præbuit doctrinam; nam parata manus prodijt in campum, & tuit de Seba triumphum: Abſcissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab. Nonne vides, paratis armis, reportari trophæum, & dum tempus in colligendis militibus impenditur, graue imminere periculum? Seba, dum miles adlegitur, ciuitates obtineret munitas, & expugnaret Dauidis copias; aſt dum prompta, parataque manu impugnatur, euadendi ei occasio prorsus adimitur, & victoria plausibilis obtinetur. O quām eſt imprudens, qui virginē morte, qui, ſauiente diabolo, armis inuenitur nudus, & ad conquirēda coactus! Prodeſt N. Sanct. Cum Rex maturandum eſſe censeret, ut hoſtem opprimeret, aut ſerpentem coniurationem præcideret, aduocauit Abifai, edixitque, ut quam-primū ex parato, atque domeſtico milite exercitum cogere. Ni miles eſſet paratus, tunc eſſet querendus, & traſta in parandis armis mora eſſet inimicorum auxilia. Amasa dum adlegit inſtructum, tardat; Abifai dum milite iam parato in campum procedit, triumphat. Ut noueris quām conducat contra virgentes hoſtes inueniri paratum, & quām anxias pariat ſolicitudines, inueniti diſciptum. Stultæ virgines, virgente occaſione, oleum anxia ſolicitudine quaerunt, prudentes lampades ornant, paratae aliae, quia prouidæ, depraedicanter felices; quia imparatae aliae ſugillantur imprudentes. Dum irent emere, venit Sponsus, & que parata erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Mat. 25.v.10. Dum tempus in acquirendo oleo teritur, ianua clauditur, & coguntur stultæ anxijs clamoribus ingemiscere, quia imparatae inerti ſomno decreuerunt indulgere. Bene Greg. in Cat. Notandum eſt, quod omnes lampades habent, ſed non omnes oleum habent; Sequitur enim: ſed quinque fatua acceptis lampadibus, non ſumpferunt oleum ſecum. Ut ſomno ſe traderent, ſibi persuaderunt facile posſe oleum comparare, & lampades innutrire; verū dum media nocte clamor reſonat, dum ſemisopitas timor obturbat, dum venditor olei tardat, tempus inſumitur, & ianua nunquam aperienda clauditur. O quām amaris gemitibus ſolutum eſt breue illud ſomni oblectamentum! O quantis doloribus fallax otium! Ni opus eſſet tunc oleum emere, non contigiffet excludi; tulerunt verò miserandam repulſam ob plectibilem con-fidentiam.*

## T E X T V S.

*V E R S . 7. Egressi ſunt ergo cum eo viři Ioab, Corethi quoque, & Phelethi, &*

*omnes robusti exierunt de Ierusalem ad perſequendum Seba filium Bochri.*

## §. X VI.

*Pietas eſt ſceleſtum perſequi, & Reipublicæ pe-ſtem abigere.*

**B**oni Principes prudentes medicos imitati, ubi lenitatis remedia non procedunt, ad auſteriora recurruunt; & quidem pietas eſt putridum abſcindere, ne contingat cætera membra ſanīe corrodi. *Eſt planè quaſi ſauitia me-dicina* (ſcribit Tert. aduersus Gnoſt. cap. 5.) *de scalpelo, déque cauterio, de synapis incendio non temen fecari, inuri, & extendi, morderique, idcirco malum, quia dolores utiles affert... horrorem operis fructus excusat.* Membrum reſecare ad ſpeciem videtur ſauitia, ſed opportuna membris cæteris eſt medela, nam quæ de contagio putreficerent, reſecto putrido, vigent. En contra Sebam militaris manus inſtruitur, & finis eſt illum perſequi, premere, decapitare. *Exierunt de Ierusalem ad perſequendum Seba.* Profecto hominis interemptio, ſanguinis effuſio ſauitiam redolet truculentam, feritatem ſapit belluinam: quomodo ergo Dauid, qui meruit plausibilis lenitatis elogium, perſequendi Seba ostentare non erubescit ſtudium? *Ad perſequendum Seba.* Quia Seba (inquit Hugo) pacis erat perturba-tor, Seditionis artifex, improbitatis magiſter: ergo de medio regia auctoritate tollere, erat laudanda pietas, non rigida auſteritas. *Seba* (inquit Hugo) *vir Belial, id eſt filius diaboli.* Diabolicis moribus imbutum perſequi, erat generalitati consulere: ergo cūm ſceleſtē excidium totius eſſet Reipublicæ emolumentum, illum perſequi non erat feritas, ſed benignitas, non erat feralis ſauitia, ſed laudabilis prouidentia. Iob imitandam regiminis ſui formam referens, aiebat: *Oculus fui cævo, & pes claudio, pater eram pauperum, & causam, quam neſciebam, diligenter inuestigabam, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Iob. 29.v.15. Pauperes alere, miseriſ ſubuenire, erat profecto regiū, Iob. 29. v.15. molas verò conterere, ſœua indignatione ſpunire, potius videbatur ſagaci silentio prætereundum, quām oſtentandum: ergo Iob referat humanitatē, taceat rigorem, imò utrumque exertè prodat; quia non minus, quām amabilis lenitas, Reipublicæ pacem conſeruabat laudabiliter dura rigiditas. Cur enim impius in aliorum perniciem viueret, & de inualidis prædas ageret? Dum mola frangitur innocuis, & inualidis prouidetur; nec Reipublicæ minus profuit, iniquos perſequi, quām pauperes alere. Prodeſt Chryſoft. apud Glos. *Quaſi ex ore leonis ouibus abſtractis, erga conſernos utabar prouidentia.* laudabilis erat, & neceſſaria Reipublicæ prouidentia, rigidè peruersum punire, & vires eius conterere. Ergo Dauid ad perſequendum Seba armatum mittat deleſtum, quia eiusmodi perſecu-tio totius erat generalitatis commodum: *Ad perſequendum Seba.*

## T E X T V S.

*V E R S . 8. Cūmque illi eſſent iuxta lapidem grandem, qui eſt in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porro Ioab uestitus erat*

erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere.

## §. XVII.

*Laxæ, pompticæque uestes sunt decertanti impedimenta, & aduersariorum auxilia.*

**C**Vm militia sit vita hominis super terram, habitus certamini debet congruere, non superflua hostibus ferre: Laxæ superfluæque laciniæ, dum gressum remorantur, impetum contra aduersarium impedire noscuntur. Negotium aduersariorum facit miles cristatus, & expolitus: lacinia vestium eneruat animum; nec viget ad pugnam, qui nimiam cultus solicitat elegantiam. Tertul. de Cult. Fœmin. cap. 1. aiebat: *Et squa in Gentilibus pudicitia credi potest, usque adeo eam imperfectam, & inconditam constat, ut licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamen licentia se se dissoluat.* Habitus, ornatusque superflua floriditas, aut florida vanitas prodit animi ignauiam, dum futilem exteriū exambit gloriam. Hinc est quod Ioab, vbi se militiae addixit, vestium redundantiam prouidus amputauit: *Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui. & desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina, qui fabricatus, leui motu egredi poterat, & percutere.* Ut gladio facile posset inimicos percutere, stricta tunica vtebatur, ne superflua vestium redundantia sibi esset impedimento, & hosti probaretur esse subsidio. Audi Abul. q. 14. *Est ista tunica militaris, quia expedita est ad bellum.* Adnectit: *Hoc autem erat, ut per leuem motum corporis gladius, qui adhuc erat ei, posset egredi; quod non fieret, si vestis magna esset, & laxa flueret.* Laxa, fluensque vestis gladij usum tardaret, quia motum corporis impediret. Ergo Ioab substicta, breuique tunica etat vestitus, ut certamini inueniretur expeditus, non vestis prolixitate tardatus. Nescio an strenue cum libidine queat certare quisquis pompticis, & splendidis adnititur vestibus efflorere? Cultus splendor, nitidioris ornatus pompa tacitas castitati extruunt insidias, & dum eneruant animum, vuidius inflammat appetitum. Diabolus cum in omnes Iob facultates licentiam immetrasset; aggressus est subitis, repetitisque cladibus dilassare patientiam, & tamen vestium reseruauit floridam pompam. A Domino in omnia facultatem accepit aduersarius: *Ecce uniuersa, quæ habet, in manib[us] tua sunt.* Iob. I. v. 12. & tamen reliquit splendentes vestes versutus. Si inquiras: Cur ornatus purpureo pepercerit, quando immato furore exarsit? Respondebunt Patres, à vestibus quæ sisse suppetias, & sperasse viatorias. Nam licet animus sui tenax aliquantulum agat, citò languet, si se habitus floriditate dissoluat; quod bene præcaluit Iob, qui ut in arenam profiliret expeditus, splendentibus est vestibus denudatus. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adoravit. Si inquiras: Cur se vestibus exuerit, & capillos detonserit? Respondebit Orig. lib. I. de Iob, agnouisse instare prælium, & ob id abiecisse à se & capillorum superfluitatem, & purpuræ collucentis nitorem; ut qui nouerat animum his impedimenti detineri, ne possit al-

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

criter in arenam profilire. Verba Origenis sunt: *Surrexit fortissimus ad prælium, & constantiam: & scidit vestimenta, ut Syrorum more expeditior esset, qui nudo pectori, & scapulati pugnant.* Nil hosti permisit, cui posset manum iniijere, & ad terram trahere; ut qui bene nouerat pro inimico stare ornatus floriditatem, cultus splendorem. Vbi Judith expolita, & habitu fulgens, in aduersariorum incidit manus: Holopherni testabantur placituras. *Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu Holophernis, eris gratissima in corde eius.* Judith 10. <sup>Judith 10.</sup> v. 16. Non poterat Holopherni non placere cultus nitor, ornatus splendor; nam cum ipse disciperet castitati bellum inferre, suppetias à cultu sibi præsumperat aduentare: & quidem suam Deus erga Judith prouidam tutelam palam fecit, cum ipso in periculo impollutam afferuauit, & florido ornatum cultu detriumphare concessit. Nec otiosum fuit sollicitum Angeli studium prodere, ne præsumerent sorde aliqua denigrari. Certè Holophernes nullum sibi præsumpsit periculum, dum floridum conspexit ornatum, & Judith, ut splendentis cultus gratas præcaueret insidias, opus censuit mutuari à myrrha suppetias. *Lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo.* v. 3. Strabo Fulensis, & Anselmus Laudunensis arcantum in vñctione myrrina existimant latere mysterium. Anselmus profusis, copiosisque lachrymis existimat se lauisse: Strabo, carnis mortificatione obarmasse. *Lauit corpus suum* ( inquit Ansel. in Interl. ) *id est lachrymis penitentiae opera carnis.* Consonat Strabo apud Glossam: *Vnxit se vnguentis de myrra optima confecto, per quod significatur virtus castitatis, ed quod conseruat carnem a putrefactione luxurie, & dissolutionis.* Judith contra insidiam vestium floriditatem interna se carnis mortificationis armavit, ut quæ politioris cultus periculum nouit, & prouidenter præcauit: & nihilominus Holophernes umbram diaboli gerens sibi de triumpho plausit, & prædam se iam habere præsumpsit. Nam pompticus cultus castitatis oppugnanti candorem ministrabat atma, & promitterebat trophya. Prudenter ergo Ioab stricta tunica induitur, cum ad pugnandum egreditur.

## TEXTVS.

VER. 9. & 10. Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salve mi frater. Et tenuit manus dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porro Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit intestinæ eius in terram, nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est. Ioab autem, & Abisaï frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri.

## §. XVIII.

*Exhibita à Magnatibus officia inueniuntur sæpe insidiosa.*

**M**agnates frequenter magnitudinis suæ præsumptione turgent, & inflati sibi adorationis exhibendum iure cultum existimauere superbi; vnde aliquid latere probabiliter credia-

tur, si Procer officiosus esse sentitur. Disertè aiebat Seneca Epist. 8. *Et fera, & pīcīs, spe aliqua oblectante, decipitur. Munera ista fortuna putari? Insidiae sunt. Magnates tunc magis cauendi, cūm magis officiosi.* Vnde Plinius lib. 9. Epist. 29. *His potissimum donant, qui donare maxime possunt. Hos ego visitatis, hamatisque muneribus non sua promere putos, sed aliena corripere.* Donant munuscula, vt accipient dona, se obsequiosos ostentant, vt ad seruitutem trahant, & dolum tegunt, cūm humanum animum produnt. Vnde Martial. lib. 4. aiebat.

*Qui potes insidias dona vocare tua.*

Apud Antiquos benevolentia erat indicium, amicitiaque testimonium genas tangere, osculum imprimere, mentum tenere. Ergo Ioab amicitia argumentis dolum texit, & dum Amasa de Principis benevolentia sibi adulatur, occiditur. *Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salve mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasę, quasi osculans eum.* Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram. Urbana officiositas, officiosa vibanitas dum Amasam reddebat securum, disponebat captiosum dolum. Notauit Theodor. apud Gloss. *Inuidie stimulo percussus cōdem ei postea intulit, simulans benevolentiam, & amicitiam.* Ut esset insidiosus, erat humanus, & dum grato cultu alliciebat, infligere plagam tentabat. O quām est periculosem priuatis sortiri Magnatum benevolentiam, inire gratiam, ianuam inuenire semper aperiātum! Nam ad secretiora præ alijs admissus, exire solet urbanissimè dispoliatus. Arbor illa Nabuchodonosoris emblemata animalibus umbram protendebat, & tutelam inualidis ministrabat. Subter eam habitabant animalia, & bestie. Dan. 4. v. 9. Putares animalia gratis umbræ protectione frui, sed reuerā pendebant amplissima vestigalia, dum exigua fruebantur umbra. Notauit Theodoret. Orat. 4. *Tributum vindique ei afferebatur.* Animalia placida fruebantur umbra, sed opus erat tributa soluere, & fauorem emere. Profectò hoc enigmata Sacra exprimere voluit Scriptura, quod frequens edocet experientia. Ad Procerem, ad Summatem reuertere solent priuati, & homines è media plebe, vt sub eius umbra securius degant, & audaciam circitorum effugiant, sed non gratis protectione teguntur, & humanitate tractantur. Mihi crede, insidiosa est Magnatum benevolentia, & ad multiplex tributum cogit ciuitas officiosa. Princeps Pharisæorum urbanus, benevolusque ad speciem inuitat Christum, & cūm inuitat, periculum etiam parat: *Cum intraret Iesu in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum.* Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Luc. 14. v. 1. Quæ videbantur delicatae epulae, obtentæ esse probabantur insidiae; & dum Princeps opiparum inuitat ad prandium, oculis obijcit sitibundum. Audi Cyril. in Cat. Neglectis Iudaorum insidijs, liberat à morbo hydropicum. Consonat Beda ibidem: *Saluatorem, an curet, obseruant.* En quæ videbantur dona, erant insidiae, & Pharisæorum Princeps, dum plus obsequebatur officiosus, studiosius erat fugiendus.

§. XIX.  
*Nulla attenditur generis cognatio, si cæca gliscat ambitio.*

Ambitio lues pestifera, dupli laborat morbo; præcipitata scilicet cæcitate, cæca præcipitatione: contra pietatem audet, contra ipsam naturam furit; nullius est, qui ambitionis est. *Ab-salom* ( inquit Greg. in Prol. 7. Psalm. Pœnit.) patrem persequens ad hoc usque linore feralis prorupit inuidia, vt in se ipso destrueret iura nature; quem enim naturaliter amare deberet, ut patrem, cum inhumane persequebatur, vt hostem. Ambitu furens quidquid erat naturæ perdidit, quidquid rationis extinxit, quidquid honestatis deleuit. Nec aliter Ioabo videtur accidisse: ne Amasa eximijs meritis, prærogatiisque ornatus torpesceret, blandisque otios valentiam fortitudinis eneruaret, curæ fuit Principi dignitatis honore accendere, & militia præficere. Verum ubi militia magisterio nobilitatus resplenduit, Ioab inuidentiæ, ambitionis que cæco delirio insaniuit: fratruem infami dolositate affectauit amplecti, & ipso consanguinitatis vinculo abusus, est aggressus interiure. *Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salve mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasę, quasi osculans eum.* Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram. Fratrem vocauit, quia erant patrules, sororum filii. Amasa namque erat filius Abigail, & Ioab filius Saruiæ, quæ, vt constat ex cap. 17. erant sorores. Iam si inquiras: Quomodo Ioab naturæ iura violarit, & detestabili dolo patrulem occiderit? respondebunt Interpretes, inuidentiæ, ambitionisque obscurum vernulam cognationis iura despexisse, & manus contra naturam armasse. Ita Lira: *Occidit eum ex inuidia, timens ne ei aquaretur.* Ambitio nec patrulem dignitate sibi æqualem potuit sustinere, quia cæco ardore fastigebat cæteros anteire. Stricta consanguinitas omnem suspicionem doli repellebat, & ambitio consanguinitatis vinculo adurebat, vt citius posset accedere, & patrulem de medio tollere. Tale namque est ambitionis ingenium, vt audeat contra ipsius naturæ vinculum. Isaías mirè ambitionis delirium expressit, & pestiferam esse non solum viuentibus luem, sed & defunctis edocuit. *Omnis Reges gentium, uniuersi dormierunt in gloria, unusquisque in domo sua: tu autem proiectus es de sepulchro tuo.* Isaï. 14. v. 18. Loquitur, vt Hebræis Isaï. 14. placet, de Nabuchodonosor, qui superstes, immētatóque fastu turgidus durissima vincula tulit, & proceræ illius arboris præcidi ramos conspexit: nec hīc stetit calamitas, nam demortuus sepulchro non est permisus quiescere, sed membratim diuisus à filio, aut nepote, rapacium auium fuit esca, & adunca passus est rostra. Profectò mirum non erat, superbum de throno pelli, & vinculis utri phreneticum illigari; nam elatio phrenesis species est. Verum omnium admiracionem supergreditur, à filio, aut nepote putridum è sepulchro cadauer erui, membratim diuidi, & diripiendum autibus tradi. Iam si inquiras, quæ huius execrandæ impietatis fuerit occasio, respondebunt Hebræi apud Liram, filium, aut nepotem timuisse, ne, vt iniecta à vigili euaserat vincula, ita mortis rumperet etiam ligamina, & vt olim recuperauit thronum, iterum adiret fastigium

stigium : ergo filij , aut nepotis inauditus , cœculque ambitus , vt periculo occurreret , parentem , aut auum è sepulchro eduxit , cultris membratim dissecuit , & deuorandum auibus tradidit . Liram audi : Timens , ne resurgeret à mortuis , sicut redierat de amentia , de consilio Ioachim fecit eum de sepulchro extrahi , & particulatim etiam dinidi , & vulturibus dari . Nónne stupes , si Hebræis credendum est , eum ambitionis ardorem esse , vt filium , aut nepotem in cadauer armarit , nec in sepulchro quiescere permiserit ? Quod nec immannissima hostis truculentia tentaret , nec carniuра fera auderet , filius executus est ; & dum sibi amittendæ dignitatis fingit periculum , contra parentem etiam demortuum stringit ferrum . Nam ambitio nec sacras pietatis leges agnouit , nec veneranda naturæ iura suspexit . Vt inanem , sed acerrimum metum amittendæ dignitatis filius sedaret , ferarum supergressus est truculentiam , & longè leonum sanguinolentam vicit sœvitiam . Vt hinc noueris quale sit ambitionis delirium , & quām eminendi delirauerit desiderium . Nec iam mirum erit , Ioab magisterij ambitu captiosum disposuerit dolum , & naturæ vinculo tulerit de medio associatum : Effudit intestina eius in terram . Tam impia est ambitionis sœvitia , tam sœua huius affectus infania !

## §. XX.

*Politica usq[ue]ties casui disponit adscribi , quod studiosa industria constat disponi .*

**Q**VIA periculosum est suspicionibus locum dare , & anxiū desiderium pectoribus continere ; Modum politica dolositas cogitauit , vt accidisse videantur casu , quæ doloso disponit studio : incurrire veretur infamiam , & detestabilem perfidere appetentiam ; ergo subtili ingenio machinatur , quo possit criminosa non videri , & desiderijs improbis adulari . Non est philosophia ( aiebat Senec. epist. 16 ) populare artificium . Quod de philosophia dixit , de aliquorum politice non assereret : est namque tota populare artificium , et si adlaboret aliam se fingere , & diuersam apparere . Ioab inuidentiâ , æmulatione que adustus , inferre Amasæ patrueli cædem est meditatus , sed cum natura ipsa stricto adeò vinculo vnti sanguinem fundere dissuaderet , & æmulatio ardenter cædem ambiret , artificiosè adeò rem disposuit , vt cædes non adscriberetur consilio , sed inopino ad speciem casui . Gladium ita fabricauit , vt leui corporis motu è vagina profiliret , durèque cæderet . Accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina , qui fabricatus , leui motu egredi poterat , & percutere . Vagina gladius recondebatur , eo tamen artificio , vt , otiosa dextera , corporis motu veluti sponte profiliret , altèque læderet . Ergo re sic disposita ad Amasam patruelem accessit , veluti in amoris argumentum osculum vellet imprimere , cum reuerà profiliente è vagina gladio , altam desideraret plagam incutere , & de medio inopino ad speciem casu tollere . Amasa cognati dolum non præsumpsit , & inter amplexus perit : Amasa non obseruauit gladium , quem habebat Ioab , qui percussit eum in latere . Qui videbant plagam , accidisse credebant casu , cum reuerà inflicta fuisset artificio consilio . Totum Ioabi studium fuit à se amoliri inuidiam , & infligere altissimam plagam . Audi Ca-

jet . Pronomen , ipse , demonstrat gladium : describitur enim quod volente Ioab salutare Amasam , exiit ex vagina gladius Ioab , & cœcidit tanquam casu , sed secundum veritatem ex industria . Itaque astuta desudavit industria ad se tegendam , & mortem Amasæ perpetrandam : otiosa manu gladius Amasam trâsfodit , & casu accidisse vulnus , apparuit . Brachia cognatum amplectebantur , & intestina effundebantur : plaga videbatur casui applicanda , non intentioni adscribenda , sive Ioab & asseditus est desiderium , & suspicionis vitauit industria artifici scandalum . Hac in imagine non obscurè delineauit sacer Textus , quod in curia , palatio que cauta politices solet disponere . Multa censemus accidisse casu , quæ reuerà doloso sunt concinnata artificio ; nam prava , & ingeniosa politices excusat infamem notam , dum animitus disponit aliis ruinam . Amalecites Dauid afferunt Saülis diadema , & de belli euentu interrogatus , responderet , se casu ibi adfuisse , & stragem miseram spectasse . Casu veni in montem Gelboë , & Saül incumbebat super hastam suam . 2. Reg. 1. v. 6. Interpretes volunt omnia hæc fuisse conficta mendacia , cum ad bellum miles aduentasset , vt in effusi per Saül Amalecitarum sanguinis vltionem , mortem Saülis maturauisset . Audi Liram : Forè in hoc dixit mendacium scilicet & in alijs , ut patebit consequenter . Itaque casus voluit esse , quod erat peruersi studij . Est enim politicorum labor , sic res disponere , vt videatur esse casus , quod est peruersitatis effectus ; nam sic effugient odia , & assequuntur studia . Ioab artificiosè disposit gladium , & casualem videri voluit interitum .

## TEXTVS.

VERS. 11. Intereà quidam viri cum stetissent iuxta cadauer Amasæ , de sociis Ioab , dixerunt : Ecce qui esse voluit pro Ioab , comes Dauid .

## §. XXI.

*Periculose est dignitatem ambire , sed periculosus est à possessione alterum deturbare .*

**A**Rduum est ad alta conari ; hæc namque via nullatenus salebris expedita , sed plurimis inuenitur impedimentis obfessa . Nondum incerta ( aiebat Senec Epist. 71 .) transgressus est , etiam nunc versatur in lubrico . Incertum , lubricumque iter est ad dignitatum fastigia ; quia alter impedire alterius contendit vota , plus tamen periculi est , si quis cæco ambitu , vt eam adeat , alium à possessa dignitate deturbare sollicitat . Tunc namque sauo amissæ dignitatis dispoliatus dolore vrgetur , & iniuriam sibi factam quoquis modo vlcisci conatur . Amasa vbi magister belli constituitur , multis periculis obsidetur ; nam Ioab ea dignitate dispoliatus , sibi persuasit Amasæ atribus id accidisse , aut saltē sibi iniuriam illatam censuit ; quam ipse possidebat , dignitatem occupasse : ergo captiosas iam disponit insidias , & vlcisci conatur existimatæ offensas . Amasæ officiosus accedit , & dum videtur humanis brachijs amplecti , altissimis satagit plagiis occidere . Qui Amasam sanguine conspernum , & ipso in itinere violenter intuebantur occisum stragem testabantur sibi maturasse ,

quia quam Ioab sortiebatur, non timuerat dignitatem ambis. Interea quidam viri cum stetissent iuxta cadaver Amasa, de socijs Ioab, dixerunt: *Ecce qui esse voluit pro Ioab, comes David.* Ac si diccerent: Si dignitatis suspirasset fastigium, à nullo occupatum, violentum non sustinueret interitum; verum dum Ioabum non erubuit deturbare, vt eius munere posset lucere, sibi conciliavit inuidiam, sollicitauit violentiam, & dignam cæco ausu persoluit multam. Hunc verborum legitimum esse sensum, tradit Abulens. q. 26. *Ecce, iste vir est, qui voluit esse comes David, ablatio Ioab: quasi dicant: Ideo recepit tale præmium.* Ambitus præmium mors violenta fuit; nam cum Ioab illatam sibi non ferret iniuriam, fuso Amasa sanguine abstergere statuit honoris maculam. Profectò omnis vltionis affectus à sapiente debet exulare; verum negari non potest contra se odia exacuere, qui alium aggressus est dignitatibus dispoliare. Petrus meritorum censu ad dignitatis apicem euectus est: *Tibi dabo claves regni cælorum.* Mat. 16. v. 19. Fratres cum temporale regnum existimarent, & prælatum Petrum sibi viderent, accedunt, & sibi primas cathedras dari solicitarunt. *Dic, vt sedeant, hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Mat. 20. v. 21. Christus Dominus eorum ambitum repressit, & viam expeditam edocuit. *Nescitis quid petatis.* Duplex ignorantia, celsiora ambire, & Petrum, vt possederint, deturbare. Profectò si cœlestem suspirabant gloriam, ignorabant prorsus viam; nam ad gloriam non dicit ambitio exoculata, sed humilitas honestè depressa. Iam si temporale regnum existimabant etiam erat periculis plenum, alium deturbare, vt possent ipsi lucere. Innuit Chrysoft. in Cat. Plus alijs honoris apud Christum habere nouerant, timebant verò Petrum sibi preferri. Qui alterius ruinæ discipit eminere, sibi nouerit periculum maturare. En testantur violentæ cædis Amasam accepisse præmium, quia voluit à Ioab possessum militiæ inuadere magistratum: *Ecce qui esse voluit pro Ioab, comes David.*

Mat. 16.  
v. 19.

Mat. 20.  
v. 21.

### TEXTVS.

VERS. 12. Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. Vedit hoc quidam vir, quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum.

### §. XXII.

*Plures, si miserandus casus occurrat, gradum sustinunt ut curiositatem pascant, non usque documentis proficiant.*

**P**lures euanida curiositate tempus insumunt, & vnde venari potuissernt saluberrimum moribus documentum, curiositatis faciunt spectaculum. Philosophorum scholas quisque adire debet, vt domum redierit sanior, aut sanabilior; plures tamen frequentant, vt florida eloquentia oblectentur, non vt doctrina expoliantur. Disertè Senec. epist. 108. *Quidam veniunt, vt andiant, non vt discant: sicut in theatrum voluptatis causa ad*

*delectandas aures oratione, vel voce, vel fabulis ducimur: Magnam hanc auditorum partem videbis cui Philosophi schola diuersorum otij sit. Concurrunt plures solum, vt aliquod oblectamentum explicantur, non vt componendis moribus excerpere documentum nitantur. Amasa militiæ Princeps Regis cognatus, honoribus nobilitatus, media in via iacuit occisus, & tantis spebus momento temporis vidiatus. Accurrebant plures, sed vt intuerentur stragem inopinatam, & commiseratione dignissimam; nullus tamen considerabat, insidias esse, quæ putantur dona fortunæ. Vir prudens cadauer amouit, & ne detinerentur spectatores, veste contextit. Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via. Vedit hoc quidam vir quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrum. Cum spectaculum illud transeuntes edoceret, quām sit inconstans fortuna, & quām citò mundialis auolauerit gloria, non videbatur amouendum, sed transeuntium conspectibus obiectandum. Cur ergo prudentia vertitur à via amouisse, & transeuntium oculos retardasse? Iam Textus respondet: *Vidit hoc quidam vir quod subsisteret omnis populus ad videndum eum.* Non amouisset, si gradum sisterent, vt attente expenderent, quām caducis nitimus, quām euānidis spebus fallimut, quām citò dignitate conspicuus iaceat ipso in itinere miserandus. Omnes inopino casu gressum accelerabant, non vt discerent, sed vt viderent, vt oculos pascerent, non vt strage admoniti mores componerent: *Vidit vir (inquit Hugo) quod subsisteret omnis populus propter eum videndum.* Itaque subsistebat curiositatis studio, non profectus desiderio. Ergo cadauer amotum est, Plutar. de Curiosit. sic scribit: *Laudanda Locrensum lex, quæ, si quis peregrinæ reversus, rogasset: Nunquid noui? eum mulcta afficiebat.* Dignus erat qui mulctaretur, qui solum curabat nouitatibus obiectari, non documentis proficere. Zachæus, cum magna de Christo fama percrebrisset, inscendit arborem, vt transeuntem videret, non vt omnia pertransire consideraret: inscendi labor adulabatur curiositati, descriuebat admirationi. *Ascendit in arborem sicomorum ut videret eum, quia inde erat transiurus.* Luc.*

19. v. 4. Christus Dominus curiositatis studium in Luc. 19. virtutis vertit suffragium. *Zachæus festinans descendit.* v. 4. Rogabis: Si bene alcenderat, cur iubeatur descendere? Sed interrogatori respondebit Titus Rostren. in Cat. solum desiderasse oculos pascere, non celebratum, citissime transiustum expendere. Ergo Christus frænare curiositatem edocuit, descendereque & profutura ambire suscit. Titi verba sunt. *Hic solam visionem desiderauit, sed qui nouit plus facere quām quarimus, dedit ei supra id quod expectabat.* Zachæum edocuit ex illo celeri transitu salubre documentum venari, nec solum curiositati studere. O quantum temporis furatur nobis vana curiositas, cum elucrari posset laudabilis semper honestas?

### TEXTVS.

VERS. 13. & 14. Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri. Porro ille transferat per omnes tribus Israël in Abelam, & Bethmaach, omnésque viri electi congregati fuerant ad eum.

§. XXIII.

## §. XXXIII.

Sapè qui ad virtutem videtur ducere, ipsa in via scandalum probatur apponere.

**P**lures sunt, qui ad recti studium videntur discipulos excitare, & se ad speciem expediti itineris duces præbere. Verum hi ipsi quod Rethoricis verbis adstruunt, factis euertunt, ad securam litoris stationem videntur ducere, sed reuerà probantur speciosa in via scandalum serere, & procellosam virtuti tempestatem adducere. Non medicus ( aiebat Sen. Epist. 68.) sed ager hic habitat. Aliquando medici assumit faciem, qui grassantem introducit perniciem; & qui putabat salutarem solicitare sibi medelam, præter opinionem nocentissimam incurrit fallaciam. Magna cautela, inoculatissima opus est vigilancia, ne tibi larua virtutis imponat, & ingemiscens dicas: *Quomodo hoc veni?* Ioab Sebam Dauidis inimicum persecutus secum plures duxit, verum dux ipse, ne Sebam persequerentur, impedimentum apposuit; Amasam namque violenter occidit, & qui ad honestum bellum admonebantur gressum accelerare, ipsa in via inopino spectaculo cogebantur subsistere. Et quidem, ni vir prudens amouisset impedimentum, Ioab secuti paterentur scandalum: *Vidit hoc quidam vir, quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, amouit Amasam de via in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transentes propter eum.* Nónne vides, Ioabum, qui obibat munus ducis, milites retardare factis? Ni vir prudens viam expidiret, & scandalum amoueret, Ioab secuti triumphum non assequerentur, sed in via inopino spectaculo tardarentur. Ioab monita ab actionibus discordabant: monebat veloci cursu Sebam persequi, & patruellem occidens, quodammodo cogebat cursum tardare: qui suadebat cursum, in via obijciebat impedimentum. Misericordia Dei fuit, inuenisse virum prudentem, qui scandalum amoueret, & transitum militibus expediret. *Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir.* Ioab ad speciem ducebatur, sed reuerà retardabat, ne transirent persecuti Sebam, in via apposuerat impedimentum, qui adhortabatur ad triumphum. *Ex hoc* ( inquit Abul. q. 26.) impiedebantur prosequi Abisai, & Ioab euntes ad bellum. Ad bellum à Ioab ducti, prosequi impiedebantur; & quod erat impedimentum? Certè ipsius Ioab plectibile factum, gerebat munus ducentis, sed actio erat retardantis. Si historiam ad moralia adaptes, miris coloribus inuenies adumbratum vulpinum aliquorum ingenium: fortiuntur munus ducis ad vitijs inferendum bellum, ad Dauidis, hoc est Christi, atterendum inimicum, cùm reuerà suis factis remoren tur sequentium gressum, & ipsa in via apponere inueniantur obstaculum: videntur dirigere, sed animus est peruertere, affectant exterius oues edocere virtutem, sed interius lupi seducunt ad prauitatem. Balaam Prophetam inducit, & insidere asinæ perhibetur. Fortunata videbatur asina fortita dirigentem Prophetam, nam Propheta ad vitanda scandala videbatur inoculatior, & ad inoffensè peragendum iter conducibilior. Verum qui diligenter habebat officium, simplicem ducebatur asinam ad interitum: Eximum Dei beneficium fuit, Angelum animantis oculos aperuisse, & Duci ad interitum demonstrasse; nam

asina passa non est à Propheta eo itinere duci, sed elegit, à quo ducebatur, itinere declinare. *Auerit se de itinere, & ibat per agrum.* Num. 22. v. 23. Num. 22. v. 23. Si asina ducenti pareret, erraret; verum Angelus ostendit periculum, & peruersum Prophetæ prodidit animum: Itaque asina parebat opinione Diuino, sed reuerà peruersa via ducebatur ab scelesto. Audi corripiensem Angelum: *Pernuersa est via tua, mihi que contraria.* v. 32. Putabat asina via expedita duci, & via peruersa compertum erat ductari. *Brutum* ( inquit Philo lib. 1. de Vita Mos.) *perspicacius erat, quam is, qui se iactabat videre non mundum solum, verum etiam ipsum mundi rectorem.* Fama erat Balaam eximum Prophetam cum Deo miscere colloquia, & cœlestia expipere oracula: ergo se felicem putabat asina, quia tales magistrum sortita, & à magistro tanto gubernata; verum cogebatur peruersa via incedere, vitiisque inseruire: cœlesti luce nouit, se non bene dirigi, & perspicax institit refragari. Nonnulli sanctitatis opinione celebres candidas animas à rectitudine abducunt, & quæ se duci existimabant, tectis insidijs probantur inuolui. Asina, dum Prophetæ subit ducatum, se recta duci putabat, sed dirigentis improbitas itineris dolositates tegebat. Ioab factis tardabat sequentium gressum, & putabatur dux contra Dauidis inimicum promouere volatum.

## §. XXXIV.

*Grato obsequio est dignus, qui, ut honesta explerentis vota, qua tardare possent, amouit impedimenta.*

**P**lura sunt, quæ remoren tur Philosophia studiosos, & virtutis cupidos: nihil illis gratius, quam expedita via incedere, nec impedimentorum obicibus retardari. Disertè Senec. epist. 73. *Errare mihi videtur, qui existimant Philosophia fideliter deditos, contumaces esse, ac refractorios, & contemptores magistratum, ac Regum, eorumque, per quos publica administrantur.* Rationem subdit: *Econtrariò enim nulli aduersus illos gratiore sunt: nec immerito, nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet.* Itaque hi, quibus ad propositum bene vinendi adiutum confert securitas publica, necesse est, autorem huius boni, ut parentem colant. Cùm honestè vivere, virtutemque colere, animus sapientis sit, si cui debeat impedimentis, obicibusque expediti, & libero gressu incedere, veluti parentem veneratur, & referre grates admittitur. Cùm plures tenderent Sebam ambitione omnia perturbantem, & Dauidis hostem persecuti, Amasa ipsa in via prostratus, dolosèque occisus miserando gressus tradabat spectaculo; nam subsistebant milites, casum demirati, & quam citò fortuna verteretur intuiti. Quid tunc? vir prudens impedimentum amouit, & iter gradientibus expediuit: *Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir, sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri.* Laudabile militum erat studium persequi virtutis hostem, & pacis pesterem, sed retardabatur honestum votum, quia in via inopinum occurrebat scandalum. Vir prudens amouit obicem, & amouens fouit virtutem; nec dubium est magnas illi viatores debere gratias, cùm per illum quiuerint honesta vota non solum prosequi, sed perficere.

Notauit

Notauit Abul. q. 26. *Quidam vir considerauit, quod omnes venientes subsistebant apud cadauer Amase, & per hoc non sequebantur expeditè Ioab ad bellum, idè abstulit cadauer de loco, volens quod omnes expeditè sequerentur duces suos.* Impedimento amoto, milites Sebam persequabantur, & victoria redimebantur, ergò cùm per amouentem obicem honesta proficerentur vota, nec medijs frigescerent in conatibus desideria, fas erat ut parentem colere, & gratias reddere. *Ille vir* (datus iam Senec ait) *sincerus, ac purus, qui reliquit & curiam, & forum, & omnem administrationem Reipublicæ, vt ad ampliora secederet, dilit eos per quos hoc ei facere tutò licet.* Nequibant Séba persecutores eum non diligere, per quem tutò eis licuit honestè cœptis infistere, & impedimentis exsolui. Eximum beneficium fuit obicem amouere, & iterad triumphos optabiles expedire; Verùm plures, qui colere debuissent virtutem, amant ad virtutem obicem. Quod si quis sincero affectu confusas tricas aggrediatur accidere, solet sibi odium cæcissimum maturare. David dum suaui cantus melodia impuratum depellit spiritum, exacuit contra se telum; & qui debuisset gratias agere, iuuentus est odio furere. Christus Dominus miraculorum gloriam cum hominibus partiri exambiens, vbi fœtentiam Lazaro vitam refudit, adstantibus iussit, quæ gressum retardabant, vincula exsoluere: *Soluite eum, & snite abire.* Ioan. 11. v. 44. Rediuuius iam Lazarus desiderabat sepulchri tenebras fugere, fectoribus renuntiare, & Domino vocanti parere, retardabatur tamen funestis institis, & sepulchrilibus fascijs. Ergo ut Apostoli in miraculi partem venirent, vincula ruperunt, & honesta Lazari vota adiuarunt. Notauit Orig. in Cat. *Vt sic resurrectio Lazari commune opus sit.* Ut resurrectio Lazari Christo, & Apostolis opus esset commune, Christo resplendentí voce vitam refudit, & impedimenta manus Apostolica absoluit. Debebat Lazarus Christo vitam, Apostolis debebat Christo accedere, & bene, quam accepérat vitam, collocare: ergo miraculi laus quodammodo erat communis, Christo Domino, quia tenebras depulit, & vincula soluenti, quia gressum, vt Christo accederet, expediuit. *Vt sic resurrectio Lazari commune opus sit.* Qui Sebam persequabantur, honestum fouebant pectoribus desiderium, sed in via retardabat obstaculum: Ergo qui amouit obstaculum, quodammodo dedit triumphum: *Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequendum Seba.*

### §. XXV.

*Ambitio ingenti labore euaniā gloriā sollicitat, & plures, dum solicitat, hostes armat.*

**N**illum grauius malum habet ambitio, quām quod oculis capta est. Disertè Sen. epist. 73. *Habet hoc virium omnis ambitio: non respicit.* Ut tertio impeditis humore oculis, rerum confunduntur species, nec, vt sunt, quæ obijciuntur, apparent imagines, ita qui ambitu obeundi aliquam dignitatem tenentur, tetricis caliginibus obscurantur. Fallit illos speciosus splendor, nec menti occurrit, qui sub illa bræcea tegitur dolor, & dum fallacia delectantur, magnis difficultatum volumini bus inuoluuntur. Seba opportunam, suo videri, occasionem nactus, dignitatem Dauidi præripere gestiuit, & buccinæ clangore plures ad se milites

conuocauit. Cecinit buccina. Non aduertit Séba eadem buccina, qua adlegebat milites, accendere contra se hostes; vbi innotuit Séba ambitus, iam contra ipsum copiosus in campum procedit exercitus: opus illi fuit per omnes Israël tribus anxiō vestigio excurrere, & sibi profugium quærere. Porro ille transferat per omnes tribus Israël in Abelam. Quām prolixis itineribus, quām anxijs laboribus, quām magnis sumptibus opus fuit milites comparare, & profugium sibi quærere! Nec ambitio tantum (datum audi Senec.) *instabilis est, verū cupiditas omnis, quia incipit semper à fine.* Cæco adeò fuit Séba ambitio, vt è fine incepit, & à priuato posse sibi persuaserit usque ad Regalem thronum exilire. Audi Liram: *Transferat per omnes tribus Israël, solicitando eas, vt constituerent eū Regem.* Magnis ausibus, magnis sumptibus, magnis laboribus solicitauit sibi thronum, & emit capitale supplicium. Fore iuauigandum, erat dubium, fore persequendum, certissimum; sed ambitio non vidit carnificis ferrum, & sibi visa est videre regalem thronum. Tarda eum experientia edocuit, quām futilebus fuerit innixus, & quām illusorij spebus falsus: Nam Abelenses, vt à se amolirentur periculum, Ioabo obtulerunt præcīsum caput. Cæco ambitionis impetu ductus promisit sibi fastigium, nec considerauit armare contra se manum. Fratres non solum sanguine, sed cæteros præeundi cupidine per matrem sibi prima sollicitauere subsellia; res non adeò teatè acta est, vt latuerit socios. Qui fratris ambitione exasperati, indignatione flammescunt, & contra ambientes insurgunt. *Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.* Mat. 20. v. 24. Illud de duobus fratribus Mat. 20. idem est, ac contra duos fratres. Olim Petrus fratribus piscibus repleuit scapham, & iam modò contra fratres obarimat iram. Idem fuit, dignitatem ambire, & aduersarios decem habere. *Decem indignati sunt de duobus fratribus.* Ambitio effectu caruit, aduersantium verò indignationem sustinuit. *Primatum* (aiebat Chrysost. in Cat.) *honoris concupiscere, vanitas est.* Consonat ibi Hieron. *Ignorantes mensuram suam, non modica cupiditate exarserunt.* Nullus ex ambitoribus est, qui mensuram suam nouerit, & qui ad staturam suam cubitum non adiecerit, & dum cæteros præsumit excedere, etiam præsumit ad alta Icari cereis volatibus peruenire: ergo contra se plurimotum indignationem accedit, quia sui imaginem tumidus proceram effingit. Seba dum suam mensuram ignorat, ambitione immodica calamitatem sibi maturat.

### TEXTVS.

**V**ERS. 15. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaach, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros.

### §. XXVI.

*Inquis receptaculum exhibere est sibi calamitatem asciscere.*

**A** Deò est improborum societas periculosa, adeò fugienda, vt etiam ybi impossibile videretur

detur contagium, longè ablegandum fuerit commercium. Fortè in huius documentum ait Sacra Scriptura, Deum diuisisse lucem à tenebris. *Divisit Gen. i. v. 4. lucem à tenebris.* Gen. i. v. 4. Lux per se ipsam à tenebris est diuisa, immò tenebris prolsus opposita. Cur ergo Deus adlaboret dissipissimis spatijs disiungere, quæ suopte ingenio non possunt non separari? O vtile nobis documentum! Pestilens adeò est prauitas, vt halitu inficiat, tactu noceat, proximitate corrumpat. Ergo licet lux nequeat caliginibus deturpari, Deus magnis voluit spatijs sciungi, vt nos edoceret cautelam, & traderet utilissimam diuisione doctrinam. Opportunè Philo lib. de Mundi Opific. Postquam effulgit lux illa intelligibilis sole antiquior, cesserunt aduersa tenebrae, dispescente Deo, dirimente que, cui perspicue sunt contrarietates rerum, & nativa quedam certamina. Satis sciebat conditor lucis, & caliginis nativas contrarietates, curauit tamen diuisiōnē: nam quæ otiosa videri potuit cautela, erat utilissima moribus componendis doctrina: vt sic ediscerent filij lucis, quam oporteat longissimis interuallis distare ab omni tenebrioso, & quod inficere possit, turbido. Adnectit Philo: *Ne igitur perpetuis laborarent seditionibus, né ve bellum, pulsā pace, praualeret, confuso in mundo ordine, non solum separavit lucem à tenebris, verū & terminos in medijs spatijs posuit, quibus intrumque arceatur ab extremitatibus alterius.* Etiam quæ innata discordia nequeunt consociari, longissimis voluit interuallis disiungi, vt ipsa doctrinalis cautela esset ad fugiendum prauorum consortium erudita nobis pro lingua. Abela ciuitas summa veneratione habita, & confluentum ad enodandas difficiles quæstionum ambiguitates magistra, dura modò obsidione premitur, & imminentibus periculis obturbatur. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaach, & circumdederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est urbs: omnis autem turba, quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Nulli dubia obsidionis causa, scilicet Sebam recepisse: nam ubi improbo exhibuit ciuitas receptaculum, sibi non potuit non asciuisse periculum. Et quidem vt probi, rectique viri societas ingentissima affert commoda, sic improbi tutela peperit vrgentia discrimina. Notauit Lira: *Ciuitas obsessa erat in periculo destructionis, quod notatur, cùm dicitur: Omnis autem turba &c. & idè excogitata fuit via saluationis ciuitatis per modum, qui sequitur.* Nequibat ciuitas imperturbata frui pace, dum intra se haberet prauitatem, & iniustitiam: ergo à se non solum expunxit, sed detruncauit, quo facto & refloruit, & viguit, & valuit. Hanc veritatem, vt nobis exprimeret Scriptura, retulit Ionam diuinis mandatis reluctantem, nauim incendiisse: nauis rector dum nauili cupiditate admittit refugam, contra se exciuit tempestatem durissimam. *Nauis periclitabatur conteri.* *Ion. i. v. 4.* Quam ingens dispendium peperit exiguum lucrum! Nauis gubernator nauum acquisiuit, sed grandi dispendio euomit; nam opus fuit, iactis in mare mercimonijs, nauim leuare, vt confusa procellosæ tempestatis volumina quiret effugere. *Miserunt vasa quæ erant in naui, in mare.* Acquisitus nauis ingenti iactura persolutus est: & proreta dum refugæ præbet receptaculum, compugnantium sustinet ventorum dissidium. Non potuit nauis acerrimis ventorum flatibus non concuti, dum intra se habebat tempestatis originem. Vbi nauis ea sarcina liberata est, pacatè spumas traiecit vndas. *Frustra* (inquit Basil. Seleuc. Ora. 12.)

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

onera in fluctus effundebant, cùm tempestatis causam retinerent. Partita maris fluctuatio hanc vnam nauim procellosis vorticibus impetebat, cæteras non diuexabat, vt compertum omnibus esset, periculosam esse diuinis rénitentis iussis societatem. Magnitudini suæ plures adulantur, si scelestis opem tulerint, & ab infligendis pœnis defendent; vereri tamen debuissent cœlestem excitandam procellam, si impijs protectionis ministrent umbram. Dum Abela Seba exhibit patrocinia, sustinet vrgentissima bella.

## TEXTVS.

VERS. 16. & 17. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecum. Qui cùm accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? & ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ; qui respondit: Audio.

## S. XXVII.

*Deipara à suis auertit periculum, & hostilem reprimit gladium.*

Vis dubitet hominum prosperitatem Deipara precibus applicandam, & eius curis solicitis adscribendam? Procedit ( aiebat Cassiod. 11. Var. 1.) ex ore domine beneficus sermo, & manens sub securitate promissio. O admirandam Deiparæ benevolentiam, quæ sic sedulo studio prouidet clientulis, vt antequam incurserint, exemerit à periculis! Repetat datus Cassiodorus: *Beatam te Domina laude multiplici, cui diuino beneficio necessitas tollitur cuncta certaminis: quando aduersa Reipublicæ, aut cœlesti felicitate vincis, aut tuis imperijs spontanea largitate coniungis.* Seba contra Dauidem coniurat, & ad Abelam quasi ad tutissimum profugium gradum accelerat: Ioab, vt hostem capiat, obsidione ciuitatem angustat. Vrgebat prælium, diuexabat timor Abelæ populum. Quid tunc? Sapiens mulier muro eminens, Ioab aduocat, & sapienti sermone militarem furorem sedat: *Exclamanit mulier sapië de ciuitate: Audite, audite, dicite Ioab.* Mulieris sapientia, quod imminebat ciuitati, est propulsatum periculum, & quod anhelabat, Ioab cōsecutus est sine certamine, votum. *Ista* mulier ( inquit Abul. q. 27.) fuit mulier prudens valde, & eloquens inter alias mulieres eiusdem urbis, ideo vocatur sapiens; nam sciuuit persuadere hoc, quod nulla mulier eiusdem urbis sciuerauit. Nulla mulier ad Deiparæ prudentiam peruenit, nec eius sapientiam attigit. Ergo Maria efficaci suauitate, suavi dulcedine suos à periculo liberauit, & hostilem impium fregit. Ignorabat Seba in Abela fœminam esse, quæ ei extremum solicitaret exitium, & placaret Dauidis animum. Abigail Dauidi occurrit, & recondere gladium suaderet. Ecquis hoc ait? Certè ipse, eloquij dulcedine delinitus, & honesta fascinatione illigatus. *Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem.* *1. Reg. 25. v. 32.* Abigail prudenti eloquio à domesticis imminens *v. 32.* auertit periculum, & ardenter hebetauit Dauidis gladium. Nam eximia Mariæ prudens

B b b tia

Aentia suis securitatem impertitur, & periculum propulsare conatur. Ponitur (inquit Lira) Abigail prudens obiatio, & secundo ipsius David pacificatio. Sub Abigail tutela domesticus mansit securus, & eius nitida eloquentia David sententiam demutauit placatus. Cum nullus ambigat gessisse Deiparae umbram in Abigail, Sacer delineavit Textus, quid per Mariam genus experiatur humanum. Ipsa Dei indignationem sopit, hostilem gladium auertit, suis impertitur salutem. Felix fuit Abela ciuitas, dum pro se habuit prudentissimam foemina, quae Marialem Ioabi placauit ardorem, & extinctorum perturbatore, securam Abelonis, & desideriam attulit sospitatem.

## §. XXVII.

Oportet accedere, si Deiparae consilia desideras auscultare

**S**apiens semper proficit, quia vel solo aspectu, vel occurru ipso virtus confundit, & eloquenti silentio mores componit; oportet tamen sapienti accedere, eius contubernio vti, vt compendiam viam inuenias, & quae ignorabas, addicas. Qui sapienti accedit, excusato labore, sensim sapientiam ebilit, & virtutibus proficit. Qui in solem venit ( aiebat Sen. Epist. 108.) licet non in hoc venerit, colorabitur: qui in unguentaria taberna reseverunt, & paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci ferunt: & qui apud Philosophum fuerunt, traxerint aliquid, necesse est, quod prodebet etiam negligenteribus. Ut pestifera tabe infectus, halitus accedentem inficit, sic Philosophus aspectu, & affatu accedentis mores componit: ipsa proximitas depellit virtutia, ipsa conuersatio virtutum esse inuenitur schoala. Cum Ioab dura obsidione Abelam premeret, & Sebam Reipublicæ perturbatorem capere ambiret, Abelana foemina miris prudentiae luminibus expolita, & naturæ dotibus exornata, Ioab iussit accedere, vt, excusato labore, posset, quæ exoptarat, nancisci: Dicite Ioab: Appropinqua huc, & loquar tecum. Prudentissima mulier asseruit, vt Ioab assequeretur vota, opus esse accedere, & liberis auribus sapientiae verba auscultari: distracta impiedebat, proximitas ad percipienda verba iuuabat: ergo exhibitura salubre consilium, consuluit accessum: Appropinqua huc, & loquar tecum. Poterat per internuntios Ioabum edocere, sed maluit appropinquare, vt ipsa proximitas attentior rem redderet, & à confusaneo castorum tumultu recessus expeditiorem auditum redderet. Accessit ad illam (inquit Abul. q. 27.) plus quam prius. In foro, & in templo existentes solent ad honesta cœlesti pulsu incitari, & inspirationis luminibus circumfundi: negari tamen non potest, templum animum melius disponere, & sacra mysteria attentiores reddere. Ergo accedit Ioab, vt sapientis consilia audiat, & desiderata expeditius obtineat. Plures desiderant de malo reportare triumphum, & pacis obtainere serenum; verum varijs occupationibus districti, aut rebus euanidis occupati, Virgini sapientiae thesauro accedere differunt, & quia differunt, quæ conducerent, consilia non audiunt. Oportet, qui cupit à sapientissimæ Virginis Mariæ labijs conducibilia sibi percipere, à tumultu recedere, tranquillum tempus deligere, & deuoto animo propinquare. Ipsa ad te clamat: Appropinqua huc, & loquar tecum. Psaltes cœlestis Philosophia studiosos admonebat, se tricis expe-

dire, & gressum accelerare. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. Psal. 53. v. 12. Domini Psal. 33. timorem docturus, expeditas desiderat audientium aures, vtque melius possint audire, monet accedere: Opportunè Incognitus ad hunc locum: Venite filij, audite me, nihil enim ita disponit mentem ad huius sacramenti devotionem. Tardè accedit deuoto animæ auditu, qui dicatus sæculo aures claudit, qui corporali accedere gressu differt. Qui à sole ( vt aiebat Seneca) coloratur, in solem venit; nam si latebris, recessibusque immoretur, solaribus illustrari radijs, vitali tepescere calore, non posse dignoscitur. Ergo qui veri solis cupiditate foueri, & luce reluminari, opus est, vt in solem veniat, & negotijs sæcularibus expeditus sitibundam audiendi aurem afferat. Ioab inter armorum strepitus nequibat audire, ergo, vt audiat, iubet appropinquare: Appropinqua huc, & loquar tecum.

## T E X T V S.

VERS. 18. & 19. Rursusque illa: Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abeila, & sic perficiebant. Nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israël, & tu quæris subuertere ciuitatem, & euentre matrem in Israël. Quare præcipitas hæreditatem Domini?

## §. XXIX.

Magna felicitas est habere à quo consilium petras, & tormentum ambiguitatiseuadas.

**N**ulum numen est ( aiebat Iuuen. Saty. 10.) si sit prudentia tecum. Vera prudentia immensum periculum auertere, & latum iam incommunum satagit delinire. Ut lux oculos splendore illustrat, & tenebras caliginosas depellens, tecta scandala manifestè demonstrat, sic prudentia innato iubare mentem dirigit, ambiguitatē depellit, & ad portum securum dicit. Thesaurum inuenit, qui prudentem, à quo consilium petat, inuenit; nam prudentis consilium est veluti cœlesti astrum gressus dirigens, actiones componens, & ad Christum expedito itinere ducens. Obsederat Ioab Abelam, frequentia, & doctrina nobilem ciuitatem. Ibi foemina cœlesti sapientia prædita, & spiritu Prophetico ornata reddebat veritate semper innixa responsa, & opportuna dabat consilia. Ergo cum Ioab urbem recta obsidione cingret, armatorumque copijs premeret, iure carpitur, quod communis omnium officiat utilitati, & saluti: Nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israël? & tu quæris subuertere ciuitatem, & euentre matrem in Israël? Ac si dicat: Pudica foemina pro matre sum Israëlitis, quos & veritate educo, & doctrina cœlesti pasco: Ergo si destruxeris ciuitatem, auferes generalitati salutem. Ita Abul. q. 27. Ego sum, quæ respondeo veritatem Israël, quia mulier illa erat Propheta, vel sapiens. Magno in honore erat omnibus vrbs Abela, quia in ea præsidebat mulier, spiritu cœlesti afflata, & eximia prudentia mirandis dotibus expolita. Omnia erat mater, dum actiones consilio dirigebat, & ambiguatis tenebris propulsabat. Quid enim hominibus op̄abilius,

tabilis, quām sortiri sapientiæ thesaurum, & sincerae veritatis asylum? Sapientia erudiendos patulos aduocat, & vberes fructus veritatis ostentat. Si quis est parvulus veniat ad me, & insipientibus locuta est: relinquere infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentie. Proverb. 9. v. 4. Quām erat fortunata vrbis illa, in qua veluti patria sedem Sapientia sibi fecerat, & expeditas prudentiæ vias, per quas vel patuuli sine offendiculo pergerent, demonstrabat! Sapientia edificauit sibi domum. Sapientiæ domus nullis ventorum flatibus euertenda, & solidis columnis firmata, patebat omnibus: ibi consilium audiebatur, nulla adulatio corruptum, nulla cupiditate fucatum. Audi Ambros. lib. 2. Offic. cap. 14. *Omnia operatur prudentia, cum omnibus bonis habet consortium.* Nam quomodo potest vtile consilium dare, nisi habeat iustitiam, induat constantiam, mortem non formider, nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adulatio à vero deflextendum puret? Cūm sapè consilia adulatio corrumptat, sapè timor imminuat, & cupiditas sapè veritate adulterata detorqueat, magna illius Reipublicæ erat felicitas, ciuem sortiri fœminam, à qua promanaret consilium prudentia plenum, veritate solidum, & fidei integritate incorruptum. Ioab hæreditatem Domini dicitur præcipitare: *Quare præcipitas hæreditatem Domini?* dum Abelam prudentissimæ fœminæ sedem stricta obsidione conatur euertere. Non possum Imperialis Collegij Societatis Iesu, & Matritensis Curie non dilaudare felicitatem, cūm ibi pulcherium, elegantissimumque Deiparæ simulachrum; cui titulus, *Del Buen Consejo*, præsideat, oraculaque cœlestia prodat, & consilia saibria præbeat. Nam cūm consilium prudens sit vitæ medicamentum, erroris exilium, & probitatis suffragium, nequit non esse fortunata Respublika, vbi felicitatis est vena. Egregiè huic simulachro conuenit, quod de se Sapiéntia aiebat. *Quasi palma exaltata sum in cades.* Eccl. 24. v. 18. In palma agnoscit Hugo consilij donum: *Palma alta est* (inquit) & annosa, & ideo significat donum consilij. Vt viætrices dexteræ virens semper palma nobilitat, vt plantas alias procera altitudine superat, vt firma contra adsultus temporum perseuerat, sic æquum, prædénſque consilium amplectentem cæcis difficultatibus eximit, triumphumque affert. Iurè palma Mariæ sanctissimæ umbram gerit; nam Maria honestatis semper consiliatrix, ei accedentes captiosas dæmonis thecias facit eludere, & periculosos dolos euadere. Dum Abela mulierem boni consilij matrem sortitur interna, externaque pericula euasisse refertur.

### §. XXX.

*Nequit florere Respublika fortunata, si veritas, aut æquitas probetur euersa.*

**P**arum felix erit Respublika, quantumuis incolarum nobilitetut frequentia, quantumuis exundauerit auri copia, quantumuis alias supergrediatur fabricarum elegantia, si caruetit veritate, æquitatéque. Veritas Deo semper grata humano conuieti probatur esse utileissima: nihil subsistit, ni veritate innitatur, nihil tutum est, ni veritate fulciatur. *Cultu vero* ( aiebat Philo de Num. lib. Quod deterius ) delestat, cūm anima solum, & unicum sacrificium offert, nempe veritatem. Vbi adulatio viget, vbi fraus dolosa valet, nil

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

potest consistere, nec solidis fundamentis firmari. Sincerè veridicus diligent solertia est querendus, & præ diuitijs plurimis æstimandus: sibi imponit, qui gratis mauult adulatioibus deliniari, quām veritatem solidam auscultare. Veridicus vita medicamentum est, ab errore, nocentissima peste liberans; assentator est morum corruptela, dum blandius palpatur. Hinc est, quod Ioab feuerè carpitur, cūm Abelam euerterè adnititur: *Quare præcipitas hæreditatem Domini?* Si inquiras: *Cur dicatur Ioab totam Domini hæreditatem præcipitanter euertere, dum Abelam exiguum vrbem satagit demoliri?* Respondebit Hugo Card. vrbem incolere mulierem, quæ veritatem edocebat, & sapientiæ lumine difficultatum tenebras propulsabat: ergo licet aliæ ciuitates perstant hominibus refertæ, & diuitijs copiosæ, subuersa Abela veritatis, sapientiæque sede, calamitas premeret, quia veritas exularet. *Sermo dicebatur in veteri proverbio:* Qui interrogant, interrogant in Abela, & sic proficiebant. Nōnne ego sum que respondeo veritatem in Israël? Itaque Abela erat æquitatis domicilium, sedes veritatis: ergo si Ioab euerterit Abelam, Domini totam hæreditatem præcipitat, quandoquidem pro æquitate erit improbitas, pro veritate fallacia, pro dubiorum evadatione dolositas. Audi Hugonem: *Quasi dicat: Vere hoc est hereditas Domini, quia in ea est consilium;* unde & dicitur: *Qui interrogant, interrogant in Abela, id est quæ indigent consilio, veniant in Abelam, & ibi inuenient.* Eversa ciuitate, carebat tota Respublika disertis hominibus, qui nudam nullisque fucis adulteratam veritatem dicerent, qui consilium cæcis in difficultatibus opportunum præberent: ergo felicitas præcipitabatur, & orbitas inducebatur, quandoquidem si veracibus cōtingeret dispoliari, Respublika nequiret flotere. Michæas Dei Prophetæ, veritatis amicus, religionis propugnator odio habetur, & compediibus ferreis vincitur: *Ego odi eum.* 3. Reg. 22. v. 8. Odio habebat Princeps, v. 8. veracem, quia gratis adulatioibus oblectabatur, & colosatis fallacijs demulcebat. Quid tunc? Princeps, accepta plaga, miseram efflatuit animam; & dispersus, attritusque populus lamentabilem sustinuit miseriā: *Vidi cunctum Israël dispersum in montibus,* & quasi ones non habentes pastorem. v. 17. Vbi odio verax habebatur, populus dispergebat, & ad instar ouium sine pastore laporum patebat incursibus, ferarum morsibus. *Indignus erat Acab* ( scribit Theod. apud Glos.) *cuius Deus curam gereret.* Veritatis osor sibi ipſi fuit inimicus, & Reipublicæ toti infastus; nam vbi veritas expungitur, calamitas adaugetur: dum, ne veritatem audiat, aures obturat, à se quodammodo Dei curam, & prouidentiā ableget: *Indignus erat, cuius Deus curam gereret.*

### TEXTVS.

**V**ERS. 20. & 21. Respondensque Ioab ait: Absit, absit hoc à me: non præcipito, nec demolitor. Non sic se haberes; sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuavit manus suam contra Regem Dauid: tradi te illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum.

## §. XXXI.

*Cum nostræ nos calamitatis præstemus causam,  
proferimus de alijs querelam.*

**P**lura incommoda nostris culpis applicanda, alienis excessibus adnitimus adscribenda, quasi aliena architectetur nequitia, quod sèpissimè nostra peperit imprudentia. *Confessio* ( aiebat Tertul. de Pœni. cap. 8.) *satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia*. Plures potius contumaciæ dissimulationem sequuntur, quam confessionis consilium amplectantur: alio sensu de illis dicas quod Tertul. cap. 9. *Cum accusat, excusat; cum condemnat, absoluat*. Petulans ignorantia, vt se excusat, accusat alios; vt se absoluat, alios condamnat. Cùm Abela ciuitas Dauidis inimicum admisisset, Ioab, qui Dauidis partes suscepserat, & persequebatur rebellem, ciuitatem cinxit, & arcta obsidione oppressit. Quid tunc? Mulier de Ioab multiplices dat querelas, quòd ciuitatem premat, & quòd Dei hæreditatem præcipitate disponat: *Queris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israël*. Ioab adscribit ciuitatis pressuram, cùm reuera ciuitas pressuræ foueret causam. Ipsum Ioab audi: *Non precipito, nec demolior. Non sic se habet res; sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuavit manum suam contra Regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à ciuitate*. Ipsa ciuitas etat calamitatis causa, & Ioab adscribatur omnino culpa: dum Ioabum accusat, se excusat, vtque se absoluat, Ioabum prædamnatur: & cum Abela scelesti receptatrix obsidionis causam retineret, de Ioab dabat querelas, & eius temeritati applicabat causas. Prodest Abul. q. 27. *Non sic se habet res, id est non est veritas, sicut tu existimas, scilicet quod ego velim destruere ciuitatem, quia non veni ad hoc, sed ad capiendum Sebam*. Si Abelanus depelleret Sebam, non patetetur duræ obsidionis pressuram, cùm pressura non promanaret à peruerso Ducis ingenio, sed à protectionis iniqui studio. Ioabo Abelenses, quam patiebantur, calamitatem adscribent; quando ipse intra ipsa mænia aduersitatis causam conservabant. O quam frequens hic error est! Peccator cùm sit artifex, quam patitur, calamitatis, alijs sèpè adscribit, & audaci lingua Numinis prouidentiam attredit. Diabolicus furor contentus non est, homines torquere, sed viuos gestit sepulchris factidis amandare. In monumentis collocabant superstitem mortis auctores, vt inhabitatus, cæterā mortuus solum vñueret, quòd ægrimonie sensu torqueretur. Aduentauit Christus, vt medelam afferret afflictis, & pœnam inferret scuis; & vt sensit inimicus Domini presentiam, sibi illatam vociferabatur iniuriam. *Venisti hic ante tempus torquere nos*. Mat. 8. v. 29. Non solum de tempore dant querelam, sed Christo Domino, vt qui aliorum tormentis oblectaretur, detestandam applicabant sœ uitiam: Venisti, inquiunt, refragante tempore, torquere, non subuenire; cùm afflictorum gemitibus oblecteris, & sœ uitæ innatae blandiaris. *Ante tempus torquere nos*. Immatura dæmonis rabies iudicem compellebat ad infligendam pœnam, & nihilominus solutissimæ contra æquissimum iudicem gerebat linguam. Notauit eleganti stylo Chrysol. ser. 16. *De tempore sic queruntur, quasi ipsi cuen tempore ferterint, vt viuos considererit in sepulchris*. Tempus abscederat, præuenierat mortem, in homine fe-

ralem immaturè exercebat rabiem, & de tempore querebatur, quasi plus, quam deberet, ab eo exigerebatur, & supra merita torqueretur, & cùm fas esset pœnam reatibus applicare, degeneri iudicis affectui adnitezatur adscribere. Abelanus virulentissimum Dauidis hæstem conseruat, & ciuitatis incommoda Ioabo applicanda clamat.

## §. XXXII.

*Deus affigit ut corrigat, non affigit ut affligat.*

**P**lures de prouidentia quærintur, aut malè certè opinantur: existimant Deum hominum calamitatibus oblectari, & pressuris gaudere. Non norunt ad vitiorum sananda vulnera supplicia sèpè esse efficacia medicamenta: certè medicina est quasi sœ uitia, de cauterio, de synapis incendio, medicum tamen fructus excusat, cùm non intendat affligere, sed sanare. Ergo cùm Deus peritissimus sit medicus, amara applicat, vt mores componat, affligit, vt sanet, non affligit, vt affligat. Cum artifici pretium pendamus, si runcinis, & scobinis expolitam eleganter nobis statuam tradat, de Nutrine querimur, si hominem sui imaginem expoliat, & in meliorem formam reducat. *Miraris tu* ( aiebat Sen. de Prouid. cap. 2.) *si Deus ille bonorum amantissimus, qui illos quam optimos esse, atque excellentissimos vult, fortunam illis, cum qua exerceantur assignat?* Cum mala fortuna compitus virum se, fortèmque ostendit, ingentissimum sibi acquirit præmium, & Deo offert dignissimum spectaculum. Ergo ferenti, in lucrum aspera cedit fortuna, quia inde venatur subsidia, vnde oriunda videbantur virtutibus detrimenta. Querebatur mulier de Ioab, quòd Abelam obsidione affixerit, & euertere prorsus tentarit: *Queris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israël*. Quid tunc Ioab? Nullatenus se, ait, euersionem moliri, sed, ne virulentissimi Dauidis hostis receptaculo, protectioneque in honestam ciuitas subierit notam, contendere. *Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuavit manum suam contra Regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à ciuitate*. Vides ciuitatem obsecuisse, vt pestem, quam refouebat, expelleret, non vt obsidionis pressura ciues affligeret? Vbi à se Dauidis hostem proiecerunt, tranquillitas affulsa, & vexatio prorsus cessauit. Prodest Abul. q. 27. *Non est veritas, sicut tu existimas, scilicet quod ego velim destruere ciuitatem, quia non veni ad hoc, sed ad capiendum Sebam*. Quam graphicè adumbravit historia coloribus Scriptura, quod contingere solet hominibus: grato vultu cor peccatum veri Dauidis, hoc est, Numinis inimicum admittit, & admittendo, venenum contra se fouet. Ergo Dominus salutis hominis studiosus, hominem vndique obsidet morbis, laboribus, calamitatibus. Obsesus intidiosissimas dat querelas, quasi sœ uitia sit, tot producere in campum contra miserum angustias; sed debuisset nocere calamitatibus obsideri, non vt affligatur, sed vt, cuomodo veneno, sanetur. Si homines, quod tuentur, peccatum depellerent, calamitatem vitarent; ast dum recusant hostem perimere, coguntur afflictionibus laborare. Bona tempestas nauim Ionæ receptaculum violentis flatibus diuebat, & instantis terroribus naufragij premebat. Nautæ bono consilio vñi, Ionam, quem expetebat

Ion. i. v. 15. bat tempestas depulerunt, & iam ventus cogitur, vnde sedatur. Tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare a furore suo. Ion. i. v. 15. iam quieticit maris aestus, iam ventorum reprimitur flatus, iam cessat nautarum metus; nam turbulenta procella non nauim diuexabat, vt diuexaret; sed ut pestem, quam visceribus refouebat, euimeret. *Nauis* (inquit Basil. Seleuc. Or. 12.) fluctibus obseudeatur, ac vi ventorum propellatur in periculum, dum tradatur, qui queritur. Vbi nauis, qui quarebatur, tradidit Ionam, horrissonam eusit etiam procellam: vt Abela etiam appetens eusit eversionis periculum, vbi interemit Sebam, Dauidis pessimum aduersarium. O si peccatores, quod pectoribus fouent, Dei aduersarium, poenitutinis gladio interimere aggredierentur delictum, profecto non solum frustrarentur pericula, sed ad tranquillae pacis deuenirent serena; ast dum tuerentur Sebam, opus est periculum subire, & varijs incommodis afflitti.

## §. XXXIII.

*Sanctissima Virgo laudabiles dæmoni molitoris sidias, & usque in decandas victorias.*

**V**bi Mariæ Sanctissimæ umbra, ibi dæmonis est pernicies, ibi capitum eius strages. Virulentissimus hostis inferte Deo aggreditur bellum, verum si adsit Maria, maturat sibi infortunium. *O scutuli beata fortuna* (aiebat Cassiod. 11. Var. 1.) sub Principe feriato matris regnat affectio, per quam totum sic peragittur, vt generalis nos tegere charitas sentiatur. Si Virginis nos sollicita tegat tutela, iam dæmoni imminet luctuosa ruina. Seba, clangente buccina, Israëlitæ à debita Dauidi subiectione conatur atterere, & iam Israëlite infelici cæcitatem ad Seba signa gestit transire. Separatus est omnis Israël à Dauid, secundusque est Seba. Suprà v. 2. Detestandi voti compos Seba petiit Abelam, & ibi promisit sibi victoriæ; verum sua illum spes fecellit: nam Dauid delectum cogit, & Ioab dura obfidence Abelanos premit. Inter hostiles adsulatus, inter Dauidis exercitus Seba adhuc persecutabat, & de triumpho præsumebat; verum mulier prudentissima Seba se iniamicam ostendit, & iam Seba carnifici caput tradit: *Ecce caput eius mittetur ad te per murum.* Nec res dilata est; nam statim remansit Seba abscisso capite truncus, & prudentissima fœminæ fuit decantatissimus plausus. Quærunt Interpretes: Cur Dauid non prodierit in campum, cur Ioab tanto armatorum agmine cinctus non subiugauerit inimicum? Respondentque, singularem adeò victoriæ fuisse prudentissimæ fœminæ reseruatam. Ut notum omnibus esset, beata illa sœcula fuisse, in quibus Principe feriato matris regnabat affectio, per quam sic fœs feliciter est peracta, vt otiosis armis fatalis preseruit Sebam ruinæ. *Ad mulieris sapientis suggestionem* (inquit Rabbau. apud Glos.) caput Seba, id est diaboli, à corde suo abscedit, ad Dauid, id est Christum filium Dei redit. Seba blandis suggestionibus populum prorsus auertit, sed sapientis fœminæ laudabili suggestione caput amisit, & quod tentauerat, non perfecit. Nonne vides eleganti historiæ penicillo adumbratum Virginis triumphum? Totum diaboli negotium est, homines à Dei obedientia gratis suggestionibus separare, & blandis adulacionibus irretire. Verum in armam incidit Bellonam, quæ studijs

cius resistit, & caput eius triumphali planta attritum Dauidi offert. Seba armatorum manus effugerat, sed dum prudentissima fœmina illi aduersatur, occiditur. Dagon inane figmentum, dæmonis habitaculum sic homines dementarat, vt ei sedula officiositate inservirent, & plurimam hostiam offerrent. Diù possedit thronum, diù sibi usurpauit imperium: & quamvis Israëlitæ arma eius in cultores mouerent, perseuerabat amentia, & colebatur fallacia. Illuc aduentauit Arca, & iam Dagon è throno corruit deturbatus, & iacet capite, & manibus mutilus. *Caput Dagon, & due palma manuum eius abscissa erant super limen.* 1. 1. Reg. 5. Reg. 5. v. 4. Diabolus talionis pœna mulctatus est, v. 4. de humani generis capite triumphum tulit; & modò attrito capite, fraudem exsoluit. Usque aduenit Virginis umbra, et si infelici Dagon fruebatur victoria, ad Deiparae verò conspectum & tremuit, & corruit, & periiit. Iam Arcam gessisse Virginis umbram, tradit Ambroſ. ser. 25. *Arcam quid nisi Sanctam Mariam dixerimus.* Nocturnas Dagoni Arca laudabiliter struxit insidias, & captivas eius denudauit fallacias. Qui nuper colebatur, iam teritur, & qui ad nocendum habebat manus, iam caret manibus ad nocendum. Ut noueris etiam Mariæ imaginem luctuosum dæmonibus esse factum, & pestiferatum virium incantamentum. Nam, vt serpens effumigatus, & excantatus destitutus viribus torpet, sic spiritualis serpens ad Virginis præsentiam alget. Seba Israëlitæ seduxit, sed ad Mariæ umbram præcidendas carnifici ceruices tradit.

## TEXTVS.

VERS. 22. Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter, qui abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille cœcinit tuba, & recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua; Ioab autem reuersus est Ierusalem ad Regem.

## §. XXXIV.

*Vbi peccatores tutum sibi estimauere profugium, luctuosum sapè experti sunt detrimentum.*

**I**n cætetas, quas patitur imprudentia hominum conditio fallacias, ea lamentabilis est, vt sapienter experiantur ladeat, quod existimabant proficere. Quod cæcuentes tutum crediderunt portum, procellosum experti sunt salutem. Diserte Cassiod. 7. Vat. 47. Patitur hoc imprudentia mortalium plerisque conditio, vt cum ladeat putatur, consulat, & cum consulere videtur, affligat. Prudentia rem examinat, appetitus solum attendit votum, nec extendit ad futura prospexitum. Seba regnandi imminatura cupidine buccina clangit, & Israëlitæ seducit. Verum cum Dauid copiosu adorasset instructum, iam gelido metu concutitur, & tutum sibi profugium intenite conatur. Ad urbem Abelam se contulit, murorum fortitudine filius, & ciuium patrocinium sortiturum suasus. Transferat per omnes tribus Israël in Abelam. v. 14. Inter omnes Israëlitarum urbes Abelam elegit, & ibi se securius posse degere cogitauit; verum ibi

abscisso capite, perijt, & quod existimabat præsidium, exitum expertus est miserandum: *Abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab.* Post ditiones aliatum tribuum peragratas, post sollicitas effugiendi periculi curas, intra Abelæ muros exceptus est: ibi promittebat sibi salutem, & ibi capite detruncatus, extremam est expertus calamitatem. *Occidetur Seba* (inquit Nost. Sanct.) *communi consensu, & illius caput per muros inuitatis in castra projectum.* Ad mortem cucurrit, & putabat se tendere ad sospitatem: & cum sibi placidam promittebat vitam, repentinam tulit misericordiam. Fures ad prædam inhiant, ut laute viuant, & capite plectuntur, quia inhiarunt ad prædam: iuuenis meretricis ingreditur habitaculum, sibi promittens oblectamentum, & ibi sèpè salutis inuenit exitum. En Seba Abelam tendit, ut ad securissimum munimentum, & ibi cogitur præbere carnifici iugulum. Sisara ad Iaëlis celeriter inuolat tabernaculum, ut certum sibi refugium, ibi tamen inuenit improuisum interitum: dulcem somnum capientem clavis transfodit, & in tellure defixit. *Ingressa abscondebit, & cum silentio posuit super tempus capiti eius clavum, percussumque malleo defixit in cerebrum usque ad terram.* Iud. 4. v. 21. Iaëlem sibi existimabat fore fidelissimam, securam arbitrabatur tutelam, sitim, qua vrebatur, putabat ibi sedandam, sed delusus, ubi dulcissimum promiserat sibi somnum, tulit durissimum transfixus clavum. Ut in Sisara veluti in speculo inspiciamus, quod accidere peccatori sèpè experimur: spe lucri talos iacit, & quod possidebat, amittit, spe voluptatis inhiat ad venerem, sed venere maturat sibi dolorem, spe dignitatis atria terit, expendit aurum, electorum sustinet supercilium, & post longa temporis spatia tarda dolet se deceptum pœnitentia. Notauit Lira: *Illuc diuertit securius, & maxime quia Iaël inuitabat eum.* Iaël blandè inuitabat, verbis mellitis alliciebat, & nil ibi attestabatur timendum; verum dum Sisara fidem præbet, dum sitim expletum somnum capit, transfossus expirat. Honestissimis Iaëlis actionibus intuemur delineatum, quod apud alias fœminas quotidie accidere probatur indubitum: alliciunt, ut fallant; fallunt, ut alliant, & cum securitatem promittunt, insidiosas fraudes obtendunt. Seba ibi violentum experitur gladium, ubi sibi tutissimum spoponderat munimentum.

### §. XXXV.

*Sanctissima Virgo honesta hominum vota fouet, & ad effectum salutarem perducit.*

**A**d probitatis leges animus noster aptandus est, cogendusque, ut rationis sequatur ductum, non euaniendum desiderium. *Æquum ius est* (aiebat Senec. Epist. 95.) *non quo omnes vni sunt, sed quod omnibus latum est.* Cunctis æquitas æstimanda, sed, ut maria acris adspirantium ventorum flatibus æluant repercutta, sic humana corda compugnantibus secū varijs appetitionibus agitata volvuntur, & contrarijs cogitationum æstibus agitantur. Irritatore, consiliatoréque opus est, ut homo iussis patet, ut fallentibus delicijs resistat. Bene cum illo actum est, qui optimum admonitorem sortitur, & recta docentem sequitur. Ad Abelam se Seba contulerat, ut ciuium protegeretur tutela, verum cum Ioab ciuitatem obsi-

dens, dignam de suo Davidis hoste vindictam expeteret, obsidionēque Abelam cingeret, ciues veluti contrarijs motibus agitabantur: expenderant profugo exhibendum suffragium: si impenderent, verebantur periculum; ergo hærebant, & quid sibi faciendum dubij tractabant. Quid tunc? Sapientissima mulier Deipara umbra, Davidis, hoc est, Dei hostem interimare persuadet, & blando, efficaci tamen sermone ad effectum, quod Abelani expediebat, perducit: *Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter, qui abscissum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille cecinit tuba, & recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua.* Nutabant ciuium consilia, sapientissima vero mulier dubietatem depulit, & sequi, quod expediebat, suasit. *Facile obtinuit mulier à ciuitate tota* (inquit Nost. Sanct.) *cui visum est expedire: ut unius hominis capite præsens redimeretur populi, & commune periculum.* Consonat Abul. q. 28. *Quid mulier ista dixerit, non habetur, sed credendum est, quod locuta fuerit de periculo, in quo erat, quo modò Ioab certissime preualeret contra urbem, & quod ipsi fanebant causam iniquam, & delerentur omnes, ideo quod expediebat illum hominem mori, ne simul tota gens periret.* *Viri urbis persuasi verbis mulieris occiderunt Sebam.* En sapiens mulier consilio suo periclitantes redemit, & tuta sectari iussit. O quot hominibus, dum Sebam, hoc est peccatum corde fouent, nec quanta sibi pericula immineant, vident, Sanctissima Virgo lucem refundit, & suis precibus ad veram pœnitentiam adducit! Retento Seba, Abelani perirent, sed sapientissima mulieris consilio persuasi sunt hostem interimare, & sibi consultissime prouidere. Populus Israël hostili violentia pressi ingemisebant, & excutere iugum tentabant: *Clamauerunt filij Israël ad Dominum.* Iud. 4. v. 3. Simil subdebant ceruices iugo, & vrgebanter libertatis desiderio. Debora lucis mater bellum inferre consulit, & ope sua victoriam reportandam sine dubio promittit: *Ascendebant ad eam filij Israël in omne iudicium.* Hugo Card. opportuna consilia exhibuisse populo tradidit. *Indicabat, id est consulebat populo, sedebat sub palma, quod erat signum victoriae futura, palma enim datur vitoribus deferenda.* Vmbram Deipara gressens, refundebat animos, & consulens arma capere, promittebat optatos triumphos: nutantia firmabat corda, & promouebat honestissima desideria. Audi quid dicat: *Ego adducam ad te in loco torrentis Zison Sisaram Principem exercitus Iacobim, & currus eius, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua.* Inimicus traditur, triumphus exiguo labore acquiritur, nam Deipara, & honestum conatum fouet, & ad effectum, præstito fauore, perducit.

### §. XXXVI.

*Expuncto peccato, que premebat fugit calamitas, & antiqua redit tranquillitas.*

**A**mabile cunctis est tranquilla pace potiri, & anxijs solitudinibus liberari. Verum homines, dum blandis cupiditatibus adulantur, calamitates sibi adaggerare noscuntur. Solida tranquillitas non nascitur, nisi ex virtutum conscientia, ubi culpæ discruciat morsus, nequit placide quiescere animus: nec vitari potest perturbationis effectus, dum causam refouet appetitus. *Qui-*

cat ( monebat Theod. i. Var. 44.) concertantium fero-  
tor animorum. Bona pacis ; quæ, Deo propitio , nostro  
labore meruistis , cur seditionibus fædantur illicitis ?  
Nunquam maiori damno, quam cum gravitas Romana  
culpat. Concertantium feroor appetitum ,  
quam, Deo propitio, tranquillitatem animus pos-  
fidebat, amittit, & contrarijs altercantibus desiderijs deperdit; quod si admittat culpam conscië-  
tia , interna iam desudauere certamina ; nec po-  
test serena redire tranquillitas, ni de corde crimi-  
nis depellatur aduersitas. Abela vrbs inter cæ-  
teras honorabilis, tranquillitate florens, & commo-  
dis fruens , perduellem Sebam intra mænium tu-  
tum admisit : Dauid milites cogit , Ioabum ar-  
matorum cinctum agminibus mittit, & Abela ex-  
terna iam obsidione premitur , & internis solici-  
tudinibus inquietatur. Iam antiqua tranquillitas  
exteriùs, interiùsque concurrit, iam placida sere-  
nitas propulsatur. Sapiens fœmina Sebam pertur-  
bationis causam perimere persuasit, & iam, extin-  
cto Dauidis hoste, aduersariorum recedunt arma,  
& vrbs gaudet perturbationibus libera. Disertè  
Cassiodor. i. Var. 45. Frequenter quod arma explere  
nequeunt, oblectamina suavitatis imponunt. Minus  
assecuta sunt militum arma , quam fœminæ ap-  
pientis consilia; Abelani persuasit, superstite Se-  
ba, insolentissimo Dauidis hoste, non posse ciuitatem  
internis timoribus non exagitari, & exter-  
nis incommodis non vrgeri. Ergo Abelani Sebam  
occidunt, & iam occiso, obsidionis cessat pressu-  
ra, & vrbi redditur pax serena. *Abscissum caput Se-  
ba filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille cecinit tu-  
ba, & recesserunt ab vrbe.* Cùm, Seba superstite, in-  
teriùs Abelatum defœdaret piaculum , solicitum  
etiam imminebat periculum ; ast vbi Seba iacuit  
extinctus, recessit aduersariorum exercitus. No-  
tauit Abul. q. 28. Postquam Ioab recepit caput Seba,  
cecinit buccina , dans signum recedendi à ciuitate.  
Quam fuit vtile Abelano venenum euomere , vt  
periculum cessaret, & pacis tranquillitas iterum  
refloreret. Nónne conspicis in historiæ speculo,  
quod accidit peccatori ? Vanis spibus falsus , aut  
gratis appetitus fallacijs delinitus crimen admit-  
tit, & pectoribus fouet , tunc Christus Dominus  
laborum manum immittit, vt calamitatibus ob-  
cessus, crimen occidat, & ad conscientiæ serenum  
redeat. Sibi inuidet, qui renuit confessione repel-  
lere, nam dum non expungitur, conscientia adla-  
borat inquieta , & externa vrgere solent incom-  
moda ; ast , piaculo expuncto , iam tranquille  
quiescit animus , & iam cœlestis cessat indignationis effectus. Israëliticus exercitus vitor ince-  
dit, & aduersariorum saxeos muros vel clamore  
prorsus euertit. Ierico Iordanis voluminibus tu-  
ta, & proceris muris defensa clangori cessit , &  
Israëlita triumphauit ; verùm Achan dum trium-  
phator spolia debuit Domino consecrare , cupi-  
dus maluit delinquere , aurum subripuit, silentio-  
séque abscondit : ipsum beneficium detorsit ad  
execrandum piaculum , & dum floret fortunatus  
victoria, auritiæ fœdatur culpa. Quid tunc ? Ha-  
ienes armis præalent, & Israëlitarum corda con-  
cussa pauoribus nutant. Percussi sunt à viris vrbis  
Iof. 7. v. 5. Iam aduersariorum sunt præda,  
qui nuper redimebantur victoriæ ; nec solùm ex-  
ternis incommodis afflstantur, sed internis timo-  
ribus concutiuntur : Pertimuit cor populi, & instar  
aque liquefactum est. Iosuë à Domino causam in-  
quirit, & admissam culpam inuenit ; Achan cri-  
men confiteretur, & dignis pœnis punitur : Lapida-

uit eum omnis Israël. Quid tunc ? Iam timoris ces-  
sat angustia , & de hostibus reportatur victoria:  
*Dixit Dominus ad Iosuë : Ne timeas... ecce tradidi  
in manu tua Regem.* Nónne vides , criminis tecto,  
adaugeri detrimenta, & anxia concuti corda? Nón-  
ne vides, expuncto crimine, rediſſe triumphorum  
gaudia, & aduersariorum concuti corda ? Nequi-  
bat populus exteriùs, interiùsque non affligi, dum  
constabat culpa inquinari *Auersus est furor Domini  
ab eis.* Opportunè Orig. in Cat. ad. 8. Iosuë. Pro-  
pter peccata vitti sumus, & qui habitabant Hæ, mul-  
tos interfecerunt. Retenta perturbationis causa, ca-  
lamitas pressit , tranquillitas auolauit , extincta  
verò culpa, rediſſe tranquillitas, & auolauit calamitas. Ut nouerint peccatores esse posse pacis  
auctores, si esse velint honorandi peccatorum car-  
nifices : qui tuetur culpam , armat contra se Do-  
mini furem, & internam patitur anxietatem; qui  
extinguit culpam, Deum iam non patitur hostem,  
& internam, externamque propulsat calamitatem.  
Abelanus, viuente Seba, externa obsidione cingit  
ur, & internis timoribus obturbatur, Seba verò  
extincto, Ioab recedit, & pax optabilis floret.

## §. XXXVII.

*Eis alijs indulgete blanda clementia , aucto-  
rem criminis severa vrgere solet iustitia.*

**O**mnes, quos inficit culpa , districtio vrgere  
solet severa ; verùm non semel, cùm minùs  
quam irritator, peccet importunis persuasionibus  
impulsus, & spibus magnificis inescatus , Numi-  
nijs clementia rigorem temperat , & delinquentes  
blandiūs castigat ; contra auctorem verò criminis  
læſa iustitia obarmatur , & proprio , alienoque  
crimine infectum vrgere admittitur. *Iniuria siquidem nostra est* ( aiebat Princeps 3. Var. 15.) *laſa iustitia;* unde illud maxime inultum esse non patimur,  
quod in contemptum nostræ iussionis constat admissum.  
Quod, cōtempta regia iussione, constat admissum,  
pœnali castigationi manet obnoxium. Verùm qui  
non solùm regale contempnit edictum , sed alijs  
persuasit contemptum, grauissima probatur distri-  
ctione mulctandus, severa rigiditate puniendus. A  
Dauidis signis recessit Israël, & Seba recessit : *Se-  
paratus est omnis Israël à Dauid, sequutusque est Seba.*  
Dauid contra Sebam armat, & Ioab Dauidis furo-  
rem Seba sanguine placandum fore assuerat :  
*Tradite illum solum, & recedemus à ciuitate.* Abelani  
vt periculum euaderent , Seba caput abstulerunt,  
& Dauidis iram placarunt : *Abscissum caput Seba  
filij Bochri proiecerunt ad Ioab, & ille cecinit tu-  
ba, & recesserunt ab vrbe.* Hinc oritur quæstio:  
Si non solùm Seba , sed Israëlita excusfit Daui-  
dis iugum , cur solus Seba seuerum depositur  
ad tormentum ? *Tradite illum solum.* Si adsimili-  
li fecdatos culpa , æquitatis iura, adsimili  
castigandos admonent pœna ? Cur Israëlitæ  
indulgetur , & Seba capitali pœna multatur ?  
Quia alij ( responder Abul. quæst. 29. ) delique-  
runt, sed Martiali tuba accensi, & persuasionibus  
Seba impulsi; Seba verò cōiurationis fuit auctor,  
& rebellionis promotor : *Cecinit buccina, & ait :*  
*Non est nobis pars in Dauid.* Dum alios inflamat,  
plus cæteris peccat ; ergo alijs indulgit blanda  
clementia , Sebam verò rationabilis decapitauit  
iustitia. Abulensem audi : *Quæretur quomodo Ioab,  
occiso solo Seba, recessu de vrbe, iam nō agens bellum?*  
Nam non solùm Seba surrexerat contra Dauid , sed  
etiam

etiam omnes Iſraēlite ſecuti fuerant eum. Propoſitæ difficultati respondet: Seba incitauerat omnes. Peccauerant alij, ſed confilijs ſuāi, ſed ſpebus impulſi, ſed clangore buccinæ accenſi: Seba fuit ſcandali artifex, & inflauit buccinam, vt promoueret iſtaniam, vt expeterent, quam existimabant ſibi illatam, oſtenſæ Iſraēlitæ vindictam: ergo licet irritatis clementia indulſerit, irritatorem ſeuera puniuit iuſtitia, & capitalis adurſit pœna. Ut nouerint, quantam ſibi calamitatem adſcendant, qui alios ad delinquendum irritant, & ad virtutis caſtra deſerendum inflammat. Seba cantu accendens decapitatur, & accenſis indulgetur. Cūm iniqui iudices innocuum Naboth dura lapidum grandine occidendum decreuerint:

3. Reg. 21. Lapidibus interfecerunt. 3. Reg. 21.v.13. non vi-  
deo rigidam contra illos ſententiam proferri, &  
video Iezabel dilaniandam canibus tradi: Canes  
comedent Iezabel in agro Iezraēl. Hinc oritur  
quæſtio: Si Iezaēl caninis dentibus dilaniatur,  
cur Iudex ſupplicio adſimili non punitur? Facilis  
quæſtionis ſolutio eſt: Deliquit Iudex, ſed Reginæ  
epiſtolis iuſſus, perſuasionibus incitatus, indignationis timoribus perculſus, Iezabel regia aucoſtate quodammodo ad delinquendum coēgit, &  
a ſe pendentes adurſit. Ergo cūm fuerit ſceleris aucoſtor, dura pœna debuit conſtrigi, & pro ſepulchro caninos ventres habere. Exequendum mandatur, inquit Caiet. Iudex æquitati vim intulit, &  
quamuis grauifimam meruerit mulctam, grauiorem tamen Iezabel, vt potè quæ iuſſerat, tulit pœnam; vt Seba etiam grauiorem tulit pœnam,  
quia cæteros incitauit ad culpm.

### TEXTVS.

VER. 23. 24. 25. & 26. Fuit ergo Ioab ſuper omnem exercitum Iſraēl, Banaias autem filius Ioiadæ ſuper Cerethæos, & Phelethæos. Aduram verò ſuper tributa. Porrò Iosaphat filius Ahilud à Commentariis. Siua autem ſcriba: Sadoc verò, & Abiathar ſacerdotes. Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid.

### §. XXXVIII.

*Quisque potest contractam maculam factis  
decantandis delere, & priſtinum in  
ſtatū redire.*

Qui admissis criminum ſordibus ſe infecit, adhuc eximijs potest actionibus ſordes expungere, & antiquum nitorem puritatis reperire. Neminem pudeat ( aiebat Tertul. de Pœnit. cap. 7. ) Iterata valitudinis ieranda medicina eſt. Offendisti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias. Sæpè iſtiſta corpori vulnera non admiferunt medelam, nullum tamen animæ vulnus eſt, quod nequeat, ſi velis, ad ſanitatem redire, & antiquam ſalutem recuperare. Vidisti ob cædem Absalonis Ioab militiæ magiſterio multatum. Hac faciat mihi Dominus ( aiebat Dauid Amasa ) & hac addat, ſi non magiſter militiæ fuoris coram me omni tempore pro Ioab. Sup. 19. v. 13. Amasa eligitur, Ioab dignitate priuatur, & nihilominus hoc in capite Dux generalis refertur: Erit ergo Ioab ſuper omnem exercitum Iſraēl.

Iam ſi inquiras: Quomodo Ioab amiffam recuperauerit dignitatem? Respondebit Textus, Sebam virulentissimum Dauidis aduersarium armis preſeffe, & Abelanorum manibus capite detruncasse. Abſcifum caput Seba filij Bochri proiecerunt ad Ioab. Illata filio morte, durum meruit patris ſupercilium, ſed extincto Seba, perduelli, ad antiquum Ioab militiæ redire meruit magiſteriū. Quam admiferat dilecti filij ſtrage maculam, Seba ſanguine obliterauit, & contra Dauidis hostes viriliter pugnando, dignitatem, quam amiferat, acquisiuit. Notauit Caiet: Praefectus eſt iterum in Principem totius exercitus. Perpetrato criminis, magiſterij honore ſorduit diſpoliatus; ſed reportata de Dauidis aduersarijs victoria, reſplenduit dignitatibus reſtitutus. Nullus cadat animo, eti pccatis grauifimis defœdetur, quia decantandis triumphis, attritiſque Christi Domini aduersarijs, peccatis ſcilicet, non ſolū, quas admiferat, maculas potest eluere, ſed ampliorem gratiam elucrari. Veluti rubore confusa aiebat Sponſa allocuta ſodales. Nolite me conſiderare quod fulca ſim, quia decolorauit me ſol. Cant. 1. v. 5. Forte dum venit in ſolem aut vaga curioſitate, aut ſtudioſa attentione, decolorata eſt ſolis aēſtu, & ardore caloris nimio; verū quæ fulcedine deturpata fugiebat aſpeſtus, iam non blanda adulatio- nis fallacia, ſed ſincera veritatis cenzura, ob eximiam pulchritudinem meretur plauſus: O pulcherrima inter mulieres. Iam ſe offert diſcultas: ſi nuper offendebat oculos fulca, quomodo iam oblectat aſpicientes præ alijs longè formosa? Certè amanti ſæpè deformis videtur pulchra, vt etiam pulchra non bene affecto deformis. Verū ( vt dicebam ) laus non promanauit ab adulatione fallaci, ſed à vera pulchritudine: & ne huius metamorphoſis rationem ambigas, qui pulchrā laudibus extulit, genas referre turturem, dixit: Pulchre ſunt gene tuae ſicut turturis. Turtur habet pro cantu gemitum; ergo dum imitatur turturem, quam immodicis nigredinem contraxit ardoribus, iam deleuit continuis, & copioſis gemitibus. Iam quidquid oculos offendebat, deleatum eſt, & genæ dum lachrymis irrorantur, eximia micare venustate inueniuntur. Innuit in Tropolog. N. Delr. Fulca puluere ſaculari, quem certando collegi, decora oculo ſpirituali, quo mundi huius puluerem, ſqualorēmque deterſi. Fulca per vitium, ſed decora iam per lan- crum. Dum lachrymis genas perfundit, fulcedinem omnem abſtersit; & iam deterſo, quo defœdabatur ſæculi puluere, formæ elegantia reſplenduit, & oculis Christi placuit. Si appetitus ardoribus fulcus, ſi contraſto ſæculi puluere diſplices ſordidatus, imitare turturem, gemitibus abſterge peccatum, & quam amiferas, recuperabis gratiæ pulchritudinem, & animæ venustatem. Et expende, aliquando fulca ſatis non fuiffe ſponsæ, abſtersiſſe lachrymarum copia fulcedinem, ſatis non fuiffe non diſſimilem ſodalibus perueniſſe ad venustatem, ſed curaſſe compenſare pulchritudinis excessu, quam contraxerat ſeſtitatem delictorum reatu; Pulcherrima inter mulieres.

### §. XXXIX.

*Strenui milites agrè ducem patiuntur imbel-  
lem, ſpontè ſequuntur fortem.*

Milites de bellica fortitudine præſumentes, & Martiſi licentia audaces indigent disciplina,

plina, & disciplinæ obseruantia. Qui militaribus officijs assueti ( aiebat Cassiod. i. Var. 11. ) ciuitatem premere dicuntur armati. Dimicantes difficile est ad morum coëgisse mensuram : opus est strenuo, prudentique duce, vt miles se intra limites moderationis contineat, nec omnia sibi licere præsumptione plectenda statuat. Si dux imbellis, miles ciuitatem premet, & præcepta ducis despiciet ; refugit namque præsumptio parere, si rectorem contigit depretiare. Ob id fortissimis legionibus Cerethi, & Phelethi Banaiam Dauid præfecit, vt ducis exemplo aggrederentur ardua, nec pendere recusarent debitæ subiectionis tributa. Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israël: Banaias autem filius Ioiada super Cerethaos, & Phelethaos. Phelethi, Cerethique legiones fortissimis, ac strenuis constabant militibus : ergo Banaias dux deligitur fortitudine eximus, & triumphalibus laureis sapissime coronatus. Notauit Abul. q. 31. Erat Banaias vir fortis unus de fortibus Dauid ( vt patet infra 23. ) ipse quoque occidit duos leones in terra Moab, & percussit leonem in cisterna in diebus ninis. Ex cap. 23. constat Banaiae prædabilis fortitudo : talis ergo debuit fortissimis legionibus dux assignari, vt milites quirent suspicere reuerentia, & amplecti reuerenti obseruatione mandata. Dubium non est, militarem disciplinam sub strenuo duce vigere, sub ignauo, imbellique excessibus detestandis foedari. Chabrias ( vt refert Plutarc. in Apop.) referre solebat, exercitum terribiliorem ceruorum duce esse leone, quam duce ceruo leonum. Si ceterus leonum dux contempnui haberetur, & quandam leonibus inspirare timiditatem nosceretur ; econtra : si cerui leonem impanidum ducem sortiti, eis non audebunt iussis obniti, aut ab eius exemplis deuiare, quia timebunt indignationem eius subire. Oraculum de eligendo duce consulitur : *Quis ascendet ante nos contra Chananaum, & erit dux belli?* Iudic. i. v. 1. Consultus Dominus respondit : *Iudas ascenderet.* Si inquiras : Cur Iudas præ alijs fuerit electus ? respondebit Textus, leonis fortitudinem imitari : *Catulus leonis Iuda : ad prædam fili mi, ascendisti.* Gen. 49. v. 9. Strenuis, bellicosisque militibus dux erat designandus, sed ne electus triumphis sui nominis non protulisset famam, inuicta fortitudine sub illo pugnantes, custodire negligenter disciplinam, & hostes adangerent audaciam. Innuuit August. q. 2. in Iudic. *Qui interrogauerant Dominum, ducem requirebant ; unde putatur unius expressum hominis nomen.* Requiritibus ducem, Iudam Oraculum adsignauit, nam si imbellis, aut ignarus militæ gereret magistratum, non asseruerent ducem, sed paterentur certaminibus obicem.

#### §. XL.

*Tributis colligendis præfectus equitate, & prudenter lucere debet ornatus.*

**T**ales viri colligendis tributis debent adsignari, vt populus calumniosis non irretiatur infidijs, nec pateat inferiorum ministrorum auaris, prædis. *Disciplina imperandi est* ( aiebat Princeps. 9. Var. 9. ) amare, quod multis expedit, quoniam Respublica nimium soliditaris accipit, si tributariorum facultas illæsa constiterit. Fisci præsul ita Principis debet utilitatibus studere, vt tributarios non præsumperit ingrauare. Èa prudentia, æquitatéque rem moderetur, vt nec regalis census furtiuis rapinis minuatur, nec tributarius manufactis litibus

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

prægraueatur. Cùm cap. 8. referantur varijs ministerijs deputati, Aduram non lego tributis præfatum, cùm hic fisci præfulem audias designatum. *Aduram vero super tributa.* Noster Sanct. existimat, qui tributis colligendis fuerat designatus, ob non legitimam administrationem exclusum, eiisque loco Aduram fuisse suffectum. Interpretis verba sunt : *Hic questor erat regius, qui fisco præerat : videtur autem Dauid aliter atque antea disposuisse, tam que ad regnum, quam que ad ipsius familiam pertinebant.* Nonnulli fidem suam non satis Regi probaverant, & fortassis inter eos fuerat fisci præfectus. Ergo aliter, atque antea se Dauid habuit, & Aduram præsidere tributis iussit. Et quidem Aduram dum æquitate, & integritate resplenduit, Principi, & Reipublicæ profuit, nam eo præside, nec tributariorum à ministris diripiebatur facultas, nec ad Reipublicæ tutelam tatis necessariam, fisci defraudabatur libertas. Dauid sibi & Reipublicæ consuluit, dum Aduram fisco præfecit; & quidem dum alius, vt videtur Aduram, à Roboano tributis colligendis deligitur, tota Respublica conturbatur. *Misi Rex Roboan Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filij Israël, & mortuus est : porrò Rex Roboan currum festinavit ascendere, & fugit in Ierusalem?* 2. Paral. 10. v. 18. Vides Reipublicæ au- 2. Paral. sum, Aduram interitum, Regis periculum. Inter- 10. v. 18. pretes inquirunt ; Quæ fuerit tanti dissidij causa? respondentque, Roboan indicasse eius tempore non moderanda, sed incrementanda tributa : *Pater meus posuit super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrum.* 3. Reg. 12. v. 11. Graui iugo attriti, & plus temerarijs minis exasperati lapidauerunt Aduram, à quo sibi persuaserant illud decreatum promanasse, & Principi, vt tributa adderet, persuasisse : ergo dum fisci præfectus, vt adularetur Principi, augere adnixus est censum, contra se, & contra Principem inflammauit dilassatum tributis populum. Audi Hierony. apud Glos. ad 10. 2. Paralip. *Tractare coepit Roboan cum iuueneribus, id est, Aduram, qui in sequentibus lapidatus dicitur.* Aduram tributorum præfectus auara adulacione, aut blandienti auaritia ductus, Principi consuluit, vt noua populis tributa imponeret, & lapidatus consilij poenas exsoluit. Senes, cum quibus prius Roboan eiusmodi tractarat negotium, prudentissime consuluerunt grauatum nimis contributionibus populum releuare, nec in desperationem adducere. Verùm Aduram, vt auaritia sua occasione præberet, vt Principem gratis consilijs alliceret, addere tributa suasit, & sibi, Principi, & Reipublicæ nocuit. Sapienter ergo Dauid, quem tributis præsiceret, meditatione attentissima expendit, vt qui bene nouerat quantum conduceat Reipublicæ, & Principi tributorum præsul inauarus, & prudentiæ luminibus expolitus, & quantum noceat fisci adaugendi auidus, adulandiisque cupidus,

#### §. XLI.

*Historiographus est Reipublicæ utilis, si nulla adulacione obscuratus, & indefessa veritatis inquisitione solicitus.*

**H**istoria vita magistra est, in ea tanquam in peculo relucet, quid effugere, & quid quisque debeat sectari. Rerum scriptores ( aiebat Plutar. de Gloria Athen.) nuntijs sunt gestorum canori, orationeque per nitorem, & facundiam rem attingunt: quibus debent premia illi, qui in scripta inciderunt.

Cee Fidelib[is]

Fidelibus Historiographis grates pendere debent, qui historias euoluunt. Quæ temporum iniuria laterent tenebris inuoluta, venturis ſæculis feruat historia, & diligens Historici vigilauita. Renouantur clapsa ſæcula, & reuiuifcent egregia facta temporum annositate sepulta: debet tamen Historicus ſincerè adeò veritatem ſectari, ut nec turpi, cui ſtudeat adulatione blandiri, nec degeneri affectione gloriam obscurare. Redeat Plutarc. de Herodoti malignitate: *Qui laudibus contexit probra, & labes, is viderit in tragicam incidere deuotionem, mortalium calamitates feligens.* Iam quoque, quod huic eſt par, patet egregiè, & rectè facti alicuius eſſe omissionem, qua res non recidere videtur in reprehensionem, niſi malignitate fiat. Si Historicus aut celandā imprudenter detegat, aut evulganda malignè occulat, fidem ſuam proſtituit, & ſuceptam historiam reddit. Dauid decantandus Princeps conſribendis temporum Annalibus Iosaphat de legit, quia erat ad indagandam veritatem ſolitus, & ad commendandam litteris ſatis copiosus. Porro Iosaphat filius Hailud à commentarijs. Iosaphat, ut placet Hieronymo in Nomin. Interpret. Dominus Index interpretatur: exarandiſ igitur deligitur historijs integritate incorruptus, veritatis ſtudiosus, & in rebus indagandis ſolicitus. Qui vili pretio fidem ſuam venditat, qui alterius voluntati aſſentator obtemperat, historiae conquirit inuidiam, & vilissimam ſibi no tam. Ad. 8. huius libri caput ſic Noster. Sanct. Putem huic id à Dauidē datum eſſe negotij, ut res geſtas traderet monumentis. Decuit optimum, & politicum Principem eligere, qui res recordatione dignas litteris conſignaret, & ab obliuionis iniuria eximeret. Ergo is fuit Iosaphat, nec aſſentatione denigratus, nec mordaci lingua ſolutus. Iosaphat filius Hailud à commentarijs. Quam vtilitatem historiae afferant in ſomnis comprobauit Aſſuerus; iuſſit namque Annales afferri, ex quibus didicit etiam Reges captiosis peruersorum inſidijs obnoxios, & dolofis fraudibus impetitos. Quod memoria elapſum, historia reuocauit, & ſe Mardochæi fidei coronam, vitamque debere cognouit. Inſiſ ſibi afferri historias, & Annales priorum temporum. Quæ cūm, illo praefente, legerentur, ventum eſt ad illum locum, ubi ſcriptum erat quomodo nuntiasset Mardochæus inſidias Bagathan, & Thares eunuchorum Regem Aſſuerum ingulare cupientium.

Eſth. 6. v. 1. Iam Eunuchi luerant inſidiarum ſupplicium, Mardochæo collatum non fuerat præmium, quia frequenter vltio non tardatur, & remuneratio diſſertur. Historia Regis excitauit memoriam, docuit cautelam, & fidem tacitis litteris clamauit remunerandam. Histotia bonæ politices fuit magistra, prudentiæ ſchola, & ad actiones dirigendas idea. Fecit (inquit Lira) coram ſe legi facta præterita regni ſui, quia memoria præteritorum dirigit in agendis respectu futurorum. Historia obliuionem depulit, & ad futuros casus instruxit; ergo Reipublicæ, & moribus conguit, facta digna ſitu Annalibus aſſeruari, & in aliorum factis edoceti.

### §. XLII.

*Subſidia egentibus miniftrare, eſt quodammodo Numini ſacrificium offerre.*

**R**atio rerum eſt ( aiebat Caiſiod. 4. Var. 30) ut eum neceſſe ſit plus debere, qui viſus eſt maiora fuſcipere. Qui plus fuſcepit à Domino, plus debet

egeno; nam Dominus in pauperibus ſibi voluit exſolui, quod diuitibus conſtat largiri. Vnde Principes dum luridam egenorum ſubleuauere miseriā, Domino, quam acceperunt, reddidisse vi dentur gratiam: verū cum ſæpè alienis operis indigeant, vt egentibus opem ferant, etiam qui huic ministerio incorrupta fidelitate probatur in cumbere, eximium laboris pretium inuenitur recipere. Dauid ut, quæ à Deo acceperat, aliquali compensatione perfolueret, miseriſ ſubuenire decreuit. Sed cum varijs negotijs implicito, & regni totius gubernatione occupato tempus non ſup peteret, Iram, qui Dauidis ſacerdos dicitur, eſt viſus industria: *Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid.* Lis eſt inter Expositores de Ira ſacerdotio: nam cum Sadoc, & Abiathar vterentur supremo, certum eſt, Ira eo dignitatis non eminuisse fastigio: iam ſi ex alijs ſacerdotibus erat, dubium eſt, quo ſpeciali titulo Dauidis eſſe ſacerdos dicatur, & cur eo elogio p̄t̄ alijs nobilitetur? Lira existimat, ſacerdotem dici, quia Dauidi erat acceptus, & ad fastigium iudicis eleuatus. *Dicit Rabbi Salomon, quod Dauid fecerat iſum Principem, & iudicem, id eſt, magnum inter Principes, & Duces.* Noster Sanct. existimat, ſacerdotem Dauidis dici, quia erat regius capellanus, cui incumbebat de regijs vi timis curare, ſacrifisque incumbere. Abul. q. 32. ex aliquorum ſententia aſſerit, ſacerdotem dici, non quod ſacerdotali dignitate fulgeret insignitus, ſed quia ad impertiendas eleemosynas, ad miſerorum reuandas ærumnas designatus: eius verba ſunt: *Respondent quidam, quod Ira non erat ſacerdos, ſed offerebat munera; ſicut domini ma ni ha bant aliquos ministros, qui vocantur eleemosynarij, & per eos dispensantur omnes eleemosyna dominorum: ita Dauid habebat quendam virum, per quem diſpen ſarentur omnia.* Vides ſacerdotem vocari, non quod altaribus offerret hostiam, ſed quod miſerorum ſubleuaret miſeriā. Verū cum hoc no men designet ſacra vñctione delibutum, & litan diſ ſaſificijs dicatum, Ira non videtur congruere, nec eius ministerio adaptari. Cur ergo honorabili adeò elogio reſplendeat nobilitatus, qui non erat inter ſacratos adſcriptus? O vtilem nobis eruditio nem! Adeò acceptum eſt, pauperum curam gerere, inopiam miſerorum leuate, ut iurē ſacerdotis honore reſplendeat insignitus, qui charitati laborabat dicatus, quaſi ſubleuata miſeria gratiſſima fue rit Numini hostia. Redenti Prodigio patris ſerui iubentur ſubuenire, & ſubſidia opportuna nudo, & famelico miniftrare: *Induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius.* Luc. 15. 15. v. 22. Iam honeſtē vefito immolatus vitulus v. 22. apponitur, & in totius familiæ epulum confeccatur: *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite.* Chrys. ſer. 5. ait, idem eſſe vitulum occidi, ac Christum Dominum ſacris altaribus in noſtrum epulum im molari: eius verba ſunt: *Hic eſt vitulus, qui in epulum noſtrum quotidie, ac iugiter immolatur.* Bene. Sed cum ad immolandum vitulum requiratur ſacra vñctio ne initatus, ad hoc opus mercenarius deſignan dus non erat ſeruus: quomodo ergo pater ſernulos iubet vitulum immolare, quando conſtat ſacerdo tes opus exigere? Quia cum iam nudū cooperiſſent: *Induite illum: ipsa miſericordia quodammodo initiabatur, & cum ſubueniſſent famelico, Deo vi tulū litabat, quia iit pauperis, & famelici leuamen tum condiebant.* Nam egenis ſubſidia miniftrare, eſt quodammodo ſacerdotali dignitate fulgere. *Hic eſt vitulus, qui quotidie, ac iugiter immolatur.*

CAPVT.

## CAPVT XXI.

**F**ACTA est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & consuluit Dauid Oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saül, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. 2. Vocatis ergo Gabaonitis, Rex dixit ad eos. ( Porro Gabaonites non erant de filiis Israël, sed reliquiae Amorphaeorum: filii quippe Israël iurauerant eis, & voluit Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israël, & Iuda.) 3. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciam vobis? & quod erit vestri placulum, ut benedicatis hereditati Domini? 4. Dixeruntque ei Gabaonites: Non est nobis super argento, & auro quaestio, sed contra Saül, & contra domum eius: nec volumus, ut interficiatur homo de Israël. Ad quos Rex ait: Quid ergo vultis, ut faciam vobis? 5. Qui dixerunt Regi: Virum, qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israël. 6. Dentur nobis septem viri de filiis eius, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül, quondam electi Domini. Et ait Rex. Ego dabo. 7. Pepercitque Rex Miphiboseth filio Ionathæ filij Saül, propter iusurandum Domini, quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saül. 8. Tulit itaque Rex duos filios Respha filia Aia, quos peperit Saüli, Arnoni, & Miphiboseth: & quinque filios Michol filia Saül, quos generat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi; 9. & deinceps eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi septem, simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei. 10. Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substraxit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de caelo: & non dimisit aies lacerare eos per diem, nec bestias per noctem. 11. & nuntiata sunt Dauid, que fecerat Respha, filia Aia concubina Saül. 12. Et abiit Dauid, & tulit ossa Saül, & ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthijm, cum interfecissent Saül in Gelboë: 13. & asportauit inde ossa Saül, & ossa Ionathæ filij eius: & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, 14. sepelierunt ea cum ossibus Saül, & Ionathæ filij eius in Terra Beniamin, in latere in sepulchro Cis patris eius: feceruntque omnia, que precepserat Rex, & repropitiatus est Deus terra post hæc. 15. Factum est autem rursum pratum Philistinorum aduersum Israël, & descendit Dauid, & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthijm. Deficiente autem Dauid, 16. Iesbabenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nesus est percutere Dauid. 17. Presidiisque ei fuit Abisai filius Saruia, & percussum Philisthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extingucas lucernam Israël. 18. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit Sobochai de Husati, Saph de stirpe Arapha de genere gigantum. 19. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, cuius hastæ erat quasi licatorium texentium. 20. Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus, pedibusque habebat digitos, id est viginti quatuor, & erat de origine Arapha. 21. Et blasphemauit Israël: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. 22. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

## TEXTVS.

VER. 1. Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & consuluit Dauid Oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saül, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.

## §. I.

Si ad unum Principis confluxerint dona, nequistabit non laborare Respublica.

Bonus Princeps Moysen imitetur, qui fame populis diuexatis cœlestè manna laudabilis  
Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

æquitate diuinit, & longa ariditate laborantibus latices crystallinos præbuit: & dum generali omnes beneficio potiuntur, querelæ studio prouido propulsantur. Imitaris ( aiebat Cassiod. de Æmiliiano. 4. Var. 31. ) antiquissimum Mossæm, qui Israælico populo longa ariditate siccato, de saxi sterilitate copiosos latices eduxit. Quod Moyses miraculis, Princeps imitari debet prouidis, & sollicitis curis: perennis sit fons, unde omnibus profluxerint beneficia prudenti præpositione seruata; nam si intra viñus sinum tota largitas concludatur, populus obmurmurate dignoscitur. Vbi Ira nimis Dauidi refertur acceptus: Ira autem Iairithes erat sacerdos Dauid: ( supr. v. 26 ) fame populus laborasse notatur: Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter. Dubium non est, Sacrum Textum de panis inopia agere, & accidisse ob

Saūlis culpam, exprimere; Rabbini verò apud Abul. q. 2. autumant, populum fame laborasse, quia Dauid in vnum Itam omnia beneficia conferebat, quod granante ferens populus, audacem linguam armabat. Indubium est, hæc Rabbino-rum esse inania somnia, aut manifesta deliria; verum quia ex eorum somnijs utilis erui potest doctrina, sunt moribus adaptanda. Abulensem audi: *Quia Dauid dabit omnia munera sua, scilicet Ira Iorathæ, qui vocatur sacerdos Dauid precedenti capite, induxit Deus famem.* In horum opinione populus afflictatus est fame, quia Ira Dauid primitus nimio diuitiarum censu exundabat, quali opipara eius mensa ex aliorum instrueretur inopia; & David aliorum angustauerit censem, ut Ira exacerbaret patrimonium. Fateor, hæc, & similia esse Rabbinorum somnia; verum negari non potest eiusmodi somnia pro moribus esse posse politica documenta. Ecce vbi Ira diuitijs exundat, populus fame adlaborat; profecto si ad vnum Principis fauores confluant, opus est, plures arescere; & destitutos beneficiorum pluia laborare. Hanc veritatem mirè depinxit Historicus penicillus, dum retulit Eliæ, & populi varios casus. Propheta, ascita pieratis adiutrice ira, claustra nubibus iniecit, pluviāque inhibuit; Dens dilectum sibi ministrum pauit, & coruorum ministerio opiparam mensam explicuit: *De torrente bibes; cornu si quæ precepi ut pascant te ibi.* Reg. 17. v. 4. Ibi opipare alitur, vbi Domino exacte obsequitur: Eliæ fuit expromptè obedere, ad Principem pertinuit obedienti prouidere. Verum vbi Dominus Eliam copioso torrente pauit, populus ardenti siti afflatus ingemuit. Vbi totus torrens vni Eliæ designatur, siti Respublica aduritur, ut in laudibili Dei decreto veluti in agnimate nosceremus, priuati, armatique saturitatem aliquando esse plurimorum esurient. *Diurno* ( inquit Ambros. 2. Ofſic. cap. 4.) coruorum obsequio manè panes, caro ad vesperem deferebatur. Si Abulensi credendum est, de Regis penit, aut de aliorum penaſio panes, & carnes deferebantur. *Quod isti cibi* ( verba sunt Abulensis. q. 16. ) *essent de domo Regis Acab, satis verisimile est.* Vbi Acab vni pendebat panes, & carnes, vbi torrens ministrabat copiosos latices: plures fame, siti que premebantur; vt notum omnibus esset, si à Rege plattima vni conferantur, opus esse, vt plurimi diuexentur. Unus Elias vtebatur cibo lectiori, poculo copiosiori; plures verò adurgebat fames, & siti; vt etiam fame populus laborauit, vbi Dauid dona plurima Ira priuato, familiarique contulit: *Facta est fames in diebus Dauid.*

## §. II.

*Generalis oriri solet inopia ex iustitia, & aequitate neglecta.*

**F**elicem constat esse Respublicam, vbi iustitia feruatur illæſa, & reos constringit poenalis mulæta. In omnium vergit detrimentum damnabilis clementia, ut cunctis proficit districtio iusta. *Propositi nostri est* ( aiebat Princeps. 4. Var. 12. ) *vt prouincias nobis, Deo auxiliante subiectas, sicut armis defendimus, ita legibus ordinemus, quia semper anget Principem obseruata iustitia.* Et quantum probabili institutione viuitur, tantum summis adhuc prouentibus aggregatur. Probabili institutione non viuitur, vbi culpa præteritur inulta, & contemnitur

æquitatis querela. Israëliticus populus tribus annis generali fame vrgetur, & tellus temporancis imbris viduatur: *Facta est fames in diebus Dauid tribus annis ingiter.* Agricola fruſtrâ desudabat, nec aruis laboriosa cultura proficiebat: vexatio generalis adeò calamitatis scrutari causam suasit, & Dauid Oraculum cœleste consuluit: Dominus Gabaonitarum effusum sanguinem eam adduxisse calamitatem, respondit: *Propter Saül, & dominum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Saül coloratis causis, fucatis titulis, ut à Gabaonitis hæreditatem eriperet, vitam etiam abstulit, & innoxium sanguinem fudit. Cæcum auaritiae studium non vidit celebratum cum Gabaonitis sub sacramento olim pactum: nota erat cunctis iniuria; sed inulta mansit delinquentium potentia. Ergo Deus; qui æquitatis præuaricator non est, generali immisit famem ob pacti, sacramentique violationem. Lira audi: *Factum istud erat notorium, & id debuit puniri per Dauid, qui successit Sauli; & quia circa hoc fuit negligens, secuta est vltio Divina.* Dum ea in Republica leſa querebatur iustitia, & inulta perseuerabat offensia, generalitas nequibat non premi, & diuturnis calamitatibus non afflictari. Ut notum omnibus fuerit, non posse florere Respublicam, vbi iustitia probatur læſa, & andet inulta culpa. Profecto negligens ignavia, aut affectata in puniendis sceleribus negligentia generalitati nocet, & Deum ad rigidam mulætam compellit. Israëlitæ omnes premuntur, dum sceleris competentibus poenis non castigantur. Sribentes ( aiebat Isaias ) *iniustiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium populi mei, ut essent vidua præda eorum, & pupillos diriperent.* Cap. 10. v. 1. Quibus publica fides commissa, fidem violabant, æquitatis patroni iustitiam corrumpebant; viduas opprimebat iniuria, depauperabat pupilos præda. Quid tunc? Generalis inundavit calamitas, & Respublicæ perijt tranquillitas: *Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis?* Aſi dicit Isaias: vbi à populo exulauit iustitia, Respublicam pressit miseria: in totius populi detrimentum iura contemnebantur, & leges despicebantur. Viduarum, pupillorumque gemitus militares attulit inimicorum instructus. *Exercitus Assyriorum* ( inquit Lira ) *venit de longe contra Regnum Israël.* Regnum ab hostibus defendere illæſa iustitia, & æquitas obseruata; verum cum cateret æquitate, Assyrio impetus est hoste: nec potuit Respublica firma consistere, vbi constabat iura constuprari. Assyriorum præualuerunt arma, quia eis æquitas neglecta exhibebat auxilia. Omnia utilitati Principis adlaborat vigilantia, si curet iustitiam administrari, & sceleris puniri.

## §. III.

*Diu calamitatibus adurgemur, quia calamitatis causas scrutari negligimus.*

**A**d examen debent venire, quæ diu nos inueniuntur diuexare. Sapiens medicus occultam perquirit causam, vt molestam depellere valeat ærumnam; nec enim poterit effectus celare, dum radicem constituerit permanere. *Rerum causa* ( aiebat Cassiod. 9. Var. 23. ) *semper in semine sunt.* Desideranti amouere, opus est prudenti discussione, vnde calamitas promanarit, respicere. Verum plures damnabili indurantur patientia,

## §. IV.

*Esi pœna diu videatur dilata, numquam culpa remanet impunita.*

nec ad examen vocant, quæ sustinere probantur incommoda. Facile sèpè inueniret, si solers considerantia originem indagaret. Dura fames per triennium Israëlitas afflixit: *Facta est quoque fames in diebus David tribus annis iugiter.* Terra sterilitas astris imputabatur, malignitati temporum adscribatur, cùm tellus fructus denegaret, innoxio Gabaonitarum sanguine defœdata, & criminibus impunitis infecta. David diuturnam adeò lassitudinem demiratus, causas inquirere est aggressus: *Consuluit David Oraculum Domini.* Domino accedens veram sterilitatis agnouit causam, & apponere potuit medelam. *Dixitque Dominus: Propter Saül, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Ab admisso crimen promanabat, quod populus malignitati temporum adscribatur. Si citius David causam inquirere procurasset, tandiù fames non afflixisset; verum dum inquirerè negligit, dum examinare differt, inanis est agricultorum sudor, & populi clamor. Opportune Abul. q. 3. *Si in principio quesitum fuisset cur hoc eveniebat, respondisset Deus, quod veniebat propter Saülem, & occisis filiis eius, cessaret.* Dum inquisitio differtur, causa ignoratur, & dum permanet causa, affligit etiam ærumna. Ab admisso crimen promanat sèpè ægritudo, & quamvis medicorum desudet vigilancia, & adlaboret adfidentium solertia, febris adurit, & mala habitudo premit. Si conscientia consuleretur, reperiatur facile causa, & ablata, cessaret etiā angustia; verum quia mores non discentiuntur, pestiferi humores augentur, & causis futilibus applicantur. Quandiu Prodigus a se migravit, durissimam famem sustinuit, sibi redditus, & famis causam meditatus, inuenit non esse filiuarum inopiam, sed abundantiam, non prouenire famem ab humorum dissidio, sed ab admisso peccato. *Ego autem hic fame pereo.* Luc. 15. v. 18. Nota illud hinc quasi dicat: Crucior, quia à parente sciunctus, quia affectibus impuris traditus; cùm filiuarum suppetat copia, & famis crescat miseria: ergo oportet solum vertere, & ad patrem volatu celeri peruenire: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Quandiu nuditatem, esuriem, laborem plectibili tolerantia sustinuit, calamitatem adauxit; ast dum infortuniorum causam est meditatus, inuenit esse à piissimo parente distantiam, & porcorum effugientiam tutelam: ergo surrexit, & calamitas cessauit. Prodest Chrysol. ser. 3. *Surgens venit ad patrem suum: surrexit iste mentis, & corporis de ruina.* De ruina mentis promanabat insatiabilis famis, de insanæ appetentiæ ardore corporis consumebatur substantia; ast ubi se iacere intellexit, proposuit surgere, & secundator calamitatum radice auulsa, cessauit effectus, & famis est sopitus prorsus cruciatus. Si plures secum infortuniorum causas inquirerent, si Dominio accederent, excusarent pertinacem patientiam, & ad contrariam demigrarent fortunam; ast dum nullunt cæcis oculis deerrare, non possunt ad calamitatis agnitionem deuenire. Fame lurida, generalique populus distorquetur, dum origo non inquiritur. Vbi David Oraculum consuluit, causam agnouit, & ablata causa, generalis cessauit etiam miseria.

Ipsò in crimine pœna est; & dum nequit à præmitate deformitas separari, pœnalitas etiam nequit disiungi. Hanc internam conuisceratam que crimiui pœnam alia etiam externæ sequuntur, & comitantur. Prima, & maxima peccantium est pœna ( aiebat Senec. epist. 97. ) peccasse, nec volunt scelus, licet illud fortuna exornet munieribus suis, licet tueatur, ac vindicet, impunitum est; quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus & hac, & illa secunda pœna premunt, ac sequuntur. Plures sibi imponunt, & quia secundæ pœna statim non premit, pressuras nunquam præsumunt. Quos potentia tegit, felicitas deceptrix illudit, nec expendunt coelestem perspicaciam, cum æquitatis præuaricatrix non sit, culpam inultam non præterire, etiā pœnam videatur differre. Deliquerat Saül, aut stulto zelo inflammati, aut avaritia cæca permotus: Gabaonitas de medio tulit, ut possessiones auferret: delinquentis potestas culpam tuebatur, nec pœna irrogabatur. Verum Deus etiā tantisper dissimularit, debitam tandem crimiui mulctam infixit: *Facta est fames in diebus David tribus annis iugiter.* Consultus Dominus generalem inopiam avaritiae supplicium esse respondit: *Propter Saül, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Endiū sustinuit, lenis patientia, sed puniuit tandem æqua iustitia, ut constaret omnibus, Deum tempus pœnitentia concedere, non tamen inulta crima præterire. Prodest Theod. apud Glos. Per hoc nos docet, qui omnia sapienter administrat. Dominus, quod etiam diuturna viens lenitate ac patientia, non inferat statim pœnam levis non obseruata, postea tamen iusta exigit supplicia, sicut tunc fecit. Nam cum quadraginta anni præteriissent, nubes quidam alligavit, ne parerent, sterilitatis autem morbo terram subiecit, fame autem puniit eius habitatores. Qui humanis oculis res dimetiretur, putaret piaculum à Saüle, populisque commissum obliuioni prorsus demandatum, egregie tamen erraret; nam licet Deus leni patientia peccatores decuerit exspectare, tandem æqua iustitia opportuno tempore leuere, probatur punire. Quadraginta anni iam effluxerant, & nondum inficta pœna; Verum generalis, ac diuturna fames oppressit, & culpam obliuioni non traditam demonstrauit. Populus grassantissima peste percutitur, & dignissima pœna mulctatur. *Inmisit Dominus pestilentiam in Israël.* Infra 24. v. 15. Huius supplicij causas inquirunt Interpretes, respondentque, populum Israël Absalonis pröditionem fouisse, & contra ius, fasque Dauidem è throno deturbasse: *Facta est coniuratio valida, populisque concurrens augebatur cum Absalom.* Suprà 15. v. 12. Ioab, sublatu iam Absalone, pepercit multitudini: *Retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israël, volens parcere multitudini.* Suprà 18. v. 16. Multitudo à Principe veniam est assecuta, sed à Numine morbis pestilentibus afflictata: non modicum tempus intercessit inter admissam culpam, infictamque pœnam; verum scelus non mansit impunitum, etiā longo tempore fuerit supplicium dilatum. Notauit Theod. qu. 37. ad 2. Reg. *Populus luit pœnas sue iniquitatis; relicto enim Regi, militauit sub impio tyranno, & parricida filio,*

qui patri, & Propheta moliebatur eadem. Deum, & Dauidem offendit populus; & cum accepisset a Principe veniam, existimabat criminis non remansisse memoriam, fallebatur tamen. Nam licet Deus per longa temporis spatia abstinuerit a vindicta, tandem scelestos puniuit immissa grauiſſima pestilentia. Peccatores sibi blandiuntur, dum post criminis nil amarum remanere arbitrantur; diuina tamen æquitas culpam inultam non patitur, et si sua sibi detrahere leni tolerantia videtur.

## §. V.

*Inuālidi, opprēſique gemitus contra oppri-  
tem est durissimus aduersarius.*

**I**nualidus à potentiore oppressus ad solam potest patientiam recurrere, quia constat armis ad defensionem carere: verū et si nequeat armis contra iniurium insurgere, et si cogatur ora silentio signare, tacitis gemitibus cœlum pulsat, & cœlestem vindictam armat. Seueritas publica (aiebat Cassiod. 8. Var. 27.) sicut ab innocētibus vacat, ita necesse est, ut in sceleratis operam sua diſtritionis impendat. Seuera sceleris districcio inualidis impendit auxilium, dum injicit exoculatae audaciae supplicij frænum. Oppressa ingemiscet semper iustitia, si pestilenti adulazione attendatur delinquentis persona. Medicis ipsi et si non adeò studiosè seruo, ac Domino applicarent medicamina, verū si simili adlaborauerint morbo, simili censem vñdendum esse temedio: si asperiorem adhibeat medicus curationem seruo, leuiores domino, à medico in adulatore transiuit, & artis iniuria artem vtilissimam exercebit. Sæpè inualidus iniurias cogitur deglutire, si lentioque premere. Verū et si labia timore constet signari, intēni gemitus apud cœlestia subsellia probantur audiri. Saül, & populi Proceres Gabaonitas humillimis ministerijs addictos, cæca auaritia decreuerunt dispoliare, vtque expoliarent, plures iusserunt violento ferro vitam finire. Delinquentium potestas Gabaonitarum occlusit ora, interna tamen non potuit occluſisse supiria; occisorum namque cognati, affinēsque cœlestem iudicem obtestabantur, & iniuriarum vltionem deprecabantur. Quid tunc? Deus pœnas exegit, & famis durissima Israëlitas inuasi: *Facta est quoque famis in diebus Dauid tribus annis iugiter.* Nubes pluuiam denegabant, tellus opportunis vñduata imbris, fructus non promebat, & populus fame consumptus peribat. Dauid Oraculum consulit, & ob inultum piaculum famem prævaluisse audit: *Propter Saül, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Quis criminis reos apud cœlestem iudicem interpellavit, non audies; fame tamen durissima populum premi videbis. Abul. q. 7. existimat effusum sanguinem valido clamore cœlestem iustitiam interpellasse, & contra reos sententiam obtinuisse. Verba Abulensis sunt. *Gabaonita non ausi fuissent petere vindictam contra Saülem, quia credebant, quod cum ipſi essent alienigeni, & servi Hebreorum, si peterent vindictam contra posteros Saülis, qui erant de semine regio, quod totius Israël subuerteret eos, ideo non petebant, sed intra se clamabant ad Dominum.* Iustitia opprimebatur, & potentia suspiciebatur; tacebat oppressus, vt grauiora damna silentio redimeret, verū et si vox non audiretur, ipsum silentium pro se cœleste habebat iudicium. Reorum poten-

tiam reueriti, fame torquebantur, & delinquētum filij suppicio infami dicabantur: vt notum omnibus fuerit, internos oppressorum gemitus magnam vim contra oppressores habere, & pro eis cœlestem æquitatem certare. Hebræi Ægyptum intrant, spebus magnis inuitati, & Proregis potentia, auctoritatē tuti; annorum verò lapsu Iosephi memoria euanuit, & malis tractationibus oppressus hospes ingemuit. Ingenui lutosis fecari operibus cogebantur; nec aliud illis nisi patientia, remedium; nullum, nisi tolerantia, subsidium. Verū pro ipsis depugnauere elementa, & agmina animalculorum armata: fluuius liquorem cum sanguine commutauit: locusta fructus atrofit: primogenitos gladius occidit. *Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram.* Exod. 9. v. 23. Si quæras: Quomo-  
v. 23.do Hebræi, qui non audebant dare querelam, duram adeò obtainuerint vindictam? Respondebit Textus, clamoribus pugnasse, & Ægyptiorum potentiam tacitis suspirijs deuicisse. *Ascendit clamor eorum ad Deum ab operibus.* Exod. 2. v. 23. Miserorum gemitus, inualidorum singultus vali-  
v. 23.dissima contra violentiam sunt arma, quia dum cœlestem opem implorant, potentium vires op-  
pugnant. Opportunè Oleast. ad Mor. *Suspirauerunt, aut clamauerunt filij Israël propter opus, et si Deus pia, & iusta desideria audiat, & orationes, promptior tamen est ad clamores audiendos.* Vbi simul disce, non quoſcumque eum audire clamores, iniustos enim non audit, ſed eorum, qui iniuste ab aliquo grauantur. Triumphant de pauperibus iniustitia, inualidos grauat potentia, verū grauati habent pro armis suspiria, quæ dum cœlum pulsant, contra violentos exacula vertuntur in tela. Gabaonita dum interius geinit, famem adducit.

## §. VI.

*Si fides sacramento sancta violetur, calamita-  
tem violentibus auspiciatur.*

**N**ihil est, quod sic regna stabilit, quā promissio fixa votorum, inuolatāque fides, præcipue ſi sacramento firmata. Et quidem inter procellos ſæculi varietates, nullatenus humana vndique fragilitas impetita ſe contineret, ſi actus nostros fides inuolabilis non muniret: Hæc inter amicos stabilit vinculum, inter extraneos firmat commercium, erga Deum edocet venerandum obſequium. Fides supernæ Maiestati exhibet reuerentiam, hominibus ingerit ſecuritatis fiduciam, quod ſi sacramento altius figatur, ſecuritas adaugetur. Econtrà ſi violetur fides, omnis politices radicitus encruatur, vtque religioſa fidei eſt, dubietatem omnem depellere, ſic violati iuramenti eſt, animos exulcerare, & cœlestem indignationem aſciscere. *Diuinitus illatum bellum* (aiebat Xenoph. lib. 2. de Exped.) haud ſcio, qua quis celeritate effugere poſſit, aut quibus in tenebris latere, aut quo in munimento arcere. Agebat de sacramenti religione, qua firma, omnia conſtant, & qua vio-  
lata, omnia nutant. Conſonat Herodot. lib. 2. Histor. Oportet fideles in amicitia eſſe, non dupli-  
ſententia inquinatum cor poſſidere, nec per iurium sancto iuramento preferre. Nam qui talis vir fuerit, diuinam quidem vindictam differt, interim vero pra-  
ſentium acerba fruitione ſe ſtultus oblectat. Dispensioſum eſt lucrum iuramenti violatione adquisi-  
tum; nam etiā poena videatur dilata, acerbitate  
compen-

compensatur, & diu retenta ira impetu effunditur. Generalis fames Israëlem acriter diuexabat, & præsentanea morte deterrebat: *Facta est quoque fames in diebus David tribus annis ingiter.* Consultus Deus, respondit, violatam fidem hanc adduxisse calamitatem, & generalem perniciem: *Propter Saül, & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Gabaonitis fides à Iosuë, Principibúsque data, sospitatem promisit, & omnem timorem, sacramento addito, depulit: *Fecit Iosuë cum eis pacem, &, initio fædere, pollicitus est, quod non occiderentur: Principes quoque multitudo nis iurarunt eis.* Iosuë. 9. v. 15. Fidem illæsam Saül, & populus tenebantur seruare, sed coloratis, fictisque causis maluerunt rumperet: ergo in violati iuramenti poenam famem sunt perpepsi durissimam. Prodest Hugo Card. *Saül irritum fecit iuramentum eorum: quod Dominus volens punire tempore David, post mortem Absalonis immisit famem in terram tribus annis continuo.* Interempto parricida, sibi populus tranquillitatem promittebat, verùm violata fides contra populum militabat; nec enim quibat felicitas efflorere, dum constabat religionem violari. *Posui montes eius ( aiebat Dominus apud Malach. cap. 1. v. 3. de Esaü loquens ) in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti.* Inter alia huius cœlestis indignationis merita existimo non minimum fuisse, violasse fidem iuramento firmatam. Famescenti Esaü promisit Iacob eduliam, si venderet primogenitura: Esaü annuit, mallens præsentem solari famem, & futuram paruipendus esuriem: Iacob cautus sacramentum exegit, & obtinuit. *Iura ergo mihi. Iurauit ei Esaü, & vendidit primogenitura.* Gen. 25. v. 33. Fames emisit iuramentum, sed Esaü paruipendit contractum: *Paruipendens quod primogenitura vendidisset.* Ergo dum animo fidem violare proponit, dracones sustinet. Prodest Lira: *Erat fortior viribus ipso Iacob, & intentus cautelis mundanis, per quæ cogitabat retinere ius primogeniturae, non obstante venditione, & iuramento.* Esaü ore promisit, sed animo fidem sanctam violavit: ergo eius montes horrido squalore siccantur, & draconibus venenatis replentur. Sibi stultus inuidit, cùm versutus fidem firmatam iuramento violauit.

## §. VII.

*Sibi superior inuidet, si inualidi tacentis iniuriam vindicare contemnit.*

**Q**uid potest esse felicius ( aiebat Cassiod. 3. Var. 17.) quam homines de solis legibus confidere, & casus reliquos non timere? *Iura publica certissima sunt humanae vite solatia, infirmorum auxilia, potentium frana.* Princeps, Iudexve constituitur, vt sit nunquam violandæ iustitiae ara, & opportuna inualidorum tutela: & licet iniuriam passus, non audiat reclamare, quia clamorosis querelis veretur sibi grauius detrimentum augere. Princeps, Iudexve tenet inualidorum causam agere, & violentam iniustitiam depellere. Sed proh dolor! Frequenter Iudices, vt Magnatibus iniuria munetis adulentur, affectata ignorantia dissimulare adiunguntur, malūntq[ue] pauperculos, & inualidos indefensos prorsus relinqueret, quātū contra se audacem potentium indignationem armare; expendere tamen debuissent cœlestis iustitiae oculum nūl inultum præterire, & seueras à Iudicibus etiam poenas exposcere. Gabaonitæ à Saüle, po-

pulique Magnatibus grauissimam; notoriāmque iniuriam acceperant: verūm, cùm iniurij dignitatis defenserentur potentia, ora premebant, & iniurias tacitis gemitibus deuorabant. Verūm cùm potente potentior sit aliis, generalem Deus famem immisit, & dignas poenas exegit: *Facta est fames in diebus David, tribus annis ingiter.* Interpretes inquirunt: Cur Davidis tempore fames cœlesti decreto immissa Israëlitæ vrserit, & vexarit? Respondéntque, David Saülis sibi affinitate coniuncti delictum non ignorasse, poenas tamen exigere distulisse: quod Deus ægrè adeò tulit, vt David, & Rempublicā generali calamitate punierit, poenalsque simulationis exegerit. Ita Abul. q. 7. *David sciebat istud, scilicet quod illi non audeverent petere satisfactionem, ideò cum ipse esset Index, debebat ex officio illis prouidere, dando locum, ne timerent petere: & quia circa hoc fuit negligens, fuit fames inflcta tempore suo super eum, & alios.* Gabaonita timore oppressus tacebat, David tacendi causam non ignorabat, ergo dum dissimulat, super se, & cæteros famem vocat; vt nouerint Iudices contra se cœlestem indignationem succendere, si iniuriam passos distulerint vindicare. Filiæ Ietro latices non sine labore hauserant, vt, cui præerant, gregem adaquarent. Verūm pastores viribus freti puellas abegerunt violenti. *Impletis canalibus, adaquare cupiebant greges patris sui.* Superuenere pastores, & eiecerunt eas. Exod. 2. v. 16. Exod. 2. Puellæ, ne grauiora incurrent, silentio præmebant ora: verūm Moyses, quem iam Deus in Principem destinarat, puellarum suscepit causam, & repressit potentiorum violentiam: *Surrexit Moyses, & defensis puellis, adaquauit oves earum.* Non interpellatus, non clamoribus puellarum ascitus, eorum suscepit tutelam, & pastorum castigauit audaciam. Audi Philonem lib. 1. de Vit. Mos. *Non auferetis impunè ( id est iustitiae oculus ) me præter opinionem misit in auxilium, nec enim deeret iniuriam parentibus.* In Iudicem destinatus non est potentioribus dissimulando blanditus, sed puellis tacentibus illatam vindicauit iniuriam, & insolenteim repressit pastorum audaciam.

## T E X T V S.

V E R S. 2. & 3. Vocatis ergo Gabaonitis, Rex dixit ad eos ( Porro Gabaonitæ non erant de filijs Israël, sed reliquiæ Amorræhorum: filij quippè Israël iurauerant eis, & voluit Saül percutere eos zelo, quasi pro filijs Israël, & Iuda) Dixit ergo David ad Gabaonitas: Quid faciam vobis? & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hereditati Domini?

## §. VIII.

*Degener sapè affectio laudabilis zeli fuso vestitur, & imponendo grassatur.*

**S**æpè virtutum nomine obrepunt, & oblitera honestatis fuso fallunt. Inter alia vero pernitosior est falsus zelus; nam dum affectat Numinis honorem, regit dolosissimam prauitatem: Vnde aiebat Elias: *Zelo zelatus sum pro Deo exercituum.* 3. Reg. 19. v. 10. Nouit non esse superius, Reg. 19. uacaneum testari, zelari se Dei honorem zelo, vt v. 10.

qui

qui bene nouerat, zelari plures non zelo, sed zeli fuso. *Adulatio* (aiebat Senec. epist. 45.) quam similis est amicitia. Adnectit: *Venit ad me pro amico blandus inimicus.* Certe in his magno periculo erratur: nam quae debent dignis penitus multari, laudibus probantur efferti. Saül quasi vero zelo inardesceret, Gabaonitas priuauit vita; sed qualis esset zelus, inficta à Domino ostendit pena. *Voluit Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israël, & Iuda.* Affectauit religiosum zelum, sed latebat violentæ rapinæ studium: se iactabat religionis agere causam, cum religioni manifestam inferret iniuriam. Cupiditas grassabatur religionis colore vestita, & exigebat plausum, quæ merebatur supplicium. Audi Abul, quæst. 16. *Aliqui dicunt, quod Saül desiderabat habere urbes, in quibus morabantur Gabaonites, & ad hoc finxit quandam causam, ex qua desideretur prosequi utilitatem Israëlitarum.* Finxit indecens esse, alienigenas ministerijs factis inservire, cum decentius esset, Israëlitas eiusmodi operibus designari. Ergo ficto honoris Dei zelo, & vero rapinæ studio, ciuitates à Gabaonitis abstulit, sibique applicuit. O quam sèpè, quæ erubescit conscientia, tegit impostura, & religionis specie prauis adulamur affectibus, insanis blandimur cupiditatibus! *Confundantur* (aiebat Isaías) *zelantes populi, & ignis hostes tuos devoreris.* *Is. ii. 26. v. 11.* Qui tetrica adurebantur inuidiā, zelo tegebantur, & impunè grassabantur. *Possederunt nos, Domine, absque te. Falsum, plectibile que affectabant religionis studium, cum nouercale pectoribus fouerent odium.* Aequitatis mentiebantur agere causam, cum inhiauerint ad rapinam. Innuit aliquomodo N. Sanct. *Zelantes hic sunt idem, qui inuidentes, qui videlicet populo Dei, id est sanctis inuidi sunt, & infensi.* Zelus hic specie tenus induit virtutem, ut specioso nomine contegeret prauitatem.

### §. IX.

*Nonnulli imprudentissimi peccant, ut à peccatis alios eripiant.*

**S**VNT, qui falsato zelo aliorum culpis medelam conentur apponere, cum ipso medicamine sibi probentur altissimam plagam inferre. Insipientes despicerunt maculis sordidari, ut aliorum maculas quirent ab sterigere; ut naufragantium auertere possint pericula, certissima subeunt naufragia: alio sensu de his dixeris, quod de Tolo Athalar. 8. Var. 10. *Litoris constitutus, ut eum exitio preualeret eripere, undas iterum desiderabat intrare. Tunc eius pericula formidauit, qui saluti propria timere nesciuit.* Cum ventorum saevitia iactatum diu nauigium, quo patens, & filius vehebantur, confusis fluctuum voluminibus tradidisset, & Tonus cum charo pignore remaneret, brachiorum remigijs ad litus appulit: filius eti cum fluctibus niteretur certare, posse naufragium non videbatur effugere. Ergo pater litoris constitutus naufragium despexit proprium, si vitare possit alienum. Et quod parenti naturalis erga filium persuasit affectus, persuadere solet zelus erroribus depravatus; utque alios à calamitatis fluctibus eripiat, se culpis sordidari pertentat. Cum in mandatis haberet populus Chananæos omnes radicibus extirpare, Gabaonites ad callidas configurerunt astutias, &c, ut patet Iosue. 9. inter Israëlitas perseuerarunt illæsi, humiliis templi ministerijs addicti. Saül existima-

uit Israëlem, Iudámque non solum, cùm pacta iniuerunt, peccasse, sed, Gabaonitis superstitibus, peccatum etiam semel admissum fouere; ergo ut eos à piaculo eriperet, Gabaonitas trucidans, se grauissimis culpis infecit. *Voluit Saül percutere eos zelo, quasi pro filiis Israël, & Iuda.* En Saül, ut alienis medeatur culpis, homicidij se polluit, Sacramento violato sordescit & dum stulto zelo deseruit, magnis se criminibus inficit. Ecquis hoc ait? Certe Abul, quæst. 16. *Putabat Saül, quod Israëlite non potuerant dimittere Gabaonitas, & quod Iosue, & omnes Principes populi, qui erant tempore illo, peccauerunt, & omnes qui postea permittebant, Gabaonitas vivere, peccabant, ideo ut ipse excusaret tam filios Israël, quam Iuda a peccato, quasi motus zelo illorum voluit occidere Gabaonitas.* Itaque, ut populum à peccato eximeret, Gabaonitas interfecit, cum ipsa imperfectio grauissimum esset piaculum, ut inflictum cœlitùs famis attestabatur supplicium. Frequenti experientia compertum est, eo aliquos errore fecardi, ut, si possint ab amicis calamitatem auertere, non dubitarint delinquere; alienis compatiuntur laboribus, & sordidis se maculaueat criminibus: cumque stulta misericordia subueniant, impleuisse se charitatis legem existimant. Moyses ut populi murmur compecebat, & siti viscera depascenti succurreret, bis igneum silicem virga percussit, & crystallinas vandas elicuit. *Cum eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressa sunt aquæ largissime, ita ut populus biberet, & iumenta.* Num. 20. v. 11. Petram Num. 20, percutiendo, offendisse Dominum, subsecuta v. 11, pena manifestauit: *Quia non credidisti mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introduceris hos populos in terram, quam dabo eis.* En sitientibus præbet aquam, & ut præbeat, admittit culpam: crystallinis laticibus, quæ vrgebat, sopiuit angustiam, sed plectibilem contraxit offensam. Opportunè Isidorus apud Gloff. *Hic Moyses Dominum offendit, & prohibetur Iordanem transire.* Hac in historia depingitur, quod sapientius accidisse probatur. Ut conseruus domini indignationem effugiat, seruus mentitur, ut reus euadat penam, amicus falsò iurat, & grauiori, proprioque detrimento veritas eluditur, & qui clusit, sibi quodammodo gratulatur. Moyses Populo laboranti subuenit, sed subueniendo deliquit.

### TEXTVS.

**V E R S . 4.** Dixeruntque ei Gabaonites: Non est nobis super argento, & auro quæstio, sed contra Saül, & contra domum eius, nec volumus, ut interficiatur homo de Israël. Ad quos Rex ait: Quid ergo vultis, ut faciam vobis.

### §. X.

*Inglorium est offensæ veniam auro diuendere, & pretio sanguinem effusum taxare.*

**G**enerosi, celsique animi est, iniuriam remittere, & veniam offendentibus lubenter concedere. Audi Senec. 3. de Ira cap. 38. *Contumeliam tibi fecit aliquis, nunquid maiorem, quam Diogeni Philosopho Stoico?* Cui de ira cum maximè differenti adolescentis protinus inspuit: talit hoc ille leniter ac sapienter.

sapienter: Non quidem, inquit, irascor. Philosophia continuit iram, & mirandam docuit patientiam. Minor esset Diogenes, vltionem expetens, quam indulgens: vnuis esset e populo, abstergens offendit sanguine iniuriam, admirationem omnibus fecit, concedens veniam. Et quidem erubescere debet Christianus, ni imitetur, quod fecit Ethnicus: verum ut gloriosum est veniam dare, sic habetur turpe, pretio diuendere. Effuderat Saül innoxium Gabaonitarum sanguinem, & ob id populus durissimam patiebatur eluiriem: David, ut ex Gabaonitarum responsis colligitur, aggressus est veniam impetrare, & copioso auro Gabaonitarum indignationem sopire. Verum Gabaonitæ aurum contempserunt, & effusum suorum sanguinem pretio non vendituros constanti animo affuerant: Dixeruntque ei Gabaonita: Non est nobis super argento, & auro questio, sed contra Saül, & contra domum eius. Aci dicant: Non sumus ex his, qui suorum nundinantur Sanguinem, & illatam pretio remittunt mortem; cum sit turpissimum, nec virtuti consulere, nec honori. Venia gratis oblata, est eximium virtutis opus; diuendita vero, dum adquirit aurum, infert sordidum honori næuum. Hunc esse horum verborum sensum, tradit Abul: q: 17. David videns Gabaonitas esse pauperes, & abietos, perauit, quod iniuriam suam remitterent pro aliquo pretio; ideo prius obtulit eis pretium, ut remitterent. Ipsi autem dixerint: Non est nobis questio super auro, & argento. Dedecori duxerunt, dolorem auro delinire, & pretio veniam taxare: Vires non supperebant illis ad vltionem expetendam, elegarunt tamen inultam iniuriam, antequam concedere pretio veniam. Isaías cap: 13: v: 17. Mædos testatur à Babylonij oblatum aurum contempturos, nec inhiatuos ab pecunias, sed ad delendas sanguine acceptas ad aduersariis offensas. Ecce ego suscitabo super eos Mædos, qui argentum non querant, nec aurum velint. Ut Mædorum saporent iram, ingentem eis Babylonij offerebant auri copiam; Mædi vero arbitrati sunt inglorium, si, quam Babylonij intulerant certaminibus offensam, versata pecunia, non vindicarent, veniamque offerrent. E re Lira: Argentum non querunt pra desiderio occidendi. Itaque Mædus auro non corrumpebatur, sed vlcisci conabatur: vltio apud Ethnicos magni habetur; Christum vero Dominum secuti iniurias edocentur beneficijs compensare, ut ad perfectionis apicē valeant peruenire, apud omnes vero videtur inglorium, iniurias remittere non honestatis studio, sed auri sordido desiderio.

## TEXTVS.

VER. 5. & 6. Qui dixerunt Regi: Virum, qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, ut ne vnuis quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israël. Dentur nobis septem viri de filiis eius, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül quondam electi Domini. Et ait Rex: Ego dabo.

## §. XI.

*Qui repetere sauvam vltionem exabit, se Dei legitimam non esse prolem ostendit.*

Qvi semper æget calotibus impatientiæ, qui sitibundus semper vindictæ, quod sortitur Eman, de Naxera in Reg. Tom. IV.

Chrtstiani elogium, obscurauit, & factis Ethnicum retulit. Nobis se Deus patientiae, clementiæque exemplum exhibuit, dum super morigeros, & iniurios æqualem lucis florem ipargit. Non peccatores ( aiebat Tertul. de Patient. cap. 3. ) non Publicanos aspernatus est. Non illi saltē ciuitati, quæ eum recipere noluerat, iratus est. Discipuli contumelioso oppido cœlestes flamas representari cupiebant; verum Magister veluti spiritu degeneres carpsit, & exhibere iniurijs veniam edocuit: *Nescitis cuius spiritus estis.* Luc. 9. v. 55. Aci diceret: Dum ardetis vindictam, quantumuis meam frequenteris scholam, non videbimi morigeri discipuli, sed contrarij, & æmuli, cum ego ingratis beneficiam, proteruos sustineam, & vltionis loco beneficia ingentissima impertiam. Itaque Christus edocuit frenare linguam, manum reprimere, & veniam offenditibus dare. Hinc disces, cur Scriptura notanter aduerterit, Gabaonitas non esse ex nobili Israëlitarum progenie, sed ex Amorrahorum obscuro sanguine: *Gabaonites non erant de filiis Israël, sed reliquia Amorrahorum.* Et cur notanter genus expressit, & ab Israëlitarum nobilitate seclusit? Quia David licet interuentor extiterit, ut veniam acceptæ offensæ præstarent, responderunt: *Virum, qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, ut ne vnuis quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israël.* Vltionis desiderio hc flagrantes Israëlitarum non esse progeniem manifeste ostendebant, & se Ethnicos publicabat: nam vltio sapit gentiles mores, non generosas virtutes. Prodest Rabbi Salom, apud Liram: *Si Gabaonites fuissent de filiis Israël, fuissent manus misericordes, & indulsissent factum Saülis contra eos, sicut indulserant sacerdotes, qui remanserant post mortem Achimelech.* Saül sacerdotum Gabaonitarumque iniquo ferro innoxium sanguinem fudit, verum sacerdotum posteri generose remiserunt offensam, Gabaonitæ à Dei populo extranci durissimam expetiueri vindictam. Deo sacrati facilè indulgent, & facilè non indulgent à populo Dei alieni: ut speciali insigni, offensi scilicet venia, sui inter cæteros prælucerent, aiebat Dominus: *Non queras vltionem, nec memor eris iniuria cœtiuum tuorum.* Leu. 19. v. 18. Expedita vltio quodammodo erat Magistri probrum, ut oblate venia honorabile discipuli insignium. Audi Rodulf. apud Hug. Card. *Quod nostri iuris videtur esse, iniurias nobis illatis, proximis relaxemus, diuinumque iudicium spectemus, non eius officium usurpemus, qui ait: Miki vindictam, & ego retribuam.* Qui iniuriam relaxat, se Dei ostendit discipulum, & honestum, Deo vindice, acceptæ iniuriæ sortietur sine dubio solatum,

## §. XII.

*Horrendum est, truculentissimi, sauvissimique inimici manibus tradi, & pœnam eius arbitrio decerni.*

**S**i peccator, quibus manibus foret tradendus, consideratiūs expenderet, & quam horrendas sit datus pœnas, coniceret, sine dubio morum satageret custodire mensuram, ut euaderet pœnam. Quid enim horribilis, quam truculentissimi, sauvissimique hostis manibus tradi, & ad eius arbitrium pœnas subire? Confusam vitam, & perturbatam impotentes agunt ( aiebat Senec. Epist. 105. ) tantum metuunt, quantum nocent. Vtinam peccatores tantum, quam delinquunt, timerent, considerarentque dæmonibus odio ardentiibus

D d d fore

fore tradendos ! & quamvis pro arbitrio suo pœnas non taxarint, sed à Numine decretas inflixerint ; satis est, vt quales peccatores pœnas sint daturi, conijcas, nosse carnificis & cruentum ingenium, & virulentissimum odium. Gabaonitæ in Saülis posteros odio flagrabant, adeoque infelices posteri fuerunt, vt eis traditi, pœnas pro eorum placito luerint : *Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül, quondam electi Domini.* Et ait Rex : *Ego dabo.* Quibus putas cruciati bus disperierunt distorti, qualibus clavis stipti affixi, quantis verberibus lacerati ? O inopinabile malum ! O considerandum supplicium ! Si iuuenes à suis punirentur, ipsa compassio pœnas liniret, & tormenta temperaret, ast laeuissimis, impacabilique odio ardenter inimicis traditi, stipitis interierunt affixi, & pœnis ferè innumeris discruciati : *Petitur tertio (inquit Caietan.) vt Saül detur eis, non in seipso, sed in septem viris ex filiis eius.* Satis odio non fuit carnificis manu sanguinem fundi, quia Gabaonitæ pro carnifice esse voluerunt ad irrogandam pœnam, & expetendani vindictam ; vnde facile est nosse, quale Saülis posteri subierint supplicium, cum insatiabile pœnas expeteret odium. Ieremias, vt compendiosis verbis acerbissimam Christi Domini passionem exprimeret, eius nomine aiebat : *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi delectam animam meam in manu inimicorum eius.* Ierem. 12. v. 7. Quod Euangelistæ latius, explicatiusque tradiderunt, summatim Ieremias explicuit, dum traditum Dominum in flagrantissimo odio furentium manus asseruit. Cui laeuæ feritati parceret ardentissimum Iuñoris studium ? furor quod omitteret cruciamentum ? Quod sitibunda rabies obliuisceretur martyrium ? Ergo dum inimicorum arbitrio traditum, dixit, uno verbo omnia tormentorum genera complexus est. Et adiecit homines ferarum truculentiam induisse, & auida siti propetasse : *Venite, congregamini omnes bestiae terra, properate ad deuorandum.* v. 9. Acuebant dentes, exacuebant vngues ; & quid quæque bestia posset, saeva dilaceratione ostentauit. Hæc (inquit N. Sanct.) *Christo adscribunt scriptores nonnulli, in quibus est Hieronymus, Theodoreetus, & alij.* Vbi tenebris Dominus, & inimicis potestatem factam asseruit, omnem acerbitatem summatim, & uno verbo conclusit.

### §. XIII.

*Aliquando non leni lapsu descenditur, sed fortuna impetu ruitur.*

**E**sset aliquod imbecillatis nostræ solatium, si qua emergunt lentitudine res, disperirent; verum incrementa paulatim excunt, detrimenta veluti impetu, & quidem violento, erumpunt. *In plenum (aiebat Senec epist. 91.) cogitanda fortuna est: quoties Asia, quoties Achaea urbes uno tremore ceciderunt !* Murorum, urbisque constructio prolixos annos consumpsit, & aliquando diuturnus, & inopinatus tremot euertit: tot dierum operas, tot auri expensas, tot constructum angustias, insperata clades & deuastavit, & diluit. Non licuit aliquibus fortunam suam leniter deponere, quia ab extremo ad extremum contigit ruere. Ecce Saülis filij, nepotesque regijs stemmatibus decori, & commodis circumfusi, sortem adeò amaram, adeò extremam experti sunt, vt ab aula suffi-

gendi transierint in crucem. *Dentur nobis septem vi-ri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül quondam electi Domini;* Id est filij regalem electi quondam ad thronum tradendi nobis sunt, vt infamem, duramque agamus in crucem. Notauit N. Sanct. *Miserum putatur, & ignominiosum magis, ibi aliquem pati, vbi prius cum magistratu, & splendore vixerat.* In Gabaa, vbi cum splendore, & magno seruorum comitatu, Saülis nepotes resplenderunt, stipibus sunt affixi, vt de suppli- cij loco & dolor acrius desuiret, & infamia cresceret. Profectò mirandum humanæ varietatis spectaculum. Scriptura nobis ostendit, & quām ca- ducis innitamur, edocuit. Vno, eodemque die videbis Amanum regiæ mensæ assidentem, & patibili pœnam subeuntem : *Intrauit Rex, & Aman ut biberent cum Regina.* Esther. 7. v. 1. Inter ipsas mensæ delicias auditis, quæ Esther retulerat, Rex contra Amanum implacabili indignatione effebuit, & Amanus horrido timore concussus tabuit: citissimè contra eum mortis profertur sententia, & patibulo affixus, vitam efflauit summa ignomi- nia : *Suspensus est itaque Aman in patibulo.* Cui veniret in mentem, posse vna, eademque die sic for- tunam verti, vt à regia mensa transiret Amanus ad execranda patibula ? & cui omnes genuflecte- bant, carnificis manus violenter raperent, cruci- que affigerent ? Non licuit Aman per gradus de- cendere, non licuit fortunam paulatim deponere; vna hora abstulit, quod longa annorum series contulerat : ab extremo in extremum ruit præci- pitatus, & ignominiosa morte punitus. Audi Li- ram : *Sic corrut.* Non sic ascendit ; vt nullus hu- manæ felicitati fidat, sed semper sibi prudenti ti- more caueat : Regis filij, nepotesque nuper res- plendebant adoratione ab omnibus culti, & iam infami ligno dolorem aspicientibus ingesserunt suspensi.

### TEXTVS.

**VERS. 7.** Pepercitque Rex Miphiboseth fi-lio Ionathæ filii Saül propter iuriuran- dum Domini, quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saül.

### §. XIV.

*Magna prudentia est beneficijs obstringere, à quo potes durissimis pœnis mulctari.*

**S**i liberum sit à numero pereuntium eximere, aut inter cæteros aliquem recensere, eximus fauor erit, si cui facultas inest, affectum benignitatis impendat, & cum posset, alium, te potius excludat. O quām insanum esset eiusmodi arbitrum offensis exacerbare ! Quām prudentiæ consonum officijs gratissimis demererit ! *Ambitus est (aiebat Cassiod. 8. Var. 27.) dominis nobis velle seruire, vt commendati bonis initijs, reliquam vitam secu- ritatis munere perfruantur.* Bonis initijs commen- dati, domino probantur accepti, & quia accepti, sæpè ab infortunijs exclusi. Gabaonitæ septem Saülis posteros deposcebant ad expetendam vindictam, & sanguine abstergendam sanguinis maculam. Cœlestis æquitas Gabaonitatum appro- bat sententiam : *Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa Saül quon- dam electi Domini.* E posteris Saülis maior erat quām

quām, qui exigebat, numerus: & David liberum, hunc, aut illum in tradendis recensere, aut ab eorum numero eximere. Quid tunc? Miphiboseth, à cuius parente eximia acceperat beneficia, à numero exclusit, vt gratitudinis tributa penderet dilaudanda: Pepercitque Rex Miphiboseth filio Ionathae filii Saül, propter insurandum Domini, quod fuerat inter David, & inter Ionathan filium Saül. Ionathas Dauidem sēpè à periculo exemit, cuius saluti studiose prouidit: ergo Dauid modò amici filium discrimini eripuit, & parenti vicem reddidit. Inuenit Ionathas, qui filios periclitantes tueretur, dum innoxio periclitanti suppetias ferre conatur: timuit etiam Dauid sacramentum temerare, intuitus filios Saül ob violatam fidem perire. Miphiboseth dicitur pepercisse, quia idem fuit, vita donare, ac in septenario numero non includere. Prodest N. Sanct. *Cum Gabaonita septentrum petierint, illum exemit ē septenario numero.* A Dauid septem Saülis posteros Gabaonitæ, vt crucifigerent, depositabant: *Dentur nobis septem viri:* Dauid inter septem poterat Miphiboseth dinumerare, aut excludere, sed cū tot à Ionatha esset beneficijs obstrictus, filium eius à discriminatione eripuit, & alium tradidit. Expendit erga se humanitatem parentis gratus, & reddere posteris vices adlaborauit sollicitus. Lot vxor in salis statuam conuersa est, vt eius stultitia existeret futuri prudentialia: minabatur Sodomæ fœtidum flammarum diluuium, sulphureum incendium. Adtant Angelii cœlestes vindices; cūmque prudencia consuleret grato vultu excipere, humanè tractare, & obsequijs demereret, mulier (vt Rabbi nis placet) aspero vultu exceptit, & condire cibos recusauit. Lot tulit lauandis hospitum pedibus aquam, parauit mensam: *Ingressis domum illius;* Gen. 19. v. 3. *Vt fecit communium, & coxit azyma.* Gen. 19. v. 3. Vrbanum officium grande attulit commodum; nam Lot periculo exemptus est: mulieris supercilium, & asperum in hospites, & peregrinos ingenium occasio fuit, vt in salis figmentum verteretur: *Versa est in statuam salis.* Interpretes, Rabbanique mulieris demirantur imprudentiam; niam Angelis, qui propulsare quibant periculum, vrbatum denegauit obsequium. Prodest Lira: *Petenti Lot (salem) pro condimento cibi Angelorum, quos homines credebat, ipsa renuit apportare, quia secundum modum Sodomorum, inter quos habitabat, affectum ad hospites non habebat.* Si Angelos humanitate deuinxisset, si officijs vrbaniissimis oblectasset, poenam euaderet; ast dum imprudens cœlestes vindices renuit laudabiliter subornare, in statuam contigit verti, vt aspicientes edoceret, quām lucrosum sit eius gratiam demereret, qui potest poenam infligere, aut merita supplicia leuare.

## T E X T V S.

VER. 8. & 9. Tulit itaque Rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Saüli, Armoni, & Miphiboseth: & quinque filios Michol filiæ Saül, quos genuerat Hadrieli, filio Berzellaï, qui fuit de Molathi, & dedit eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente missione hordei.

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.*

## §. X V.

*Qui in homines Deo sacros probantur audere, honori suo, & saluti inueniuntur periculum procreare.*

**C**VM summa Numini debeatur reuerentia, suis in sacerdotibus est praestanda. Qui iniuriam seruo intulit, domini honori detraxit; nam contra dominum peccasse creditur, qui iniuria afficeret seruum admittitur. *Quid simile rependat Deo* (aiebat Athalar. 8. Var. 24.) *qui potitur imperio?* sed licet pro tanto munere nihil compensari possit idonee, ipsi tamen gratia redditur, dum in seruientibus honoratur. Adnectit: *Prasbyterum Romana Ecclesia pro leuibus causis asseritis criminaliter impeitum.* *Quod nobis pro ingenita reuerentia, quam Nostro debemus Auctori dispuicisse, profitemur.* Sacris applicitus ministerijs reuerenti est veneratione colendus, vt, quod Domino officium debetur, in seruientibus exhibeat: qui iniuria seruum affectit, contra se Domini indignationem armavit. Crucifiguntur Armoni, & Miphiboseth, Respha, Saülisque filij: *Tulit itaque Rex duos filios Respha filia Aia, quos peperit Saüli, Armoni, & Miphiboseth &c. crucifixerunt eos in monte coram Domino.* Regis tunabulis innutriti extremam subierunt ignominiam, cruce suspensi. Iam, si perquiras huius stragis causam, respondebunt Interpretes, eos parentis in sacerdotes irati furorem inflammasse, & vt sacerdotes trucidarentur, operas suas attulisse, & impias manus sacerdotali sanguine cruentasse. *Conuersus Doëg Idumæus irruit in sacerdotes.* 1. Reg. 1. Reg. 22. v. 18. Doëg in sacerdotes irruit, Miphiboseth, & Armoni, Doëg imitati, parentis impijs sunt desiderijs blanditi: ergo dum temeraria audacia in sacerdotes irruunt infrunni, stipitibus videntur deuoti. Audi Rabb. Salom. apud Liram: *Didit Rabbi Salomon, quod isti duos specialiter nominantur, quia fuerunt in occisione sacerdotum cum Doëg.* Doëg suas operas commodarant, vt facinus nefandum perficeret, & Deo sacros homines trucidaret. Ergo sibi maturarunt crucem, & accelerarunt stragem. Cū Regis essent filij, sibi persuaserunt, posse impunè in sacerdotes audere, & obseruantiam violare; nec viderunt, Deum suorum iniurias acerrimè vindicare, iniuriisque attenerere. Qui in Domini sacerdotes irruerunt potentia fisi, quām sit periculorum audere in Dei ministros, stipitibus docuerunt suspensi. Populi Israëlitici magnis calamitatibus pressi Deus clamorem non exaudiens, imò clementiae aures, ne audirent gemitus ad speciem obturabat. *Conclusit in gladio populum suum, & hereditatem suam spreuit.* Psal. 77. v. 62. Qui ad tot clamores obsurduisse, dicitur, paulò post excitatus, opprobrio sempiterno inimicos percussisse, refertur: *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percussi inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.* Hinc oriatur difficultas: Cur scilicet modò inimicos atterrat, qui paulò anteā ad populi clamores obsurde sciebat? Quis à tam graui sopore excitauit? Quis ad aduersarios terendos impulit? Certè Psaltes ipse indicauit, dum sacerdotes impio gladio occisos retulit: *Sacerdotes eorum in gladio ceciderant... & excitatus est, tanquam dormiens, Dominus.* Anteā hoste attente populum, Dominus videbatur dormire; ast ubi impia temeritas in sacerdo-

Plal. 77. v. 62. *Qui ad tot clamores obsurduisse,* v. 62. *dicitur, paulò post excitatus, opprobrio sempiterno inimicos percussisse, refertur: Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percussi inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.* Hinc oriatur difficultas: Cur scilicet modò inimicos atterrat, qui paulò anteā ad populi clamores obsurde sciebat? Quis à tam graui sopore excitauit? Quis ad aduersarios terendos impulit? Certè Psaltes ipse indicauit, dum sacerdotes impio gladio occisos retulit: *Sacerdotes eorum in gladio ceciderant... & excitatus est, tanquam dormiens, Dominus.* Anteā hoste attente populum, Dominus videbatur dormire; ast ubi impia temeritas in sacerdo-

tēm refertur ausa, iam cœlestis incanduit ira, iam, quasi excuso ſomno, duriflum flagellis excitatus hostes cœcidit, & ſempiterno opprobrio mulctauit. Prodeſt Euthym. *Longanimitatem illam ac patientiam excusſiſe viſus eſt, ob quam tanta hostes eovſquè perfidere potuerant.* Expende verbum illud *Eovſquè*, aſci dicat: *Eovſquè insaniuit audacia, vt Domini ſacerdotes ſperneret, & occideret: etgo Dominus, qui videbatur dormire, ſomnum excuſit, & aduersarios vastauit.* *Longanimitatem illam, ac patientiam excusſiſe viſus eſt.* Vbi gladius ſacerdotali ſanguine immaduit, etiam indignatio cœleſtis efferbuit, & irreuerentes attriuit. Saūlis filij potestate fisi, in ſacerdotes ſunt auii, ſed crucem ſubierunt, & infamem ſibi ſtragem ſolicitarunt.

## T E X T V S.

V E R S. 10. Tollens autem Respha filia Aia cilicum, ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio messis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo, & non dimiſit aues laceraſe eos per diem, nec bestias per noctem.

## §. X VI.

*Defunctis iuſtorum proſunt ſuffragia ad paenam minuendam, & ad penitentiam impetrandum.*

Puritatē ſuoi (aiebat Caffiod. 12. Var. 11.) illa ſola cuſtodiunt, que nulla ſordium admixtione fuſcantur. Quæ nulla admixtione ſordium fuſcantur, ſui puritatē cuſtodiunt, ſed rara ſunt, quæ illæſam puritatē cuſtodian, nec aliqua admixtione ſordescant. Aurum iſum ſolatibus radijs pro duetum aliquid contrahit, quod putiſſimis caliculis derelinquit, examinatur flammis, vt depositis ſordibus plus eluceat. Nec aliter iuſtis contingit, ardentibus in purgatorij fornace flammis examinantur, donec ad omnimodam puritatē perueniſſe cenſentur; has tamen flammas iuſtorum ſuffragia temperant, & peccatum tempus anguſtant. Catholica hæc veritas Historiæ Sacrae nobis coloribus adumbratur, dum ſeptem Saūlis posteris cruci affixis profuſiſe Resphæ pœnitentiā referunt: cilicum ſtrauit, vigilans ferarum voraces dentes, auium exacutos vngues, ne cadauerā diſcerperent, impediuit. Tollens Resphæ cilicum, ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio messis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo. Gemitibus impetravit pluuiam, vigilijs bestiarum arcuit truculentiam. Bacharius apud Glos. hoc ænigmate exprim̄, ait, quod iuſtorum animabus contigit: affliguntur, cruciantur, vt omni ſorde expurgentur; earum verò cruciamenta temperant fidelium ſuffragia. Bacharium audi: *Eovſquè accincta facco, hoc eſt ci-licio cuſtodiuit, donec eiſ roraret aqua de cœlo, id eſt do- nec pro via eorum misericordia cœleſtis ſilla deflu- ret.* Conſonat Angelomus ibi: *Pia ſollicitudo San-ctorum talibus ſuccurrens rigore ieuij, atque iuſtan- tie precum incumbit, donec misericordiam Dei impe- tret ſuper eos de cœlo.* Vbi de cœlo rorauit pluuiam, hoc eſt reatus venia, ceſſauit probroſa ſtipitis ignominia; cilicum ieuij rigore consociatum, auium rapacitatem frœnauit, edomuit ferarum truculentam ſæuitiam, Deum ad commiſerationem traxit; vnde & poena breuiata, & cœleſtis indi- gnatio eſt ſopita. Reges ad Martialis bella pro-

fecti, ſine hoste oppugnabantur, quia ſiti virginis ſumma adurebantur. Aridus desertorum horror ſpes ſubſidij præcidebat, & Moyses virga rupes in liquorem conuertens aberat: ſed vexatio men- tem reluminauit, & Elia Prophetam adire im- pulit: Elia non ſolū promittit aquam, ſed pro auctario prænuntiauit etiam victoriā: *Factum eſt igitur manē quando ſacrificium offerri ſolet & ecce aqua veniebant per viam Edom, & repleta eſt terra aquis.* 4. Reg. 3. v. 20. Dum tempus notatur, la- 4. Reg. 3. v. 20. tere arcanum innuit: ecce ſitis non vrget flam- ma, quia offertur ſacris altaribus hostia. Canit Psaltes, & ſicca diſcedit duriſies, vt notum omnibus fuerit, quām proſit ardoribus labortantibus orationis melodia, & oblata altari viſtima. Audi Caſetanum: *Hebraicē habetur: Quando ascendit mu- nius, hoc eſt hora, qua ſacrificium matutinum offertur Deo: vt intelligamus non ſolū horam ſcribi, ſed etiam virtutem ſacrificij matutini, quod offerebatur in templo cooperatam eſſe ad hoc miraculum.* Ardore exæſtu- rent virginiflmo viſcera, ni ſacrificium aquam impetrasset, & ardorem reſtrinxiffet; aſt dum offer- tur ſacrificium, inopia ceſſat, & miles triumphat;

## §. XVII.

*Eximia charitas eſt ob aliorum commodum vi- gilijs inſiſtere, & fœoris moleſtiam ferre.*

VIT ſenſus ſuauiſſimis odoribus delectatur, vt placido ſomno fouetur, ſic exasperatur fœ- tore, & iugi labefit ſolitudine. Hic miranda eſt eorum religiosorum charitas, qui, vt ægrotis fœtores tetros exhalantibus ſubueniant, & ſoſpi- tati reſtituant, nocturnis in excubijs periſſunt, & fœtoris grauitatem fragrantia charitatis emoli- liunt. In eorum xenodochijs attendit ſolū natura, non personatum differentia: omnes am- plectitur charitas, omnibus ſubuenit ſolicta ſem- per benignitas; vt repetere poſſit Caffiodor. 17. Var. 9. *Beneficiuſ tale non habuerunt in patria ſua, ſed hic omnes ſub hac conditione parentes ſunt.* Præ- miſerat: *Donum ſine accipientis nomine, præter per- ſonam largitas, quia prium collatum eſt genti, vt poſtea perentium vocabulum potuiffet, affigi.* Hi paren- tes publici ſolū attendunt ægrum, nomen non edificant; nam charitati nota eſt miferia, nec ex- minatur persona. Resphæ etiā naturæ affectione obſtricta, fuit Dauidi miranda, quia ne filiorum corpora, aut auū paterentur roſtra, aut nocturnas ferarum ſuſtinerent iſidiās, diū, noctūque vigila- bat, & propriæ deficiebat neceſſitati, vt occurre- ret aliorum diſcrimiſi. Tollens Resphæ filia Aia ci- licium, ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio messis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo: & non dimiſit aues lacere eos per diem, nec bestias per noctem. Cum eputridis cadaueribus teterrimus niſor diſcruia- ret ſenſus, tolerabat; cum ſol adureret, ſuſtinebat: deſtinebat palpebras ne corpora per effuſas no- ctium tenebras bestiarum paterentur iſidiās: diū requiem ignorabat, vt aues abigeret impotuntas. Et bene ſupra petram ſtrauiffe cilicum dicitur, quæ laudabiliter diuinitet petræ imitatur. La- borrem ( inquit Abul. quæſt. 30. ) Resphæ non exhor- ruit: item erat aliud labor, adhuc intollerabilior, ſcilicet fœtor exhalatus de cadaueribus: nam cum eſſet tempus calidum, neceſſe erat, horrendum fœ- torem exhalare, quem vix quisquam hominum tol- erare poſuiffet. Opus erat cadaueribus appro- xiſimare, ne vnguibus aues poſſent carnes diri- pere

pere : ergo exhalatus fœtor sensum detorquet, sed patienter charitas tolerabat. Opus erat, noctes insomnes ducere, ne fame stimulata bestiæ irrumperent, & cadauera lacerarent, sed excubias sollicitas charitas insomnis tolerabat, & difficultates arduas vincebat. *De cadaueribus eorum (aiebat Isaïas) ascendet fœtor : tabescunt montes à sanguine eorum.* Isaï. 34. v. 3. Montes duritia armati, virore vestiti dicuntur infirmari, tabescereque ; nam grauis fœtor depascit salutem, eneruat vigorem, & ipsam, si fas est dicere, montium videtur debilitare duritiem. Audi Glossam Moral. *Tabescunt montes, qui religiosi, qui per montes signantur, dolent.* Videas, religiosos vegeta anteà salute frumentos, dum ulcerosis, fœtentibusque infirmis diù, noctūque assistunt, pallorem contrahere, macie languere, ac tandem destitutos viribus infirmam, dum veluti manufacta, vigilia, & fœtor in roburirruunt, euertunt. Hinc, ut dicebam, magna sunt veneratione digni Beati Ioannis de Dios legitimi filij, qui diù, noctūque ulcerosis, viuisque cadaueribus assistunt propriæ salutis dispendio, & quodam charitatis miraculo.

## §. XVIII.

*Magnatibus inflicta pœna, est ad mores componeendos schola.*

**O**mnes quidem iustitiam colere, & obseruare præcipimus (aiebat Cassiod. 3. Var. 7.) sed eos maxime, qui diuinis honoribus eriuntur, ut superna gratia fiant proximi, dum à terrena fuerint cupiditate longinqui. Vbiue decet iustitiam obseruari, & culparum excessus æqua seueritate distingui; Magnates verò eti frequentier sordecent admissa culpa, raro, aut numquam inflicta multantur pœna: Vnde contingit, ut qui delinquentium Magnatum adspiciunt impunitatem, quæ eos non corrigit, contempserint etiam legem, arbitrii æquitate non fulciri, quæ tales mores dignoscitur tolerare. Proceres dum morum ignorauere mensuram, errantibus sunt exempla, & impunes omnibus probantur scandala. Econtra si Magnatum culpa dignis fuerit pœnis constricta, est aspicientibus pro schola. In monte à publica via parùm distanti voluit Deus Saülis posteros crucifigi, & diù in stipibus permanere: *Cruciferunt eos coram Domino in monte.* Ibi permanisse, quoisque coelestis ira placata, & telluri reddita pluia, compertum est: *Tollens Respha filia Aia cilicum, substravit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo.* Sed cum Deut. 21. lex prohibeat cruce suspensum diù permanere, imò eadem die iubeat sepeliri: *Non permanebit cadauer eius in ligno, sed eadem die sepelietur:* quærunt Interpretes: Cur hæc cadauera tantiū manserint inseulta, & viantium oculis manifesta? Rabbi Ionatham apud Abul. q. 31. existimat consultò diù stipibus affixa remansisse cadauera oculis transuentium exposita, vt filios Regis ob culpam affixos patibulis spectantes, noscerent veram esse religionem, quæ iniuriam pauperibus illatam præcipiebat adeò rigidè vindicare, nec procerem patiebatur impunitum remanere: *Suspensi erant, qui occiderant alienigenas;* tunc videntes alienigenas iustitiam Israëlitarum, convertebantur ad Indaïsum, & laudabant populum istum. Expendebant alienigenæ non posse veram non esse religionem, quæ æqua adeò iustitia tue-

batur miseros, & puniebat Altos: Ergo cadauer cruci affixum vocali silentio religionem commendabat, & alienigenas reducebat, eratque pro veritatis schola Proceribus inflicta pœna. Vbi Isaïas dignum Regi Assyriorum prædictit supplicium, iam musca Ægypti inhabitatrix continxit fallax idolum, & tutum inuolat ad veræ religiosis profugium: *Et erit in die illa sibilabit Dominus musca, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & apī, quæ est in terra Assur, & venient &c.* Isaï. 7. v. 18. Et qualis fuit iste sibilus? Iam Textus refert: *In die illa radet Dominus in nonacula conducta in his, qui trans flumen sunt in Rege Assyriorum caput, & pillos pedum, & barbam uniuersam.* Et cur qua die Assyrio infertur supplicium, atripit musca volatum? si anteà ad solidam veræ religiosis petram non curabat confugere, imò examiniebat locis fœtulentis habitare, cur modò antiquam sedēm relinquat, nouāmque celeriter adeat? Quia vidit, inquit Interlinearis, Proceres dignas pœnas soluere, nec inultos remanere: ergo pro valido erat sibilo æqua Dei seueritas, inuolatāque equalitas, vt cæteri oculos aperirent, & sibi diligentissimè præcauerent. *In huiusmodi locis (inquit Interl.) musca, apésque congregantur.* Iam musca in apim transit, & mella construit: quia inflicta Magnatum excessibus pœna erat cæteris pro doctrina; nec musca præsumebat sibi ignoscendum, quod in Proceribus non ignorabat seueritate punitum; nec vera non credi potuit ea religio, in qua iustitia imperabat, & æquitas efflorebant.

## §. XIX.

*Gravior est morte calamitas, auium postea rostris dilacerari, ferarum truculentia discripi.*

**C**VM de secuta post mortem calamitate verba instituimus, & auium exponi rostris, ferarum dentibus, grauiorem ipsa morte ærumnam assertimus, non loquimur de bestiis quæ patent oculis, aut de auibus, sed de dæmonibus. Parum interest, siue cadauer trahatur vno, siue elaboratum nimia operositate fœtidis scateat vermbus mausoleo. Quæ sequuntur animam pœnæ, si infecient culpæ, mente oportet expendere, & consideratione inuisa oculis meditari. Audi Sen. epist. 82. *Descriptus est carcer infernus, & perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens Ianitor Orci:*

*Offa super recubans antro semesa cruento.  
Aeternum latrans exangues territat umbras.*

Fabulosæ Poëtarum fictiones aliquomodo veritati famulantur; nam licet, quæ finxere, non accidunt, verè accidunt quæ ipsis figuramentis adumbrant. Non ignorabat Prophetæ, dæmones bestias non esse, non ignorabat non posse animas vnguibus lacerari, nihilominus, vt nobis exprimeret sœuam dæmonum truculentiam, & æternam carcere inclusarum angustiam, aiebat: *Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.* Psal. Psal. 73. 73. v. 19. Bestias dæmones appellavit; nam anima corpore exuta à corporeis bestijs nequit dilacerari, aut discripi: *Ob summam seuitiam* (aiebat hic Euthy.) *feras appellat.* Itaque post mortem restat aut stabilis prosperitas, aut immutanda nunquam calamitas: vnde qui paren-

tum meruerunt elogium, plus attenderunt, ne filij post mortem bestiarum paterentur incursum, quām solicitarunt viuentibus plausus. Siccis sēpē oculis eripi sibi charissima pignora spectarunt, sed virtutibus expolientes, ne quid post mortem paterentur, studiosa solicitudine prouiderunt. Vedit Respha ē latere suo filios diuelli, & Gabaonitis affigendos crucibus tradi, & virili assumpta constantia, nec clamore aures diuerberasse refertur, nec crines deturpassē proditur, cūm post crucem tota fuerit in volucribus abigendis, bestijsque propulsandis: *Non dimisit aues lacerare eos per diem, nec bestias per noctem.* Discamus Scripturam, dum tacet, audire, & dum loquitur, erudire. Ecce Respha non refertur cu-rasse mortem impedire, & refertur post mortem materna pietate bestiarum, auiūmque morsibus obuiare: totum eius studium fuit, ne bestia post mortem discerperet, ne auis rostro, aut vnguis dilaniaret. Notauit Abul. q. 30. *Affiduē manebat Respha apud paribulum die & nocte: per diem quidem, ut abigeret aues venientes super cadavera: per noctem verò, ut conservaret ea a bestijs.* Parentes edocuit soliciūs curare, ne post mortem filios adurat flamma, quām prospera vti viuentes fortuna. Ecce plus Respha solicitat, ne quid amarum paterentur demortui, quām ne calamitatem euaderent viui. O si matres cogitarent, si patres ex-penderent, angustis finiri spatijs viuentium infor-tunia, post mortem verò nullo claudenda limite infausta! Profectò vero, genetosóque amore soliciūs studerent, æternā filijs infelicitatem im-pedire, quām opulentam, inuidiosāmque fortunam viuentibus adaugere. Abraham Lazarum vermbus scatentem, languidum, viceribus plenum imper-turbatus aspexit interire, post mortem verò, ne quid patiatur infaustum, studiosa visus est solici-tudine prouidere. Clamabat Diues, vt ad sopien-dam lingua flammam, Lazarum mitteret: *Mitte Lazarum ut intingat extrellum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam.* Luc. 16. v. 24. Abrahamus verò ad clamores obsurduit, & Diuitis clamores despexit. Nunc autem hic consolatur: Diuitem exambijse ad suos cruciatus Lazarum tra-here, testatur Chysol. serm. 122. *Mitte Laza-rum. Quò? Ad infernum de gremio, de folio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentorum stridorem de sancta requie.* Ardens Diuitis liuor post mortem Lazarum vult consortein, sed Abrahamus plū se patrem ostendit, dum post mortem omnem à Lazaro calamitatem abegit, quām si viuenti for-tunam Diuitis procuraslet. Paternalis affectus plū lucet in æterna calamitate filijs vitanda, quām in ampla substantia superstribus acqui-renda.

Luc. 16.  
v. 24.

### TEXTVS.

VERS. 11. Et nuntiata sunt Dauid, quæ fe-  
cerat Respha filia Aia concubina Saül.

### §. XX.

*Nec probitas, nec iniqitas potest latere, sed ipsi  
in recessibus constat prodi.*

**N**on inficiabor aliqua esse, quæ recta ob-scuro silentio lateant, quæ venaticos etiam cuius statis oculos fugiant; nullus tamen infi-

ciari potest, quidquid grande, & insolitum suap-te natura prodi, nullaque arte posse notitiam ef-fugere. *Magnorum fluminum capita* ( aiebat Senec. epist. 41.) *veneramur: subita, & ex abdito vasti am-nis eruptio aras habet.* Amnis vndarum inops no-men non habet; ast si adueniant magna incre-menta, famam acquirit, quia ipsā vndarum co-piā erumpit, & profilit. Quidquid magnum, & insolitum latere nequit, quia se sua magnitudine prodit. Respha in montibus, vbi crucifixorum pendebant cadauera, diū perseuerauit indefessa solicitudine, vt abigeret auium audaciam, vt ar-ceret ferarum etiam sauitiam: omnia tamen hæc, et si ab oculis remota, regia in aula probantur relata: *Nuntiata sunt Dauid, quæ fecerat Respha.* Constanſ perseuerantia, pertinacia laudabilis, vi-gilantia semper insomnis non potuerunt latere, nec in sui admirationem non trahere. Audi Abul. q. 30. *Huius mulieris virtutem Dauid admiratus est, nam cū enarrasset ei servi sui, quid egisset Respha, ipse admiratus fecit, quod corpora tollerentur de paribulo.* Eximia mulieris virtus obtinuit pa-tibulatis sepulchrum, & reliquit saeculis futuris exemplum. Quod montibus agebatur, in curia denuntiabatur, quia suo charitas lumine depel-lebat ignorantiam, & claram ingerebat notitiam: vt econtrà etiam prautas nequit diū caute-lā tegi, quia scip̄am prodit. Leunculus in leonem processu temporis; & leo iam adultus cœpit ho-mines dispergēre, & vngues sanguine defœdere: putabat abstrusis perpetrata syluis notitiam ef-fugete, sed velox fama ad gentes properauit de-ferre. *Leo factus est, & didicit capere prædam, ho-minemque comedere.* Ezechiel. 19. v. 3. Prophetam Ezechiel, sub leonis ahigmate de Rege Israël loqui, est in-<sup>19. v. 3.</sup> dubium, sed cum leo syluis degat ab hominum adspectu semotus, non videbatur eius sauitia vul-ganda, nec tapinarum notitia ad gentes exterias peruentura; nihilominus tamen, teste Prophetæ: *Et audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus suis cœperunt eum.* Plures tunc syluat̄ incoluerunt bestiolæ, quas recessus occuluit, nec notitia de-prehendit, sed cū leo magnitudine, dignitatē que longè excedat, latitare antris non potuit, quin omnes eius sauiam noscerent, & horrent. *Crudelis* ( inquit Hieronym. apud Gloss. ) *in breui extitit, ut tropologicè cœpisse prædas, & homines de-norasse, memoretur.* Dum crudelitatis metas trans-gressus est, dum iniquissimus prædas egit, dum homines deuorauit, nec viuere potuit, nec latere; nam quidquid magnis augmentis grandescit, igno-rari non sustinet. *Quæ Respha montium recessibus egit, manere non potuerunt ignota, sed om-nibus constiterunt vulgata.*

### TEXTVS.

VERS. 12. 13. & 14. Et abiit Dauid, & tu-lit ossa Saül, & ossa Ionathæ filii eius & viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthiim, cūm interfuerint Saül in Gelboë, & asportauit inde ossa Saül, & ossa Ionathæ filii eius, & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelie-runt ea cum ossibus Satil, & Ionathæ fi-lii eius in terra Beniamin in latere, in sepulchro Cis patris eius: feceruntque omnia,

omnia, quæ præceperat Rex, & repro-  
pitiatus est Deus terræ post hæc.

## §. XXI.

*Pium est, quos honorabili sepulchro aduersa  
fortuna visa est interdicere, honorabili fu-  
neri tumulare.*

**A**Et quum est, si pietas consulat infelici sorte sauciatis; nam licet acerbus casus nequeat deliniri, honor tamen honestis videtur funeribus aliquomodo reparari. Per bellè Theoderic. 2. Var. 22. *Æquum est, ut commendet se regalis pietas fati vulnere sauciatis, quia erigi plus merentur, quos sortis sue aduersa presserunt.* Priamus magno prelio Hætorem sæpeliendum curauit, vitamque, ut sepeliret, periculo exposuit: aduersa fors honorabili non patitur aliquando sepulchro infelicem condit, sed plus lucet pietas, ubi contradicit aduersitas. Saül cum filiis in Iabes nemore iacebat sepultus; filiorum eius non exiguis numerus stipitibus pendebat suspensus. Sed David honorabili funere disponit sepelire, quos acerba sorte contigerat dehonestari. *Asportauit inde ossa Saüli, & ossa Ionathæ filii eius, & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saüli, & Ionathæ filii eius in terra Beniamini in latere, in sepulchro Cis patris eius.* Erexisse Saülis filios videtur fortuna, ut grauiori solùm ruina premeret, & vinidiū dolorem exacerbaret: ergo David honestis sumptibus, sumptuosis funeribus aliquomodo restituit honorem, & dū laudabili pietate celebrat, funera à Republica depulit famis tormenta. Audi Abul. q. 32. *In hoc impendit eis magnum honorem, quia ipse iuit de Ierusalem in Iabes Galaad pro illis, & cum eo magna pars populi Israël, & honorabiliter duxerunt ossa illa, sicut decebat ossa regia duci, & stetit David in officio funeris istorum.* In ossium translatione sumptuosa funeralis pompa, regia Davidis præsentia ignominiae tenebras depulerunt, & honorem instaurauint. Sanson validis viribus celebratus, & reportatis de hostibus triumphis redimitus aduersam tulit fortunam: molæ deputatur, catenis vincitur, effossis oculis deturpatur; sed post mortem celebre funus aduersitatum tenebras depulit, & honoris resplendorem restituit: *Descendentes fratres eius, & uniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & spelierunt inter Sarao, & Eshbaol in sepulchro patris sui Manue.* Iudic. 16. v. 31. Tota cognatio ad patriam ducis sui ossa honorabili funere transtulerunt; & se reos incusarent, si cineribus iusta non soluerent. Reuerenter cadauer, quo acerbo iacuerat casu, tumulatur, elaborato sepulchro conditur; ut quem aduersa fors honorem videbatur innubilasse, reuerendum funus constaret, restituisse. Huc voco Ambros. Epist. 70. *Eius sepultura præstantior, quam potentia fuit: non telis, sed cadaveribus hostium pressus, humatus est, proprio teles triumpho.* Concurrit copia, nobilium præsentia, dum funus celebrat, honorem Sansonis instaurat: vitam abstulit ædificij ruina, sed honori consuluit funeris pompa. *Eius sepultura præstantior, quam potentia fuit: quia potentia non vitavit ruinam, & sepultura æternauit famam: ut etiam, quos dehonestarat crucis infamia, Regis funeri adstantis nobilitauit præsentia.*

## §. XXII.

*Quos innoxios crux dura afflxit, cœlesti prouidentia sepulchrum affabre factum futuris sacerulis commendauit.*

**S**æpè iusti, eti virtutibus elucescant, ær umnum tenebris obscurantur, & veluti laborum tempestatis demerguntur; eorum tamen Deus memoriam non patitur disperire, sed disponit mirabili prouidentia elaborato sepulchro conditos futuris sacerulis commendari. Lazarus, dum superstes extremam miseriam tulit, eius carnes putrefiebant, & vlcera foetidis vermis exundabant, post mortem vero Abrahæ sinu reconditur, & futuris sacerulis commendatur. *Factum est, ut moreretur Mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Luc. 16. v. 22. Abrahæ sinus pro sepulchro Laxaro est: & quem veluti cadaverosum arrose- v. 22. rant vermes, defunctum deportauere manibus Angelii. *Pheretrum pauperis* (aiebat Chrysost. 121.) procedit Angelorum pfallentium multitudine. Profecto pauperis honorandum sepulchrum totam Diuitis pompam trascendit, eximijs floruisse virtutibus prodit. Gabaonitarum ob parentis culpam innoxios Saülis posteros indignatio stipitibus duris affixit: tulerunt fortiter mortem, subierunt cruentem. Verum Deus passus non est, eorum memoriā tumulari, sed affarè facto, regiōque sepulchro dispositi ossa recondi: *Colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, spelierunt ea cum ossibus Saüli.* Ossa condita sunt celebri pompa, & regia funus honorante præsentia. Abul. q. 34. existimat, Davidem sumptuosum ossibus elaborasse sepulchrum, ut quos dehonestarat patibulum, commendaret sacerulis mausoleum: *Credendum est, quod David nunc extruxerit aliquid edificium pulchrum apud sepulchra Saüli, & filiorum suorum propter statum regium.* Quos Gabaonitæ exceribili ligno suspenderant, regium sepulchrum futuris sacerulis commendabat, & eorum aboleri memoriam non permittebat. Sæpè namque eorum, qui innoxij tulere supplicia, deuota populorum reuerentia frequentantur sepulchra, & sepulchris insculpta virtutes euulgauere epitaphia. Qui obierant, Prophetis elaborata construebat Scribarum, & Pharisaorum hypocrisis monumenta: & licet de eleganti structura euaniad captarent gloriam, cœlestis prouidentia ad Prophetarum ordinabat reuerentiam. *Edificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum.* Mat. 23. v. 29. Hypocrisis sanctitatem mentita, occisis ob virtutem Prophetis erigebat mausolea: sed vnde Pharisaorum ambitio futilem quærebat plausum, inde occisis emanabat elogium: nam sepulchrum testabatur omnibus venerandum ibi cadauer requiescere, & non meritam mortem constantia iniuncta tulisse. Opportune Chrysost. in Cat. Non ergo eos incusat, quoniam sepulchra edificant, sed intentioni eorum detrahit. Intentio exambiebat sibi gloriam, Deus tamen Prophetarum, sic æternabat memoriam, & reuerentiam. Sæpè namque, quos innoxios impia carnificis manus detruncauit, & insepultos abiecit, commendauere miracula, & eorum reliquias honeste contexerunt elaborata sepulchra.

Mat. 23.  
v. 29.

## §. XXIII.

## §. XXIII.

*Pietas erga defunctos impensa Deum nobis conciliat, & temporalia bona incrementat.*

**L**VCROSA pietas est, defunctis iusta persoluere, & liam vita functos sepulchro honorabili commendare. Semper se reum indicat (iebat Cassiod. 2. Var. 22.) qui cineribus iusta non praestat. Et econtrat: Qui iusta defunctis praestitit, pietatem comendauit, praecipuam hominis partem permanere extato corpore ostendit, & sibi benevolentiam Numinis concilianit. Longo tempore claustra hubibus iniecta pluuiam arcebant, generalis calamitas diuexabat, tellus rore viduata non profnebat fructus, & hominum nimia siccitas producebat cruciatus. Facta est fames in diebus David tribus annis iugiter. Suprà v. 1. Tandem Deus ad misericordiam matutinavit, & pluuiam tellari reddidit: *Repropiatus est Deus terra post haec.* Cùm illud verbum Post haec præcessisse aliqua, quæ Deum ad commiserationem allexerint, inquit, inquirunt Interpretes, quibus Deus propitiatus fuerit? Sed inquisitionis laborem abstulit sacra Scriptura, dum retulit Dauidem Saülis, filiorumque eius ossa collegisse, & honestis loculis tumulasse: *Abiit David, & tulit ossa Saüls, & ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galadæ, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistijm, cùm interfecissent Saül in Gelboë, & asportauit inde ossa Saüls & ossa Ionathæ, &c. & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saüls, & Ionathæ.* immediatè lübiciebat: *Repropiatus est Deus terra post haec:* id est cùm Rex piæ parentationi adfuisset, & populus defunctis iusta celebrasset, Deus indignationem sopiuit, & tellus fecundis irrigata imbris copiosum fructum persoluit. *Redditæ est* (iebat Hugo Card.) *Fertilitas terra, deficienti præ laetitudine.* Honestæ usura pietas impensas recuperauit, nam nubes, quos denegarant, imbres fuderunt, & hominum angustiae cessarunt. Iam filij Saülis fuerant Gabaonitis traditi, iam duris stipitibus fuerant suffixi, iam stillauerat aqua super affixos, & nihilominus siccitas penitus nota depulsa premebat, & telluris faciem indurabat; ast ubi defunctis iusta persoluta sunt, calamitas omnis discessit, & tellus uberes fructus produxit: *Misertus fuit Deus terra Israëlitarum* ( inquit Abul. q. 34.) postquam facta sunt haec, auferendo famem. Ut omnibus fuerit compertum, exhibitam defunctis pietatem diuinitarum copiam augere, & cœlestem indignationem sopire. *Quando orabas cum lacrymis* ( inquit Raphaël Tobiam solatus) & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obituli orationem tuam Domino. Tob. 12. v. 17. Quid pia erga defunctos sepeliendos solicitude acquisuerit Angelus non tacuit. *Et nunc* ( inquit) *misi me Dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filij tui à demonio liberarem.* Dæmon expellitur, visus recuperatur, census augetur, & dominus, in qua iacebat cadaver, honestè conditum, & gratum Angelo hospitium, & felicitatis fuit promptuarium. Prodest August. serm. 226. *Mortuum sepelisti, & mortis aculeum non timuisti.* Ipse sepultus pro vobis tacita voce proclamauit. Piè conditus tacito clamore exigit delegari Angelum, qui abigeret dæmonem, qui detergeret cæcitatem, qui refunderet oculis lucem: & ynde videbatur census funeris

impensis imminui, impensis probatus est adaugeri.

## §. XXIV.

*Iustis crux sèpè productior, sed post mortem & honor amplior.*

**P**LURES cæcūtiunt, & cœlestem prouidentiam audacibus linguis abdunt, quia oculorum aciem nullatenus ad futura protendunt. Vident innoxios aduersâ fortunâ vexari, doloribus vri, calamitatibus mergi, & dum fortunam compонere volunt cum causa, illis est despabilis prouidentia; op̄oret tamen fructus laborum expendere, & Deum iustos expolire aduersitatibus, cogitare. Diserte Senec. lib. 1. de Prouid. cap. 2. *Bonum virum (Deus) in delicijs non habet, experit, indurat, sibi illum preparat.* Virtutis non lenis exactor, sicut seueri parentes, iustos durius educat: vt etiam quos marceret, delicijs circumfundit sinit, in verntularum censu habet. Redeat Senec. cap. 6. *Puta itaque Deum dicere: Quid habetis, quod de me queri possitis vos, quibus recta placuerunt?* Alijs bona falsa circumdedicet, animos inanes, velut longo fallaque somnio lusi, auro illos, argento, & ebore ornauit, inius boni nihil est. Ut illati somnio delusus existimat se fortunatissimum, & felicem, & auolante posteà somnio, se miserum dolet, ita plures inanibus rerum speciebus falluntur, & se fortunatissimos arbitrantur: verum cùm, interueniente morte, inane somnium discesserit, illos premet macerat, & angor. Econtra: vt fortunati, felicésque tristissimo somnio solent premi, sed, atolante, latantur vera felicitate, & fortunatissima sorte vbi; ita iusti brevi calamitate affliguntur, sed vera posteà felicitate donantur. Pro temporalium laborum mensa merces redditur: & qui videbatur infelior, cæteris est fortunatior. Saülis posteri aliena culpa aguntur in cruce, & cùm inquis cruciatus fuerit brevior, innoxios torfit diuturnior. Lex, quæ inquis poenam decreuit, ne in patibulo remanserent, curauit: *Adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius Deut. 21. in ligno, sed in eadem die sepelietur.* Deut. 21. v. 22. v. 22. Ecce eadem die quiescit sepultus, quem patibulo adiudicauit reatus; cùm Saülis posteris & crux fuerit diuturnior, & poena grauior: *Ab initio messis donec stillaret aqua super eos de cælo.* Longo tempore permanserunt in cruce, cum alij eadem die cruce fuctint depositi. Notauit Abul. q. 31. *Quareatur: Quomodo tanto tempore isti manserunt in patibulo,* quia Deut. 21. dicitur: *Quod quando aliquis suspenderetur, non maneret corpus suum in patibulo, sed eadem die sepeliretur;* isti autem manserunt in cruce magno tempore. Citius videbantur deponendi in crucem ob alterius crimen acti, & tamen longo tempore remanserunt cruce suspensi, & oculis prætereuntium expositi. Quod si inquitas discriminis causam, suspicor diu permanisse, vt post mortem ampliori fruerentur honore, dum Rex, & Israël populus funus celebrius disposuerunt, vt pro mensura crucis & mensura esset honoris. Audi quid Textus referat: *Colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saüls, & Ionathæ.* Eodem die rei à cruce deponebantur, sed nullo post mortem honore sepeliebantur, Saülis vero filijs crux fuit diuturnior, sed honor post mortem amplior. Audi Abul. q. 33. *Isti suspensi honorandi erant à populo magno honore inuulsi, cùm Deus in morte eorum placans fuisset populo, tollendo famem.*

famem. Horum crux cæteris fuit propitiatio: ergo post mortem magno à populo honore sepulti sunt. Pœnæ diuturnitas compensata est regia funeralis pompa, & populorum frequentia; nam Deus iustos prolixis laboribus expolit, sed expolitos, corporéque nudatos, honoribus amplis remunerat, & cruciatus diuturnitatem gloriae æternitate compensat. Innoxij crucibus affliguntur suffixi, & remanent diu suspensi, sed magno honore requieuerunt sepulti, & præsentia Regis nobilitati: *Ipsi suspensi honorandi erant à populo magno honore tumuli.* Ioseph mirandis virtutibus expolitus nudatur venditur, angusto carcere affligitur; diu torturam pœna, cum pincernam criminis reum non adeo prolixa diuexarit angustia. *Tres adhuc dies sunt post quos recordabitur Pharaon ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum.* Gen. 40. v. 13. Pincerna citò statui pristino restituitur, Ioseph prolixo tempore detinetur: *post duos annos vidit Pharaon somnium.* Gen. 41. v. 1. Qui non inuitatus, non precibus allectus miserorum interpretatus est somnia, Regis somnia declaravit, sed ascitus, & iussus: quid tandem somnia protenderent, non dubijs coniecturis prædictis, sed certa notitia expressit, & calamitati prouidit. Quid tunc? purpura, byssique indutus splendet, & ex celso throno fulget: *Dixitque rursus Pharaon ad Ioseph: Ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti.* v. 41. Citiùs pincerna criminis reus pœnalibus vinculis est solitus, sed ad thronum non est euectus: innocuum Ioseph crux torturam productior, diuturnior incarceratio, calamitas durior: sed hoc totum ed spectabat, ut thronus exciperet carcere, vt purpura remuneraret laborem. Notauit Basilius Seleuc. Orat. 8. *Sic ille per omnes virtutum gradus pedem promouens, ac velut inter ignes tentationibus colligues factus, & probissimus Athletes existens præmium virtutis regiam tulit dignitatem, carcerem thronus excipit.* Via erat carcer ad thronum, & producebatur pœna, vt produceretur & gloria. Pincernæ criminosi fuit crux breuior, Iosephi incontaminati prolixior; sed pincerna non infecundit thronum, Iosephus regalem thronum infecundit. Ut noueris, Deum iustos sæpe magnis sibi laboribus præparare, & post labores decantanda præmia exhibere.

## T E X T V S.

V E R S . 15. & 16. Factum est autem fussum prælium Philistinorum aduersum Israël, & descendit Dauid, & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philistijm. Deficiente autem Dauid, Iesibenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hastæ trecentas vincias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisu est percutere Dauid.

## §. XXV.

*Etsi ingruant dura bella, Deo propitio, reportatur victoria.*

BEllum, inuentum atrox, crudelè præsidium, decertatio ferina est, inuat tamen plurimum ad tuendam vitam, ad assequendam victoriam,

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

Numē habere propitium; nam ubi cœlestis oppugnat ira, languescunt penitus arma. *Scitis ( aiebat Xenoph. Lib. 3. ) victoriam in belonec multitudine, nec fortitudine parari, sed uti deorum auxilio freti fortibus animis hostes inuaserint.* Dei auxilium, est inexpugnabile propugnaculum: non possunt aduersariorum arma nocere, quos Deus victoriam iusserit reportare. Philistini Gigantibus sis, armatorum copia adornati Martiale descendunt in campum, & quamvis Dauid hostes saepè plus attruerit, & fugarit, modò urgentissimum incurrit periculum, & sublatu sit, ni diuina gratia eripuissest: *Deficiente Dauid, Iesibenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hastæ trecentas vincias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisu est percutere Dauid.* Quantò Dauidis virtus deficiebat, tantò Gigantis crescebat audacia: verū Abisai periclitanti suppetias tulit Dauidi, & intulit necem Giganti: *Præsidio ei fuit Abisai filius Sarie, & percussum Philistheum interfecit.* Validiora erant aduersarij arma, & nihilominus Abisai corruit occisus dextera. Si quæras: Quomodo gigantea corruerit citissimè moles, quomodo aduersariorum fusæ sint acies? Respondebit Textus, Deum sibi Israélitas propitiasse, & æquitatis mensuram custodisse: *Repropitiatus est Deus.* Qui auxilijs cœlestibus vtebantur, coronabantur, & quem Deus oppugnabat; et si validis armis tectus, deficiebat. *Miserius fuit Deus* ( inquit Abul. q. 34. ) *terra Israélitarum.* Cœlesti iuuamine tecti victoria sunt assicuti, & qui robore, armisque valebant aduerso Numine, Israélitarum triumphis militabant. Dauid labore defatigatus periret, ni cœlestis fauor adesset; verū cum Deum haberet sibi propitium, Gigantis euasit ferrum: Sisara falcatis curribus fretus, armatorum agminibus stipatus, muliebri manu corruit transfoissus. *Tulit Iaël uxor Haber clavum tabernaculi, assumens pariter & malteum, & ingressa absconditè, & cum silentio posuit supra tempus capit is eius clavum, percussaque malteo, defixit in cerebrum usque ad terram.* Iudic. 4. v. 21. Inquirendum venit: Cur non robusti militis interemptus fuerit manu, sed mulieris, qui paucum incutiebat armatis, & mundi claustra anhelabat disrumpere, ut regni posset limites ampliare? Verū Textus ipse quæstiōni respondet: *De cœlo dimicatum est contra eos.* Iudic. 5. v. 20. Ut notum fuerit, satis esse ad conterendos hostes mulieris debilitatem, si contra se iratum Numen habuerint. Sisara non occubuit fulmine iactus, militis strenuus armis transuerberatus, sed molli, & fœminea manu occisus. *De cœlo dimicatum est* ( inquit Lira ) scilicet fulgure, & grandine. Satis erat ad triumphum fœmina, dum contra aduersarios è cœlo torquebantur spicula.

## §. XXVI.

*Hostibus citò occurendum, & alacriter depra-liandum.*

A Stuta inimici hominis solertia esse nobis poterit pro doctrina. Vbi electum telluri granum commissum est, voluctum sapacitatem armavit, & dum ipso in surculo conatur perdere, facilius fuit votum assequi. *Quedam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea.* Mat. 13. v. 4. In ipsis exordijs virtutem festinauerunt extinguiere; ut discamus ab ipsa malitia, vi- tium ipsis in cunabulis iugulare. *Difficultatem ( aie- bat*

*Ecc bat*

bat Cassiod. s. Var. 15. *vobis querela submouemus, dum in ipsis cunabibus scelera commissa resecantur.* Hanc laudabilem politicem David imitatus est, nam, cum Philisthæi adornare inciperent bellum, sine mora occurrit, ut punitet ausum, ut impedit progreßum, ut opportunum Reipublicæ afferret subſidium. *Factum est autem prælium Philistinorum aduersum Israël, & descendit David, & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthijm.* Dum Philisthæus non permittitur terram peruadere, sed cogitur gradum ſistere, facilius vincitur, & atteritur: *Præſidio ei fuit Abifai filius Saruie, & percusſum Philistheum interfecit.* Gigas corruit, Philisthæus ruit, dum eis denegatur transitus, dum impeditur proceſſus. Ad rem Abul. q. 36. *Philistini incitauerunt bellum contra Israëlitas post præcedentia, & descendit David, & serui eius cum eo, scilicet descenderunt ad obuianum Philistinum ne ipſi intrarent, & vagarentur per terram Israël.* Non est Philisthæus permifſus promouere in Israëlitarum diſtione gradum, sed illi ſtatim illatum prælium: & quidem ni ipſo in certaminis exordio David vires ad repugnandum exerceret, Philisthæus de inerti triumpharet. Sæpè dæmones in Philisthæis adumbrati ſpurcarum cogitationum agminibus ſtipati, armis fallaciarum inſtruicti, animum noſtrum inuadunt, ſi mens cœleſti auxilio freta, & licita vigilancia ſtatim occurrat, progressum impedit, & audaciam hostium præcidet; aſt, ſi ignavia tempus aduersario concesſerit, & repugnare diſtulerit, audaciori insurget, & acriori impetu diſidem oppugnat. Ut ad Ierasenorū litora Christus appulit, hostis occurrit. *Exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis.* Marc. 5. v. 2. Profectò ſatius videbatur ſe monumento, veluti fortalito communire, & vocatis agminibus expectare: ergo ſtationem non deſerat, ſed ibi vires recolligat. O doctrinalem peruerſitatem! Non diſtulit in campum proſilire, ſi poſſit aduentantem detinere: veritus eſt inimicus ineuitabilem ſibi ruinam, ni ipſo in exordio occurrat; & ulterius progredi, de naui exeunte impedit: ergo occurrit ipſo in exordio ſibi præcauens, eti possit, aduersarij vires præcidere exambiens. *Parauerat ſe* (verba ſunt Gregorij Nis. in Cat.) *cetus demonum ad refiſtendum diuinæ potestati.* Ut reſiſteret diuinæ potestati, ſtatim occurrit, ſi aduersarij impedire poſſit exordia, aut ſaltim callidis artibus retardare veſtigia. Et quidem inimici ſagax vigilancia eſt hominibus pro doctrina; nam qui exabit non vinci, hosti ſtatim deſet obuare, ultr̄a procedere non permittens, ſed ipſo in exordio virili conſtantia euertens. En dæmoni, ut tantæ potestati reſiſtat, de naui exeunti Dominu obuiat, & licet non ſit aſſecutus votum, ſua nos vaſtricē edocuit, quām oportet ipſis in cunabulis infeſre aduersarijs bellum.

### §. XXVII.

*Sæpè quos cæteris aliores commendabat fortuna, celeris deieciit tragædia.*

**A** pud homines elegans corporis proceritas, originis claritas, excelsior dignitas, magni habentur, & eiusmodi dotibus adornati beatissimi prædicantur. Verū quos demirabatur inuidia, inopina corrueſt ſæpè tragædia. Plures ad fastigia reſplenduerunt elati, ſed, ut dolerent

ægrius, deieci. Graphicè Philo lib. de Ioseph: *Quidam fingunt ſibi prolixas felicitates, at hæ ſunt magnorum malorum initia. Itaque dum ad magnorum commodorum poſſeſſionem properant, graues miseras inueniunt. Ut nauis cæteris altior, & purpureis funibis ac velis mira pictura decoratis ſplendidior ſolet procelloſis tempeſtibus circumuolui, & momento fluctibus absorberi; ſic qui cæteris vi-debatur felicior, exiguo temporis ſpatio iacere ſolet miſerior.* De Pallante lib. 10. canebat Virgiliius, eadem die, qua ſibi promittebat victoriā, miſeram ſubijſte ruinam.

*O dolor, atque decus magnum rediture pārenti!*  
*Hac te prima dies bello dedit, hac eadem anfert.*

Idem videtur accidiſſe Iesbibenob: ad giganteam molem peruererat, vires inuictiſſimas ostentabat: arma pro modo corporis erant. Hic celebrandum ſibi promittebat ſæculis triumphum, Dauidem aggressus, ſed eadem die iacuit Abifaï dextera de-truncatus: *Iesbibenob, quid fuit de genere Arapha, cuius ferrum haſta trecentas uncias appendebat, & accinctus erat enſe nono, niſus eſt percutere David.* Deſiderium fruſtratum eſt, & tulit deſiderij ſuppli-ſium; nam Abifaï opportunus Dauidi ſubuenit, & intrepidus gigantem percuſſit. *Percuſſum Philiſthæum interfecit.* Qua die armorum nouitate, ſplen-dorique cæteris eminuit altior, eadem cæteris oc-cubuit miſerabilior. *Accinctus erat enſe nono, quaſi diceret* (inquit N. Sanct.) *primo die, quo bellum eſt aggressus, perijſſe, & dum Regi conatur vitam eripere, ut ex regia cæde honorem ſibi pararet immortalem, ſuam amifſſe.* Dum immortalem diſcupit gloriam, dum æternare ſibi promiſſit famam, dum præ cæteris corporis ostentat ingentiſſimam ſtaturam, violenter corruit, & miſerabilis iacuit: ut cenge-re poſſis celſitudinem illam non deſeruiffe fama, ſed incrementa adieciſſe ruinae. Iam obiicitur oculis temporis momento proſtratus, qui præ alijs longe eminebat excelsus. Draco magnus à popu-lis ſuperbit cultus, & deſtabili cultu vanus: *Ado-ranerunt draconem.* Apoc. 13. v. 4. Qui mole corpo- Apoc. 13. ris dracones tetros ſuperbat, qui fortuna, & po- v. 4. ſtate euincebat, teterimo carcere includitur, & catenis duriffimis illigatur. Vidi Angelum deſcen-dentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, & apprehendit draconem ſer-pentem antiquum, qui eſt diabolus & ſathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyſſum, & clauit, & ſignauit ſuper illum. Apoc. 20. Apoc. 20. v. 1. Ecce adorationem excepit carcere, thro-num abyſſus: iam miſerum eſt ſpectaculum, qui inuidientiæ fuerat tormentum, clauſus inge-miſcit, obvolutus tenebris, delitescit, & premi-tur dura catena; qui nuper euana fulferat glo-ria, occasio fuit amarioris luctus, quæ celebrio-ris extiterat cauſa plauſus. Huc voco, quod aie-bat datus iam Philo: *Macadones aliquandiu tam potentis fuernit, ut iura toti orbi redderent: nunc imperatas à Dominis pecunias tributi nomine quo-tanis: quaſtoribus numerant.* Draco iura dabat ve-neratione à plurimis cultus, & iam in abyſſum truditur religatus, & ipſa fortunæ memoria, du-tius percuſſus.

### §. XXVIII.

## §. XXVIII.

*Etiam triumphis plurimis nobilitatum advergetur, si languescat virtus, periculum.*

**D**E quo iam præconia multa sonuerunt; indeget nouis actionum elogijs acquisita adaugere, ne contingat inertis ignauia, ignaria somnolentia nominis gloriam amittere. *Digne laudum, cum voluerit, non itates emittit* (aiebat Cassiod. 8. Var. 21.) qui se actionis probitate compleuit. Ut natura perennis fontis, est gloriae vena laudabilis, si fluendo non expenditur, nec ariditate siccatur; sic vitæ series deprædicatur gloria, si nulla pars meritis inueniatur fraudata; verum si tepr subrepatur ignauus, periculis splendor inuenietur obnoxius. Dauid, qui alacriter olim in arenam pro-siluit, & facile Gigantem deiecit, modò à Gigante deuictus, antiquam gloriam obscuraret, ni Abisaï opportunas suppetias ferret: *Præsidio ei fuit Abisaï filius Sarnia, & percussum Philisthaum interfecit.* Hinc oritur quæstio: Cūr Dauid egreditur modò præsidio, qui olim nobilitatus trophæo? Ni fallor, iam Textus difficultatis nodum exsoluit, dum ait, Dauidem defecisse, nec ut olim fundam, arma tractare: *Deficiente Dauid, Iesibenob, qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hasta trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense nouo & nisu est percutere Dauid.* Hostis immetata corporis mole procerus, & validis armis accinctus Dauidem adorsus est: cūmque opus esset hostem alacriter inuadere, & omni se solitudine gerere, labore defatigatus elanguit, & certaminis tædio defecit: ergo adeò graue incurrit periculum, vt antiquam gloriam innubilarit, ni Abisaï aduersarium de medio tulerit. *Iuxta Hebraum habetur* (inquit Caiet.) *& lassus est Dauid, fatigatus siquidem labore prælii describitur.* Molestas, continuaque decertatio adduxerat decertandi tædium, tædium eneruerat animum: etgo Dauid ingentissimum subiuit periculum; vt notum omnibus fuerit, opus esse triumphis nobilitato excubias indefessas agere, & maiori se solertia munire; contra victorijs clarum hostis immanior asurgit, & ardenter futur inuadit, quod si periculosa confidentia minus strenue tractarit arma, antiqua extinguetur gloria, & grauiora prement pericula. Vbi Dauidis virtus minus succincta defecit, hostis gigantea mole procerus, & prævalidis armis instructus premit, & ni Abisaï opportunas tulisset suppetias, Dauid obscurasset vicitus antiquas glorias. Decantatissimus Machabæus etsi Apollonium attruerit, etsi armis dispolarit, non ita reportato confidit triumpho, vt relaxarit ignarus animum, vt solertia remitteret neruum; imò quia triumpho nobilitatus, eodem triumpho vtebatur, vt pugnaret studiosè sollicitus. *Accipit spolia eorum, & gladium Apollonij abstulit Indassus,* & erat pugnans in eo omnibus diebus. 1. Mach. 3. v. 12. Non inerti indulxit somno, egregio potitus triumpho, imò quia potitus triumpho, diligentior erat armorum usus, vt qui bene nouerat, hostem multiformes obtendere insidias, si qua possit minus succinctum inuadere, & ferientem referire. *Gladium Apollonij abstulit* (inquit Lira) *in signum victoriae.* Ipsum victoriæ signum noui erat certaminis instrumentum, ne reportata obscuraretur victoria, si Iudas otia sedaretur ignaua.

## §. XXIX.

*Dum quis clarius fulget virtute, acriori impetu solet tentationum certamine.*

**H**umanus generis aduersarius pro nihilo dicit imbelles prosternere, bellorum imperitos triumphare, cum strenuis; decantatisque acrior illi pugna est, & dum extinguitur, viuidius furor acceditur. Hinc virtutum lumen obseruat, si qua parte illos incuriosè succinetos possit inuadere, & aliqua cupiditate ferire. *Acrior est* (aiebat Plin. de Aquila loquens lib. 10. Natur. Hist. c. 4.) *cum dracone pugna, murisque magis atceps, etiam si in aere. Oua hic conseruantur aquila audire maleficia.* Draconi cum aquila lis est; despiciat verluta superbia exigua animalcula, implicare aquilam adnititur, & eius oua perdere malefica audiret conatur. E cœlo proiectus draco in eum acrius deservit, qui cæteris altior fulget. Israël, Dauide duce, cum Philisthinis inuit prælium: *Descendit Dauid; & servi eius cum eo, & pugnabant contra Philisthium.* Hoc in certamine Iesibenob de genere giganteo contra Dauidem studiosius irruit, & de medio auferre contendit. *Nisu est percutere Dauid.* Si inquiras: Cūr gigas ingenti armorum labore instructus non alium impetat, sed Dauidis necem exambiatur? Respondebit N. Sanctus: acceptas clades regio sanguine compensare desiderasse, & tot triumphis orthatum detriumphare animitus exambiisse. Sanctum audi: *Regi conatur vitam eriperet, ut ex regia cede honorem sibi pareret immortalem.* Cæteros immetata superbia despiciens, Dauidis cædem viuidius anhelabat, quia David Philisthium vires attruerat, & victorias plurimas reportarat. Itaque contra David in arenam profiliuit hostis gigantea mole procerus, nouo ense accinctus, & pro modo corporis hasta obarmatus: vt noueris ex inuisibilibus hostibus validiores, adornare bellum contra virtutum summates, & trophæis acceptis insignes. Dracones priuatas domus repleuisse testatur Isaías: *Replebuntur domus eorum draconibus.* Isa. 13. v. 21. Contra Babylonios dracones armantur, non tam speciali pollere magnitudine referuntur. Transi ad Apoc. 12. v. 3. & videbis draconem magnum multiplicibus cornibus instructum profluentem in campum: *Ecce draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem.* Si inquiras: Cūr inter dracones ardenteri veneno plenus hic descenderit in arenam, cūm contra Babylonium pugnans draco communem nō supergressus fuerit mensuram? Ipse respondebit Textus, alibi prælium esse cum Babylone; alibi cum splendissimis sideribus coronata muliere. *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Aduersarius designatus est pro virtute, contra Babylonium nulla virtute insignitum quiuis draco satis erat, nec specialis requirebatur valentia, vbi resistentia nulla; ast contra mulierem solarij radij collucentem, & pede omnibus sublunaria calcantem opus erat serpente vafermo, & multiplicibus insidijs instructo. Alij dracones vel accedere trepidarent, & inire prælium refugerent: ergo draco rufus, & magnus obscuris è lateribus profiliuit, & offusis tenebris innubilate lucem splendidissimam pertentauit. Prodest Ansel. ad Apoc. 12. *Contra hanc mulierem visum est aliud signum in cœlo, draco magnus, id est* Eee 2 diab.

diabolus, qui dicitur draco secundum fortitudinem, magnus, quia magna potestatis. Itaque contra mulierem luminibus fulgurantem gigas draco designatus est, contra Babylonum e draconibus qui uis: ut notuerint, qui perfectioni studiosius incubunt, aciores se subituros pugnas, præcipue si de hoste plures reportauere viatorias.

## TEXTVS.

**V**ERS. 17. Præsidioque ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguis lucernam Israël.

## §. XXX.

*Gratia semel evasisse periculum non sit fomentum audacia sed documentum cautelæ.*

**V**rgens aliquando periculum evasisti, non iterum adeas sis, sed omnem periclitandi occasionem deuita cautus. Qui iterum se cœcis difficultatibus inserunt, oneri sunt cœlesti misericordiæ, & videntur renuntiassæ prudentiæ. Pietas Dei (aiebat Saluian. lib. de Guber.) peccatorum clamoribus vincitur, ut peccantes punire cogatur. Profecto Dei videtur beneficium parui estimare, qui semel liberatus, iterum discrimina non recusat adire. Econtra Dei beneficium honorat, qui repetere pereundi occasionem formidat: Egregie Tertul. de Pœnit. cap. 7. Bona certè solicitudine iterum experiri vitant, quod semel didicunt timere. Dauid depræliator egregius in arenam profilit, & cùm Philisthæis difficilem pugnam init: depræliandi labore defatigatus, & gigantis audaci furore impetus graue adeò periculum incurrit, vt, ni Abisai opportunas suppettias attulisset, hostili mucrone transuerteratus iaceret. *Præsidio ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum interfecit:* Effugato iam periculo, Israëlitæ sacramento se obstringunt, ne iterum Dauid adiret bellum, semel experti periculum: Tunc iurauerunt viri Dauid dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguis lucernam Israël. Prudens cautio noluit oneri esse diuinæ misericordiæ, nec Dauidem iterum certamen adire. Sed expendere iuuat: Cur, ne Israëlis lucernam extinguat, Dauidem admoneant, quando extincio non Dauidi adscribenda, sed aduersario adsignanda: Dicant: Ne extinguat hostis Israëlis lucernam; nam Dauid non intendebat extinguere, sed nouis luminibus adaugere. O vtilem nobis eruditionem! Si Dauid ingenti adeò periculo exemptus, iterum cum hoste congreduisset ausus, lucernam extingueret, quando extincio non tam adscribenda foret hostis violentiæ, quæ inconsideratae Dauidis audaciæ. Prodest Caict. Senex iam insinuatur Dauid, insolita laetudine attestante, & propterea cum persona sua periculo veniens ad pralium: & ideo rationabiliter coegerunt illum sui, ut non veniret amplius ad pralium. Repetere pralium, erat inculcare periculum; ergo ne iterum adiretur periculum, vetuerunt prodire in campum. Elias fanaticorum iugulator, altaris sacrilegi euisor, contra se mulieris iram armavit, in desertum, ut euaderet iram, fugit: ibi verò, cùm se iam evasisse præsumeret, somno indulxit; & dormientem Angelus excitauit. Ecce Angelus Domini

tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comedere. 3. Reg. 19. v. 5. Spelunca latitabat, commodis viduatus, 3. Reg. 19. sed anxia etiam sollicitudine exemptus. Quid tunc? v. 5 Deus otiori passus non est strenuum militem, iusfit tamen alia via incedere, nec, qua venerat, redire: Reuertere in viam tuam per desertum in Damascum. Interpretes querunt: Cur ei prohibeatur, qua incesserat, viam repetere, quando expeditius videbatur tritam iam viam iterare, quæ innotam prorsus adire? Ergo per idem desertum redeat, & inuicto animo muneri satisfaciat. O utilissimam nobis doctrinam! Furente Iezabele, incurrerat graue periculum, sed monente Angelo, euaserat detrimentum: ergo ne iterum appropinquariq; discrimini, vtilem edocetur cautelam, & satis distan-tem arripere præcipit ut viam. Per Damasci desertum incedens, extra Iezabelis ditionem erat, quia aliud ad dominum spectabat. Ergo non solum debuit periculum non inculcare, sed viam etiam effugere. Ut discimus, nos non inserete, sed solicita eaitela pericula declinate. Prodest N. Sanct. Nec voluit, per Israëlitarum terminos, ut id est per regiones Achab, & Iezabeli subiectas iter haberet, ne ille aliquid ab hostibus pateretur acerbius. Si per Iezabelis ditionem rediret, via erat brevior, & commodior, sed aliquas pati posset insidias; si per Damasci desertum incedet, longior erat & molestior, sed ab insidijs expeditior; subeat ergo defatigationis labore, & Angeli honorarit sollicitudinem; nam licet Angelus iterum quiuerit liberare, prudentia dictabat, se iterum periculis non inferre. Appositè Tertul. de Pœnit. Cap. 7. *Evasimus semel, habentus periculis nosmet inferamus, eti iterum evasuri videamus?* Illud habentus idem valet quod non ultra. Acli dicat Septimus: Ultræ nos periculis non inferamus; satis sit semel evasisse, & spes aduersiorum frustrasse.

## §. XXXI.

*Religiōsi viri est, in graue sciente etiam senectute communes labores non recusare, & prudenter superioris defatigato indulgere.*

**P**lures à communi labore senectutis priuilegium exemit, & cessationem consuluit. Verum exitia virtute expoliti satagunt priuilegia respire, & cæteris communem laborem amplecti: sed, ut laudabile est, animi alacritate corporis vires transcendere, & communem cæteris laborem subire, ita etiam est laude dignum, his prouidere, & otio honestissimo recreare: Continuatis laboribus (aiebat Theod. 5. Var. 36.) attritum corpus debilitatem tibi causaris attulisse membrorum: ut qui antè bellicis fueras apud insignibus, nunc vel ad otiosam vitam vix idoneus approberis, expertus, ut ad expeditiones felicissimas non cogaris, à quibus non voto, sed necessitate subduceris. Superior laboribus attrito prouideat, & licet laborandi desiderio inardescat, prouida auctoritate feriari iubeat. Redeat Caffiodor. Ideò allegationibus tuis diutiis perquisitis, & ad rerum fidem deductis, orium tibi non ignobile præsentii iuisione largimur, quia non est ignauia & culpa, quod excusat miseranda calamitas. Concessit Princeps, quod miles rationabiliter postulabat, sed quia necessitas exigebat. Plures tepidi, plures ignauia communes labores respuere satagunt, non tamen subducuntur rationabili causa, sed plectibili inertia: his non est annuendum, sed, ut labore excusserint ignauiam, curandum; alij ita spiritu feruescunt, ut refrante-

gante fracta laboribus senectute, & corporis debilitate se laboribus inserant, & otia respuant, sed, ut in eiusmodi laudabilis est animi alacritas, ita à superiore est procuranda commoditas, nec permittendi sunt laborare, quos non inertia, sed necessitas constat eximere. Philisthæi in campum contra Israëlitas acies armatorum producunt; Dauid, quantumuis senectute retardatus contra hostes refertur signa secutus: *Descendit Dauid, & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthæum:* sed continuus bellorum labor, & ætas prouectio vigorem debilitarant, & aliqualem membrorum torporem induxerant: *Deficiente autem Dauid, &c.* Quid tunc? Populi principes emittunt sacramentum, nec pariuntur exinceps prodire senem in campum: *Tunc iurauerunt viri Dauid dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum.* Hinc oritur quaestio: Si Dauid senectute prægrauatur, cui militaria cum cæteris sequitur signa, nec honesta sectatur otia? Etsi Dauid non querit otia, cui Principes tractare non permittunt certamina? O imitandam politicem! Dauid senectutem animo euincens, communem laborem subit, sed magistratus eius commodis prouidenter attendit. Opportunè Caiet. *Senex iam insinuatur Dauid, in solita laetitudine attestante;* & propterea cum persona sue periculo veniens ad prælium; & ideo rationabiliter coegerunt illum sui; vt non veniret amplius ad prælium. Dauid quantumvis senex se laboribus non subduxit, militia magistret, ne laboraret, attendit: O quam est gloriosum, viros religiosos etiam viribus destitutos; & lassa senectute ingrauitos non expetere ptitilegia, sed obire communia cæteris munia! O quam est laudabile, superiores iam senescit, & honestis attrito laboribus prouidere, & eius saluti consulere! Dauid cum cæteris in prælium senex descendit, sed populus honestum otium suavit. Cum Apostoli veritatis luce mundi caliginē propulsasset, & nullo excusato labore, bellum dæmonibus intulissent, bellorum successus Christo Domino renuntiavint solertes: *Conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiaverunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant;* Marc. 6. v. 30. Dominus, quos labore certaminis vidit defatigatos honesto recreauit otio, & quiete iussit deserto: *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* Si inquietas: Cur Apostoli sibi aliquam dari requiem non postularint; & cur Dominus ad noua certamina expeditos iubeat otiani? *Quiescite pusillum.* Respondeo, tam Apostolum, quam Dominum imitandam exhibuisse subditis, & superioribus formam. Apostolus nullum recusat etiam defatigatus labore, & superior egregiè laboranti prouidet requiem. Apostoli non solicitarunt otium, superior laboris excogitauit delinimentum, superior subiectorum curauit commoda, subiecti implere ritè curarunt iussa. Opportunè Theofil. in Cat. *Quiescere facit Christus suos discipulos, ut addiscant Propositi, quod qui laborant in opere, & sermone, requiem promerentur, & quod non debent continuè laborare.* Non allegauit Petrus senectute se lassum, & laboribus continua attitudo, vt fneretur otio; superior verò ætatem, & labore expendit, & commoda procurauit, vt nouerit subiectus labore ambire, non commodis indulgere, & superior nouerit emeritis subiectis indulgere, & laudabili otio senectutem honorare.

Marc. 6.  
v. 30.

## §. XXXII.

*Sapè quæ occumberet detributus, piorum detributus orationibus adiutorius.*

**I**ustorum orationes opportuna decertantibus probantur auxilia; & qui talium precibus adiuuatur, reportatus victoriam creditur. *Quis dubitat (iebat Senatus Praefectus 11. Var. 2.) prosperitatem nostram vestris meritis applicandam?* Quando honorem adipisci viximus, qui à Domino diligenter meremur, & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus. Honestæ permutatione Deus iustorum orationes recipit, & victoriam cum hoste congregantibus tribuit. Adnectit: *Ecclesiasticis siquidem ieunijs famæ exclusa popularis, decoris lacrymis tristitia fœda discessit, & per sanctos viros acceleratum est, ne traheretur diutius, quod grauabit, & ideo salutans officiitate, qua dignum est, precor, ut vivacius ore sit.* Nouerat, quanta orationibus vis inesset ad calamitates propulsandas, & insidias aduersariorum pellendas: Ergo, vt possit decoro triumpho fulgere, expetebat Sanctorum orationibus adiuuari. Dauidis sitiebat sanguinem immanis hostis Iesibenob gigantea mole procerus, & pro modo corporis armis instructus. *Nisi est ferocitatem Dauid.* Dauid viribus lassus deficiebat, & aduersarius instabat; hoc tamen rerum statu Abisai opportunas suppetias tulit, & ubi adfuit præsidium, de hoste reportauit trophaeum: *Præsidio ei fuit Abisai filius Saruix,* & percussum Philisthem interfecit. Abisai auxilium præstisse, & Dauid opportuna ope erexit de gigante triumphum reportasse, sentit Caietanus, cuius verba sunt: *Auxilium dumtaxat collatum narratur ab Abisai, percussio autem, & imperfectio actiones Dauidis sunt.* Itaque ex Caietani sententia Dauid gigantem interfecit, & triumphum tulit; & qui iacebat hasta gigantis occisus, Abisai auxilio resplenduit spolijs triumphalibus diuitatus. Iam circa auxiliuim præstitum varie opiniones sunt: nostræ thesi opportunior est aliquorum apud Abul. q. 38. qui existimant, orationibus iuuuisse, & periculum propulsasse: *Dicunt aliqui, quod adiunxit eum orando;* & sic tenet Rabbi Salomon. Orationis energia retudit hostile ferrum, abegit periculum, & Dauidi triumphalem attulit laurum. Utque omnibus pateat, quanta sit orationis efficacia, & qualis ad reportandos triumphos, deiotorum precium energia, in memoriam reducamus aliud cum gigante altero certamen Dauidis: Cum Goliath corporis mole, & armorum munimine fidens in Deum linguam gereret, & ad duellum Israëlitas contumeliosis verbis proticaret, Dauid zelo religioso inardescens, elegit vitam alacriter exponere, quam maledicam, & insolentem linguam audire. Saül pueri alacritatem demiratus, licentiam concessit, & fusis ad Deum precibus decertaturum adiuvuit: *Vade, & Dominus tecum sit.* 1. Reg. 17. v. 37. Inermis, sed precibus munitus fundam instruxit, & primo iactu catneat turrim ad terram deiecit: *Infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram.* v. 49. Chrysost. Hom. 3. de Dauide, & Saül, ait Saülis orationem gigantis robur enteruisse, & Dauidi inuictos animos iniecisse: eius verba sunt: *Alienigenam prostravit, eo quod priusquam mitteret lapidem, eum precatioris robore erat aggressus, & quid miraris, si vox insit & furorem mitigat, & hostes deiecit?* Saül

Eee 3 cœlestis

cœleste deprecabatur auxilium, cùm David Matrialem progrediebatur in campum. Et licet aduersarius armis, & viribus polleret, Dauidi militauit, quia quem allatis cœlestibus suppetijs oratio præmuniebat, mira dexteritate viguit, & vicit, & aluit: *Cum precationis robore erat aggressus: Et quod miraris, si vox iusti & furorem mitigat, & hostes deiicit.*

### §. XXXIII.

*Qui periclitanti opportunum confert auxilium, acquirit sibi trophæum.*

**G**loriosum est periclitanti manum potrigere, Geiusque discrimina actione landabili propulsare. *Dolorum nubila* ( aiebat Theoder. 2. Var. 22.) nostra semper serenitate detergimus. Pia serenitas dum oppressorum detergit nubila, sibi maturare noscitur commoda, & impensum a stuanti inter periculorum tempestates auxilium, impendenti decantandum parere solet trophæum. Dauid certaminum labore defatigatus, & terribili hoste impetus, grauiissimis periculis vrgebatur, & acquisitam tot triumphis gloriam infelici obscuraturus clade videbatur. Deficiente Dauid, Iesbibenob qui fuit de genere Arapha, cuius ferrum hasta trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense nono; nisus est percutere Dauid. Abisaï inter pericula astantem, & deficientem intuitus, opportunis suppetijs est auxiliatus: *Præsidio ei fuit Abisaï filius Saruia.* Impensum periclitanti subsidium peperit impendenti decantandum trophæum. *Percussum Philistheum interfecit.* Præstitum Dauidi periclitanti subsidium Abisaï immortalem attulit laurum, & dum Dauidis allata ope periculum depulit, sibi celebrandum triumphum acquisiuit. Ingétiſſimum attulit Abisaï lucrum, subsidium, pericula subeunti collatum. *Dauid* ( inquit Abul. q. 38. ) non poterat se defendere, sed *Abisaï*, qui erat filius Saruia & sororis Dauid, & erat frater Ioab, liberauit eum. Nequibat triumphis non coronari, qui exambiebat periclitanti succurrere: Gigantem Abisaï subueniendo deiecit, & triumphum pro beneficio mercede tulit. *Tunc* ( addit Abulens. ) percussit *Abisaï Philistheum*, & occidit illum. Contra Gigantem animatum hostem vibravit telum, quando Abisaï, ne periret, impendit Dauidi auxilium. Gigantis casus erat & Dauidis vita, & Abisaï decantanda etiam Victoria. Adde, Dauidem inuenisse Martiali in arena subsidium, quia subsidium fratribus attulit gerentibus prælium. Ipsa pastoralis pera, quæ panes fratribus effudit, lapides, quibus Gigantem vinceret, assertuavit, vt inde Dauidi promanaret trophæum, vnde famelicis fratribus alimenti promanarat subsidium. *Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit.* 1. Reg. 17. v. 40. E rē potius videbatur fundam lapide instructam ferre, quām educendos postea lapides in pastoralem peram immittere. Nōnne aliquid insumetur temporis, vrgente acriter aduersario, in lapide educendo, fundaque adaptando: Ergo satius erit fundam gestare instructam; non Vacuam. O arcanam eruditionem! Pastoralis pera famelicis fuderat fratribus alimentum; ergo subuenienti mirandum contra Gigantem peperit triumphum, vt vnde famelico est panis educitus, inde Dauidis promanauit etiam laurus; gigantis erat pernicies exhibi-

bitus indigentibus panis. Opportunè Galfid. in Allegor. Thylm. *Solet pera portari panibus, non lapidibus reponendis, sed quos tulit lapides, nobis facti sunt panes.* Lapis contra gigantem & quidem durus, fuit panis fratribus impensus; quia hostis truculenti probatur esse ruina, apposita famelicis mensa.

### §. XXXIV.

*Floret fortunata Respublica, si Princeps factis prælueat, & subditorum mores expoliat.*

**Q**uid præstabilius est ( aiebat in Paneg. Plin. ) aut pulchrius munus deorum, quām castus, & sanctus, dijſ simillimus Princeps? Felicissima probatur Respublica, prudenti, probatōque Principe gubernata; nam sideris clarissimi ad instar rotiuam serenitatem affert, & nubila calamitatum depellit. Ipsius actio morum est regula, contumacis censura, & feriatum portat gladium, si componat mores excipit. *Vita Principis* ( redat datus Plin. ) censura est, tāque perpetua; ad hanc dirigitur, ad hanc conuerterimur: nec tam imperio nobis opus est, quām exemplo: quippè infidelis recti magister est metus. Homines suauius exemplo meliorantur, metu, difficilius reguntur; tacita energia compellitur subditus, si Princeps non tam præcipiat verbis, quām factis, non tam edictis moneat, quām exemplis; nam *Regis ad exemplum totus componitur orbis*; non dixit ad mandatum, sed ad exemplum, nam inanis est lingua; ni exempli nititur efficacia. Quod subierat, Dauidis periculo perculti, ne iterum adiret bellum, sui obnoxie rogarunt Proceres, allegantes ingentissimum sibi esse detrimentum, si adeo splendida carerent lucerna, & probatissima vita: *Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extingucas lucernam Israël.* Quām erat sumptuosum Dauidis elogium pro lucerna habeti, & miris actionum fulgoribus emicare, & quām grande erat populi beneficium eo uti Principe, qui actionum luce animos subditorum componeret, & obscuras morum tenebras lumine virtutis abigeret! Audi Nost. Sanct. Dauidi sublato, in tenebris videtur iacere populus, & à repta virtutis semita denius, & effranis in præcepis rure voluntarius. Dauidem occumbere idem erat, ac populum luce priuari, qua & gressus dirigebat, & scandala deuitalbat. O quām erat fortunata Respublica, cuius Princeps miris virtutum splendoribus præluebat, & seruentium tenebras propulsabat! Et quidem meritò Dauid est appellatus lucerna, dum viua lux cæteros antecessit, dum mensuram morum edocuit, dum exemplo probitatem suasit: prudenter ergo populus timuit eo Principe, ac superiore carere, & felicitate priuari. Deus Iudæam gentem miseratus, Principe dedit, qui lucernæ munus subiret. *Noluit Dominus disperdere Iudam propter Dauid serum suum, siicut promiserat ei, vt daret illi lucernā.* 4. Reg. 8. v. 19. 4 Reg. 8. Non ignoro litteram, sed moribus Dauidi promisam apto lucernam. Ecce ne Iudas penitus intereat, cladibus attritus, & criminibus infectus, lucerna Principe, gubernatur: nam dum superior actionum luminibus splendet, subiectus criminibus fordescere exhorret. Ergo sub lucerna Principe Iudas floreret, sub non lucerna periret. *Lucerna* ( inquit Abul. q. 30. ) est aliquid viuens, scilicet quoniam ardet, & lucet. Sub Principe, superiore que religioso zelo ardenti, & virtutum lumenibus

nibus fulgoranti populus in meliorem formam redibit, & nubila calamitatum depellet; econtrà: si superior vitijs infectus sordescat, durissimum est flagellum, & imminens politice bonæ naufragium. Copioso armatorum instructu Babyloni premebantur; aduersarij tamen eti validis viribus inirent pugnam, non assequebantur victoriā, quousque Princeps veneri proditus deditus, conuiuijs ingurgitatus, & delicijs addictus; tunc & regnum diuisum, & calamitatum fluctibus quassatum: *Dinisum est regnum tuum.* Dan. 5. v. 28. Minus nocuit aduersarius armis, quam Princeps vitijs. *In duo dinisum est* ( inquit Hugo hic) & duobus datum Cyro scilicet, & Dario. Auolauit felicitas, vbi omnia corrupit Principis prauitas.

## §. XXXV.

*Bonus Princeps nunquam tentabit emissum sacramentum violare, nec bonus subditus Principi, violando, blandiri.*

**S**Acramenta laudabiliter emissa, sunt inuiolata religione afferuanda; nam si data Numinis fides frangitur, calamitas etiam adducitur; nec queit nō imminere periculum, si violatum reclamanerit iuramentum. *Ecce ( aiebat Athalar. 8. Var. 3.) Traiani vestri clarum faculis reparamus exemplum. Iuravobis, per quem iuratis; nec potest ab illo quisquam falli, quo inuocato, non licet impunè mentiri.* Cū Principem deceat non solum æquabilem ostentare clementiam, sed, quæ populos nutrit, illæsam custodire iustitiam: Princeps sacramento se obstrinxit, vt pauitantes subiectorum animos serenaret; quia nullus timuit sacramentum fore violandum, nec à Principe contemnendum. *Vt nouerunt Israëlitæ Dauidem bella suspirare, & viribus antiquis deficere, se iuramento obstrinxerunt; ne exinceps permetterent decertare, & in campum depraeliaturum prodire: Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum.* Emisso à Summatibus iuramento Dauid patuit, séque continuuit: inquire tamē iuuat: *Cur bellicosus vir vim sibi intulerit, & cur iam populus associare Principem, detrectaret? Si Dauid non emiserat iuramentum, cur obtemperat? & quomodo populus deuotum denegare quibit obsequium, si Princeps iubeat? Quia Dauid ( inquit Abul.) cū esset religiosus, valdè timeret occasionem violandi sacramentum præbere, & populus religionis iniuria nullatenus iussis vellet obtemperare: sacramentum emissum erat: Iam non egredieris nobiscum: id est, iam non tentabis bellum adotiri, & iam emissio prudenter iuramento, arduum erit, nos, eti tentaueris, comitari. Sic Abul. q. 38.. In rauerunt hoc serui Dauid, ne haberet Dauid occasionem inquietandi eos aliquando, petendo, quod permetteretur ire ad bellum, quia postquam iurassent, iam non poterant permettere.* Si Dauid exinceps eunt ad bella comitaretur, infringendi sacramenti occasionem præbebat, si Israëlitæ Principis votis annuerent, religionis erat offensa: ergo sacramento se obstrinxerunt, vt qui nouerant, eum esse Principem, vt nullatenus ad violandum emissum iuramentum cogeret, & Israëlitam talem esse, vt religionis iniuria votis Principis non abnueret. Rahab ab Iosuë exploratoribus, quos humanè exasperat, salutique prouiderat, pro hospitis pensione suam, & suorum sospitatem exegit, & firmari sacramento voluit: *Iurate mihi per Dominum, ut quo-*

Dan. 5.  
v.28.

*modo ego misericordiam feci vobis, ita & vos faciatis cum domo patris mei. Iosuë. 2. v. 12. Emisso sa- Ios. 1. v. 22. cramento, ad suos redierunt: sed cū iam Ierico esset depopulanda, curæ in primis fuit Iosuë, sacramentum seruare illæsum, & inuiolatum: Producte eam, & omnia, quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Iosuë. 6. v. 22. Massius acutè satis animad- Ios. 6. v. 22. uertit, curasse Iosuë à priuatis militibus datam fidem seruari, & iuramentum impleri. Summa optimi Imperatoris religio etiam de duorum gregariorum militum suorum fide solicita fuit. Neque imperator, neque exercitus se sacramento obligarat, gregarij solū emiserant milites; ast, si Iosuë quid contraria tentaret, iniuriam datæ fidei videretur inferre, & miles si duci mallet adulari, debitorem se redderet religioni; ast nec superior fidem infringi tentauit, nec contra datam fidem miles duci adulari gestiuit. Ut superiores nouerint contra firmatam sacramento fidem nil tentandum, & subditi etiam religionis iniuria ducibus non obediendum.*

## T E X T V S.

**V**ER. 18. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philistæos: tunc percussit Sobochai de Husati, Saph de stirpe Arapha de genere Gigantum.

## §. XXXVI.

*Sepè cū cautelam suadet miseranda alterius ruina, periculum despicit cæca audacia.*

**S**apiens vitabit scandalum, vbi alter offendit: sed inueniuntur sapientes pauci, gloriæ ducunt periculum despicere, & interritum animum ostentare; frequenter tamen exoculatæ audaciæ reportauere mercedem, experti miseram cladem. *Viuite honestè ( aiebat Cassiod. 11. Var. 40.) qui didicistis superstites mori.* Alienæ mors vocalis lingua est, quæ honestè admonet viuere, & clausulam infelicem timere; quisque tamē sibi faustiora promittit, & vanis spebus credit. Procerus Gigas ingentibus armis munitus est cum Israëlitis congressus, sibi promittit victoriam, sed Abisaï manu obtruncatus miseram tulit ruinam. *Percussum Philisthaum interfecit.* Quid tunc? Saph procera mole confusus aggreditur etiam bellum, & despicit arroganter periculum; verū dum aliena sibi clade non præcauet, miserandus etiam ruit. *Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philistæos: tunc percussit Sobochai de Husati, Saph de stirpe Arapha de genere gigantum.* Non ignorabat vnum, & alterum gigatē misere corruisse, dū contra Dauid ineūt prælia, & tamen Saph giganteo robore præsidens contra Dauid, & eius milites mouit arma: ergo cecidit, & corrut, & perijt. *In isto bello ( inquit Abul. q. 38.) Sobochai, qui erat unus de viris fortibus Dauid, occidit Saph.* Qui alterius ruina sibi præcauere noluit admonitus, occupuit etiam occisus. Stulti plutes sibi ipsi contrarij, dum despiciunt arroganter pericula, tulerunt stultæ arrogantiæ præmia. Leo intrepidâ audaciâ, audaci ferocia homines deuorat, intolerandâ sœutiâ plurium manus contra se armavit, & perijt: *Didicit capere prædam, hominemque comedere. Et audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum.* Ezechiel 19. v. 3. Capti loco leunculus alius sufficitur, qui, tempore procedente, iam leo nec à v. 3. sanguine

sanguine abstinuit, nec rapinis pepercit. *Factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare.* Leo alter hominem comedebat, & iste homines deuorabat; sed dum audacior, & insolenter, reti concluditur captus, & in cauea ingemiscit inclusus. *Conuenerunt aduersus eum gentes undique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est, & miserunt eum in caueam.* Si inquiras: Cur eiusmodi leo non solum fuerit, vt alter captus, sed in cauea profundiissima inclusus? Respondeo: durioris, acerbiorisque fuisse supplicij reum, dum noluit alterius clade eruditiri, imò maluit audacia temeritate supergredi. Acerbiore, fas erat, pateretur poenas exoculata superbia, quam alterius non temperarat ruina. *Iuxta historiam ( inquit Hieronym. apud Gloss.) hoc de Sedeckia legimus, qui post Iechoniam in regnum promotus est.* Iechoniam secutus sibi blanditur, & viribus fretus decessoris truculentiam euicit; sed quem alterius non edocuit sollicitam cautelam ruina, ferrea constringit catena.

## T E X T V S.

**V**E R S. 19. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthaeos, in quo percussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, cuius hastæ erat quasi licatorium texentium.

## §. X X X V I I.

*Qui deuata in Deiparæ honorem prestat officia, posteris adquisiuit trophæa.*

**O**MNIA quæ possunt habere contraria ( aiebat Cassiod. 11. Var. 40.) facilis casus absument, si curam salutis propria non haberent. Contra aduersos casus instrui debet laudabilis prouidencia: quia facile corruit, qui inertis marcescit ignavia. Inter alia verò, quæ probantur ad salutem spectare, est Deiparæ deuota officia exhibere. Ipsa est Diana, quæ truculentas abigit feras; ipsa Proserpina, quæ miserorum lenit angustias; ipsa est splendida luna, quæ offusas noctium depellit tenebras. Vnde qui hanc pijs obsequijs sibi deuinxit, firmissimum contra hostiles adsultus profugium habuit. Deiparæ adaptò, quæ datus scribit Cassiodorus: *Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medica singularis. Quis tuo non egeat munere, cum sit peccare commune?* Ab uniuersis necessariis peteris, quando sub te spes vita sumitur, quæ sub iniuria non habetur. De Mariæ patrocinio spes vitae sumitur, quæ, attentis sceleribus non habetur. Qui Deiparæ promeruit gratiam, non solum euasit ruinam, sed posteris veluti hæreditariam transmisit de calamitate victoriæ. Adeodatus de Goliath triumphat, & sibi immortalem laudem æternat: *Percussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum.* Quarunt Interpretes: Cur dicatur polymitarius, dum resplendet spolijs hostilibus insignitus? respondéntque posterum fuisse Beselehel, qui, vt ex Exod. 31. & 36. constat, pulchram velorum varietatem contexit, vt nitidiori ornatu Arca resplenderet, asserúntque idem esse vocari polymitarium ac à polymitario Beselehel descendenter,

& hostilia accepisse trophæa, quia eius progenitor religiosa Dei Arcæ exhibuerat officia. Audi Abul. q. 39. *Vocatur polymitarius, id est textor, vel operator in diversis coloribus, eò quod erat de cognatione Beselehel, qui fecit omnium varietatem artificiorum sanctuarij, ut patet Exod. 31. & 36.* Deipara in Arca figurata, vt officia compensaret, Adeodato vites ministravit, quibus de gigante victoriæ tulit; nam cum decora varietate à Beselehel fuerit exornata, exsoluit nepoti præmia. Giganteas vires Adeodatus non edomuisset, si Arca opportunas suppetias non ministrasset, ast dum Arcam debitorem habuit, mirandum triumphum accepit. Vt Numinis throno inseruaret, & eius gloriam promoueret, aquila felici iugo collum subiecit: *Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Ezech. 1. v. 10. Huius obsequijs exigua merces non fuit; nam tutissima non solum pericula eludit, sed reportata victoria gaudet: *In arduis ponet nidum suum, in petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque in accessis rupibus: unde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt, pulli eius lambent sanguinem.* Iob. 39. v. 27. Quis ignorat, serpentem aquilæ multiplices insidias moliri, plurimum colligere puluerem, vt aquilæ heterauerit perspicaciam? Hæc tamen aquila firmissima requiescit in petra, ad quam versati serpentes accedere nequit astutia; nec solum dolos eludit, sed triumphantores posteros genuit. *Pulli eius labent sanguinem.* Cuius sanguinem? Serpentis profecto, cuius cruento rubent aspergi, & cuius resplendent sanguine decorati. Nam dum aquila cœlesti throno inseruuit, triumphos posteris delegauit. *In arduis ponet nidum suum ( inquit Lira) ubi non est accessus hominum, nec bestiarum, & hoc ne pulli sui rapiantur ab hominibus, vel à bestijs deuorentur.* Addit: *Pulli eius lambunt sanguinem, scilicet de preda occisa currentem.* En pulli ditantur prædis, & acceptis resplendent triumphis, quasi aquilæ Dei throno inseruienti debeatur, eius pullos hostili rubere sanguine, & de victo triumphare serpente.

## §. X X X V I I I.

*Bellum fastidit delicatos, & comptos, ad legit durè innutritos, & omni imbonitatis assuetos.*

**B**ELLUM ( aiebat Euryp. apud Stob. cap. 50.) odit timidos. Et quidem interno semper agitantur pauore, qui exterius nimis compti, & expoliti; nil ab his speraueris virile, nil forte. In acie se gloriosè gerit, durè innutritus, & omni imbonitatis assuetus: qui milites ad legit delicis assuetos, & delicate educatos, hostis negotium fecit, & triumphos obtulit. *Nemo miles ( aiebat Tertul. ad Martyr. Cap. 3. ad bellum cum delicis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papillionibus expeditus, & substrictis, ubi omnis duritia, & imbonitas, & insuanitas consistit.* Deliciosus eneruis est; & licet foris ostenter arma, intùs paucus, & contremiscit inertia. Inter Israëlitas Philisthaeos que acerrimum initur certamen: pro Philisthaeos stabat Gigas, cæteros altitudine supergressus, & armorum valentia tumidus; cùmque tot in exercitu Israëlitarum essent, solus Adeodatus in certamen profiluit, & superbiam hostis subegit: *Percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, cuius hastæ erat quasi licatorium*

*licitorum texentium. Si inquiras: Cur Adeodatus præ cæteris laudabili fuerit audacia pugnam adorsus, nec hostis expauerit magnitudinem timidus? Respondebit ipse Textus, saltu innutritum, & omni fuisse imbonitati assuefactum: Filius saltus. Expressit modum educationis, vt auspicium faustum certaminis. Facile cederet delicijs effæminatus, & muliebri cultu expolitus: ast montibus educatus, asperis assuetus hostem inuasit, & vicit. Adeodatus vocatur Ephrā, de quo sic Rabban apud Glos. Exercitū mittente David, fortissimus apparuit Ephrā cognatus eius. Nam contra singulos fortissimos Philistinorum solus pugnando, peremit eos, alios conuertit in fugam, quorum etiam multi in prelio ceciderunt. Vnus miles pro multis fuit, quia saltu temporum iniurijs expositus, & agrestibus cibis nutritus. Lot paradiseā plagam delicijs multis refertam sibi contatur delegisse: Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ uniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrah, sicut paradiſus Domini, & secut Aegyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem. Gen. 13. v. 10. Abrahamus iudeis tabernaculis habitabat, & pro teſto ramosa quercus illi erat. Non multopost bellum ingruit, & Lot initicis cessit: Tulerunt omnem substantiam Sodomorum, & Gomorrhæ, & uniuersa, que ad cibum pertinent, & abierunt; nec non & Lot. Contra victores, triumphisque onustos Abrahamus procedit in campum, & reportat decantandum sæculis triumphum. Reduxit omnem substantiam, & Lot fratrem suum. Gen. 14. v. 16. Vides, Abrahamum triumphasse, Lotum cessisse. Iam si inquiras: Cur Lot nil forte egredit, & quomodo exigua manu Abrahamus hostes attruerit? Respondebit Gregorius hic apud Hugonem, Lot deliciosa vitam duxisse, & inter delicias neruum fortitudinis remisisse, Abrahamum verò laboribus assuefactum, duris innutritum, robore præualuisse, & aduersarios fugasse. Lot (inquit Greg. apud Hug.) amana elegit, vtilia refugit, de loci pulchritudine capitur, ab hostibus captinatur. Delicijs, blandicijsque circumfusus, hosti cessit; de hostibus laboribus induratus triumphavit. Quodsi cum virtijs, ac dæmonibus, prælijs historiam adaptaris, compertum est, deliciosos facile vinci, ieunios, & aridos de triumphare.*

Gen. 13.  
v. 10.

Gen. 14.  
v. 16.

### §. XXXIX.

*Grande patriæ decus est, tulisse filios virtute celebres, & triumphis reportatis insignes.*

**V**T parentum est gloria, genuisse filios virtute claros, & actionum laude conspicuos, sic patriæ, quæ matris gaudet elogio, accedit decus, si filios protulit sæculis decantandos, & trophæis hostilibus insignitos. De Paulino aiebat Cassiod. 9 Var. 22. *Libertatis auxilium, curie decus, Romani nominis singulare preconium.* Cui specialiter adscriptum est, quod immanissimum hostem, statu Reipublicæ periclitante, inuasit, & in tanta virorum fortium multitudine solus iuuentus est, qui patriam plus amasset. Grande Romæ elogium, genuisse Paulinum, hostium excidium, libertatis propugnaculum, Reipublicæ tutamentum. Adeodatus Bethlehem refertur ortus, dum spolijs hostilibus redimitus: *Percussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Getheum, cuius hastile* Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

*hastæ erat quasi liciatorum texentium. Hostis robur victoriæ commendabat, & triumphatoris gloriam armatorum valentia augebat. Goliath vasto corpore procerus, & armis communem modum excedentibus munitus Adeodati triumphis militauit, clariorētique difficultas triumphum effecit: ergo Textus appellauit Bethlehemitem, vt patria honore insigni clareret, & tanto filio inter cæteras rutilaret. Bethlehemites (inquit Abul. q. 39.) id est de urbe Bethlehem; ex hoc enim vult Iosephus, quod iste Adeodatus, sive Ephrā fuerit cognatus David, qui fuit de urbe Bethlehem. Nobilissima resplenduit Bethlehem, quia Davidis mater, quia Adeodati origo, cum vterque eximijs resplenderint triumphi, nobilitati, & actionum laude conspicui. Mathæus Bethlehem inter cæteras vrbes eminere testatur, quia mater ducis decantatissimi: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israël. Mat. 2. v. 6. Aci dicat: Aliæ se iacent vrbes ob populi frequentiam, ob diuinitarum copiam, ob elegantem ædificiorum politiam: ast Bethlehem ducis decantatissimi mater omnem cæterarum gloriam euincit. Prodest in Cat. Hierony. Nequaquam minimum est in principibus Iuda, volentes ostendere magnitudinem dignitatis prouenientem ex dignitate Principis nasciuntur. Bethlehem cæteras vrbes excedebat filiorum gloria, et si hominum pauperior esset frequentia; sunt enim patriæ decus filij actionum laude celebres, & acceptis triumphis insignes.*

### TEXTVS.

**V**ERS. 20. & 21. Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus, pedibusque habebat digitos, id est viginti quatuor, & erat de origine Arapha. Et blasphemauit Israël: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fratri David. Quam citè detestabilis blasphemiam secuta est calamitosa ruina! Ipsa lingua iam portendebat miserandum exitium, & præfigebat celetrimum sibi casum. Antecellebat alios altitudine, & digitorum pluralitate, sed quem subruebat blasphemia, defendere nequibat præstantia. Prodest Noster Sanct. *Contra Deum Israël impiam exeruit linguam.* Ionathan facile sibi trium-

### §. XL.

*Parum iuuat præ cæteris excellentia, si miserum casum blasphemæ sollicitauerit culpa.*

**E**ffrenis, blasphemaque lingua non dubium calamitatis probatur esse presagium, imò & miserandi casus exordium. Sibi inuidit, qui execrandas in Deum spurcâ lingua blasphemias iecit, & licet videatur singularibus prærogatiuis munitionis, facillimè corrut blasphemus. Cum Scriptura trium gigantum nomina expresserit, quarti arcano mysterio tacuit; nam indignus erat nomine, qui ad blasphemiarum licentiam vtebatur celitudine: *Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus, pedibusque habebat digitos, id est viginti quatuor, & erat de origine Arapha.* Et blasphemauit Israël: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fratri David. Quam citè detestabilis blasphemiam secuta est calamitosa ruina! Ipsa lingua iam portendebat miserandum exitium, & præfigebat celetrimum sibi casum. Antecellebat alios altitudine, & digitorum pluralitate, sed quem subruebat blasphemia, defendere nequibat præstantia. Prodest Noster Sanct. *Contra Deum Israël impiam exeruit linguam.* Ionathan facile sibi trium-

F F F phum

phum promisit, quia victoriae pignus, ipsam hostis linguam habuit. Sennacherib Deum blasphemus despexit, & triumphos de Ezechia sibi promisit: *Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam.* 4. Reg. 19. v. 10. Deum appellat seductorem fallacemque. Execranda blasphemia veluti gladio vulneratus. Ezechias sic Deum orauit: *Audi omnia verba Sennacherib, qui misit, ut exprobraret nobis.* 4. Reg. 19. *Deum viuentem.* 4. Reg. 19. v. 16. Qui tot, tantisque gentes vel solo terrore deuicerat, suoque imperio subegerat, blasphemia seipsum transfixit, & angelicum gladium exacuit. *Factum est igitur in nocte illa: venit Angelus Domini, & percussi in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Stupenda suorum clade deterritus, & momento militaribus viribus destitutus celerem arripuit fugam: *Vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abiit.* Abiit filiorum manu detruicandus, quia angelico perim gladio non fuerat dignus, quasi ensis angelicus recusarit inferre blasphemio necem, & exhoruerit fundendum sanguinem: *Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio.* Tantillum produxit vitam, ut fœdiorem à filijs occisus imponeret vitae clausulam; & ne à nobis verteretur in dubium stragem blasphemiae fuisse mercedem, expressit Sanctus Tobias: *Fugiens à Iudea plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam.* Tob. 1. v. 21. Copiosissima calamitatum messis ex blasphemia pullulavit: Angelicis armis iacet occisus exercitus, confusibilis initur fuga; referit aurem inopina mortis tragædia. *Reuersus est* (inquit Rabban apud Glos. ad. 4. Reg. 19.) *cum ignominia in terram suam, qui seruatus est, ut fieret testis maiestatis illius, quem paulo ante contempserat.* A filijs interemptus erat veluti spirans columna, quæ omnes edocet, quantas afferat calamitates lingua blasphemia, & quos fructus pariat impia, & destabilis lingua.

### TEXTVS.

VER. 22. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu David, & seruorum eius.

### §. XLI.

*Infelicitas est, nasci ceteris antelatum, & occumbere præ ceteris miserum.*

**F**elices sunt, qui vitam meritis nobilitarunt, & laudabili fine clauerunt. Scapha etsi è portu soluerit non pretiosis funibus, aut velis instruta felicior est naui pretiosis velis, & carbasis splendentibus instructa, & è portu celebri plausu soluente, si hæc æstuantibus insipientium fluctuum vorticibus, & acribus sibilantium ventorum flatibus medio in itinere fecit naufragium, & illa illæsa appulerit portum. Origo sæpè plauditur, sed à

fine indicium sumitur. Profectò felix vena est, quæ filios protulit omnium virtutum laude conspicuos, & actionum meritis decoratos, ut infortunata, quæ protulit magnos, vt exitus ostenderit miseris. De Deciorum genere aiebat Cassiod. 9. Var. 22. *Huic generi superna fauerunt praestando desiderijs patrum felicia germina masculorum.* Ut Deciorum generis superna fauerunt, sic Araphæ generi delicta tenebras conciliarunt. Filios edidit Arapha alijs corpore præstantiores, sed de ipsa præstantia crevit illorum miseria; nam originis præstantia tumidi, celsitudine superbi, armorum valentia instruti, morum custodire ignorauere mensuram, unde contigit, ut infelici casu ceciderint interfici; qui nati fuerant repetitis plausibus celebrati, miserè corruerunt occisi. *Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu David, & seruorum eius?* Genere æquales, altitudine similes, sed & casu etiam disperierunt conformes. O infelicem Arapham, quæ procreasti egregia germina masculorum, ut omnes hostilis gladius occideret, & eorum sanguine ruberet! *Arapha* (inquit Abul. q. 38.) *pariebat viris gigantes.* Adnectit q. 39. *Omnes isti quatuor occisi sunt.* Omnes filios eadem fors reddidit infelices, quos protulisse censembar originis vena laudabiles. Hinc sibi præcauere debent, qui originis gloriâ, dotum prærogatiuâ, aut diuinitarum copia cæteris præstantiores, ne occumbant præ cæteris infelices: expendant secum vanituli ex his quatuor proceribus nullum naturali morte sublatum, sed præcidisse immaturam omnium vitam, violentum ferrum. Stellæ prodierunt radijs ornatae, sed aliquibus maculis tenebrarum aspersæ. Lucifer ortus est cumulatiori luce resplendens, & singularitate fulgens, sed dum tumet præstantia, lucentiosior crevit miseria. Audi Isaïam cap. 14. v. 12. *Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris?* Non solum è celo cecidit, sed etiam in terram corruit, & è terra in profundum lacum ruit: *Corruisti in terram . . . ad infernum detrahenter in profundum lacu.* Singularis oculos ad se alliciebat, sed quem nobilitauerat ortus, infelicem ostendit casus. Fors, si communi, non singulari lumine ornatus, non rueret superbiam obscurus; ast dum sibi blanditur tumidus, dum tumet superbus, dum singularis præsumptionem fouet insanam, sibi matruauit inopinam etiam ruinam, & infortunatum lamentabilis ostendit casus, quem mirandum fecerat ortus. *Cauete superbiam fratres, cauete (verba sunt Ailred. in Alleg. Thylm.) quam multi (quod dolens dico) si forte se vident in luce sapientia profecisse, verbo etiam, & exemplo alijs profuisse, ut meritò Luciferi nomine digni habeantur, ita ut manè, id est initio sue conversionis ceteris eiusdem vita confortibus clariores habeantur, occulta primum interius elatione tumescunt.* Dum præstantia insanæ est arrogantiæ formentum, esse incipit calamitatis præfigum; & occumbit fœdissimis tenebris inuolutus, qui speciosis fuerat prærogatiuis exortus. Araphæ profectò filijs infaustum fuit originis priuilegium, dum miserum omnes obtenebrait exitium.

## C A P V T X X I I .

1. O C V T V S est autem David Domino verba carminis huius, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saül. 2. & ait: Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.
3. Deus fortis meus, sperabo in eum: scutum meum, & cornu salutis meae: ele-  
uator meus, & refugium meum: Saluator meus, de iniquitate liberabis me.
4. Laudabilem inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero.
5. Quia circumdederunt me contritiones mortis: torrentes Belial terruerunt me.
6. Funes inferni circumdederunt me: praeuenerunt me laquei mortis.
7. In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo, & exaudiet de templo suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.
8. Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium concussa sunt, & conquassata, quo-  
niam iratus est eis.
9. Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo.
10. Inclinavit caelos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
11. Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus est super pennas venti.
12. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cibrans aquas de nubibus caelorum;
13. Prae fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis.
14. Tonabit de caelo Dominus: & excelsus dabit vocem suam.
15. Misit sagittas, & dissipauit eos fulgur: & consumpsit eos.
16. Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis, ab increpatione Do-  
mini, ab inspiratione spiritus furoris eius.
17. Misit de celo, & assumpit me: & extraxit me de aquis multis.
18. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, & ab his, qui oderant me: quoniam robustiores me  
erant.
19. Prauenit me in die afflictionis meae, & factus est Dominus firmamentum meum.
20. Et eduxit me in latitudinem: liberavit me, quia complacui ei.
21. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum  
mearum reddet mihi.
22. Quia custodiui vias Domini, & non egredi impiè, à Deo meo.
23. Omnia enim iudicia eius in conspectu meo: & precepta eius non amouit à me.
24. Et ero perfectus cum eo: & custodiam me ab iniquitate mea.
25. Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum  
mearum in conspectu oculorum suorum.
26. Cum Sancto Sanctus eris: & cum robusto perfectus.
27. Cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.
28. Et populum pauperem saluum facies: oculisque tuis excelsos humiliabis.
29. Quia tu lucerna mea Domine: & tu Domine illuminabis tenebras meas.
30. Inte enim curram accinctus: in Deo meo transfiliam murum.
31. Deus immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium speran-  
tium in se.
32. Quis est Deus preter Dominum: & quis fortis preter Deum nostrum?
33. Deus qui accinxit me fortitudine: & complanauit perfectam viam meam.
34. Coequans pedes meos cervis, & super excelsa mea statuens me.
35. Docens manus meas ad prælium, & componens quasi areum eruem brachia mea;
36. Dediti mihi clypeum salutis tue: & mansuetudo tua multiplicauit me.
37. Dilatabis gressus meos subtus me: & non deficiunt tali mei.
38. Persequar inimicos meos, & conteram: & non conuertar, donec consumam eos;
39. Consumam eos, & confringam, ut non consurgant: cadent sub pedibus meis.
40. Accinxisti me fortitudine ad prælium: incuruasti resistentes mihi subtus me:
41. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me, & disperdam eos.
42. Clamabunt, & non erit, qui saluet: ad Dominum, & non exaudiet eos.
43. Delebo eos ut puluerem terre: quasi lutum platearum comminuam eos, atque con-  
fringam.

44. *Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput Gentium: populus, quem ignoro seruiet mihi.*
45. *Fili⁹ alieni resistent mihi, audit⁹ auris obedient mihi.*
46. *Fili⁹ alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis.*
47. *Venit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.*
48. *Deus qui das vindictas mihi, & deiici⁹ populos sub me.*
49. *Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.*
50. *Propterea confiteor tibi Domine ingentibus: & nomini tuo cantabo.*
51. *Magnificans salutes Regis sui, & faciens misericordiam Christo suo David, & semini eius in sempiternum.*

## T E X T V S.

VER. 1. & 2. Locutus est autem David domino verba carminis huius, in die, qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saül. Et ait: dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.

## §. I.

*Qui accepit eximia, pluraque beneficia, plures gratias debet referre, & iugi gratitudine compensare.*

**G**lorios⁹ dominis (aiebat Cassiod. 9. Var. 25.) gratioria s̄unt præconia, quam tributa. Quia stipendium & tyranno penditur, predicatione autem nisi bono Principi non debetur. Accepta beneficia debit⁹ compensantur præconijs, & dum iugi gratitudine refertur acceptum, beneficium honeste videtur esse solutum. Aequentur acceptis beneficijs præconiales gratitudinis laudes, ne ingratitudinis subeat notam, qui pluri⁹ beneficiatus aut raro, aut tarde rependit laudes deuotus. Accepterat David à deo ingentissima beneficia; ardua deuicerat bella, vrgentissima illæsus frustrarat etiam pericula; ergo contentus non est, semel gratias agere, sed laudabiliter prolixo psalmo conatus est pluri⁹ accepta referre: *Locutus est autem David domino verba carminis huius, in die, qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saül.* Repetita beneficia repetita etiam gratitudine compensavit, & pluri⁹, quid acceperit, repetiuit. *Est verisimile* (inquit N. Sanct.) *Cum noctis esset quietem, & otium, totum illud tempus, quod in adorando exercitu, & conscribendo milite posuerat, ad diuinæ laudes, & componendos psalmos transtulisse.* Non unicum composuit psalmum, non semel in psalmis confessus est beneficium, sed pro viribus repetitis gratijs, & iteratis præconijs conatus est soluere, quæ pluri⁹ accepta beneficia non poterat diffiteri. Contrarium plures morem sequuntur. Beneficiatus pressis, & veluti tacitis verbis gratias agit, & beneficis inculcandi s̄apè beneficium fastidium gignit. *Lacerat animum* (aiebat Senec. lib. 2. de Benefic. cap. 10.) & premit freqvens merritorum commemratio. *Liber exclamare, quod ille triunvrali proscriptione fernatus à quodam Cæsaris amico, exclamauit, cum superbiam eius ferre non posset: Redde me Cæsari, quoniamque dices: Ego te seruavi, ego te eripui morti?* Si beneficiatus cuul-

garet, beneficus ora premeret; uterque tamen deliquerit, dum alter seruauit, vt ostentaret beneficium, & alter periculo exemptus fugillauit odioso silentio labrum. Ergo David, vt gratitudinis præberet formam, s̄apè sibi benefactoris dilatidauit munificentiam, & ob accepta beneficia laudanda peperit gratitudinis vestigalia. Abraham de tenebris erutus, & promissionibus magnificis honoratus altare accepti beneficij indicem erexit, & domino consecravit. *Aedificauit ibi altare domino, & inuocauit nomen eius.* Gen. 12. v. 8. Ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum, reuersus, iterum repetiuit benefactoris elogium, & agnoscendo, qui præstitit, visus est reddidisse beneficium: *Inuocauit ibi nomen domini.* Gen. 13. v. 4. Erubesceret semel retulisse gratias, tot beneficijs obstrictus, & repetitis fauoribus ampliatus. Notauit Oleaster ad Gen. 13. ad Mor. *Sicut Deus beneficia sanctis multiplicat, ita & ipsi gratiarum actiones.* Honestum erat inter Deum, & Abraham certamen: Deus beneficia iterabat, & Abrahamus gratiarum actiones semel & iterum repetebat. Videas, plurimos post ingentissima accepta beneficia plectibili⁹ silentio signata labia.

## §. II.

*Difficilius est, tectas, domesticasque insidias euadere, quam hostem legitime deceriantem deuincere.*

**A**rduum est vitare, si vnde sperabatur auxiliū, effluxerit detrimentum: & grauius uterque periculum, si domesticum; nam feriatur sagax cautela, quia nulla suspicionis apparet causa. Qui in hostili regione degit, huc & illuc conuertit aspectum, quia timor solicitum fospitatis gignit studium. Petrus vir spectabilis (scribit Cassiod. 4. Var. 28.) Amaram Saionem nostrum, quæ contrario nomine pro eius tuitione directus est, educto gladio se asserit vulnerasse, defensorēmque fecisse, quod vix inimicus potuisse audere. Impugnauit hominem auxilium suum; & inde promanauit inopinabile detrimentum, vnde securum saluti sperabatur suffragium. Hinc est quod David etsi debitas Deo retulerit grates, quia tot feliciter detriumphauerit hostes, speciatim Saülis elusos dolos expressit, & grates speciales pro eiusmodi beneficio persoluit: *Locutus est David domino verba carminis huius, in die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saül.* Cū Saül ex inimicorum censu esset, & iam David se liberatum de omnibus retulisset, quærent Interpretes: *Cur non solum communi, sed proprio etiam nomine obtempos*

tensos à Saüle effugisse cœlesti ope testetur dolos? Lira existimat, speciatim Saülem expressisse, quia periculum à Saüle dispositum & cludi difficilus, & grauius: *Ista persecutio speciatiter exprimitur, quia fuit diuturnior, & alijs periculosior.* Saül Dauidem accepit in generum, honorauit commensalem, constituit ducem; & cùm externa testarentur amicitiam, fouebant viscera feralema malevolentiam: ergo cùm David nullum à Saüle suspicaretur periculum, nullum cautelæ apponebat remedium: Vnde, cùm omni inueniretur cautela nudus, plus periculis inueniebatur obnoxius; debuit ergo speciales agere gratias, quia evaserat tectas, & domesticas infidias. Est enim difficilius frustrare amicum dolosum, quam deuincere aduersarium manifestum. Sanson contra copiosam Philistinorum manum legitimè pugnans, decantandam facile accepit victoriam: *In maxilla asini, & in mandibula pulli asinarum deleni eos, & percussi mille viros.* Iud. 15. v. 16. Philisthæi veriti cum Sansone manus conserere, domesticas insidias exco-gitarunt disponere: ad amatam, & non amantem mulierē conuenerunt, & magnificis promissis inescarunt: *Venerunt ad eam Principes Philistinorum, atque dixerunt: Decipe eum.* Ipso in cubiculo latitabant insidiae, domesticæ Sansoni delectauere fallacie: vnde contigit, vt dormitaret cautela, & cæca attulerit cladem fiducia: *Statim ab eo fortitudo discessit.* Iudic. 16. v. 19. Si inquiras: Cur Philistini ad domesticas recurrent insidias, cùm armatorum in campum producere quirent copias? Respondebit Ambrosius, agnouisse difficilius esse, quam hostes vincere, domesticas insidias euadere: ergo spretis armatorum copijs, ei domesticas maluerunt disponere insidias, & assecuti sunt vota, qui eneruata fenserant arma. Audi Ambros. 3. epist. 24. *Indignam se habitan dolens, cui committeretur arcanum dilecti, & id, quod pro remedio quereret, ad prodigionem suspectari videret, lachrymis fidem coegerit.* Meretricis delinimentis oblectatum in soporem compulit, & tonsore adhibito, crines rasit. En domesticis dolis cæcitati oculos, & vinculis manus præbuit impetus, qui triumphum tulerat armatorum copijs obfessus. Ergo iure David speciales gratias egit, quod speciosas Saülis effugit technas, & captivas declinavit insidias.

### §. III.

*Omnipotentia adscribendum est, inermem, inopemque periculum eludere, si potentissimus penitus anhelat delere.*

**A**rduum est, inopein, pritiatumque hominem à potentibus circumuentum, & dolosis machinis impetratum tempestatem declinare, & turbulentos fluctus effugere. Iudeus plus attendere solet potentiam, quam causam: maxult priuatus copioso adulari, quam innoxio subuenire. Vnde, cùm ad miseros Israëlitas de Pharaonis manu liberandos esset diligendus Moyses, miro spiritu Deus animauit, & illas sum inter anhelantes flamas rubum ostendit: *Videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Exod. 3. v. 2. spectaculi nouitate corruptus, quis rubo adesset, tendebat exploraturus: *Vadam, & video visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Prohibitum est approximare: & iure inquit Philo lib. 1. de Vita Mosenam si nouerit ignem potentes Aegyptios adum-

brare, & rubum pauperes, debilisque Israëlitas exprimere, notum iam erat, illud non agi humana potentia, sed potestate diuina. Quis enim alius, nisi Deus debilis, nudumque fruticem à flammarum voracitate eriperet, & illa sum conseruaret? Significabat ardens rubus oppressos iniuria? vrens verò ignis oppressores. Quod autem non excubebatur matris, portebat non perituros. Opus non erat examine, quia apparbat clarissimè Deum adesse, & rubus non potentia humanâ periculum tantum cludere. Hinc est, quod Dauid eti Numini gratias egerit quod omnium inimicorum vota frustrarit, de Saüle speciale mentionem fecerit: *Locutus est autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saüli.* Cùm inter inimicorum censum iam Saül fuerit relatus, quærunt Interpretes: Cur singulariter iterum fuerit expensus respondéntque Dauidem hostes deuicisse, de triumphaliisque, sed armis instructum, & militari manu obarmatum: euulgasse inquietunt, reportatos de alijs hostibus triumphos Dauidis bellum peritiam, viriumque valentiam, Saülis verò poterissimi frustrasse vota, Diuinam specialissimamque manifestasse titelam: clarius in paupere afferuando, & potentissimo reprimendo Numinis apparuit prouidentia, & ideò specialis gratitudinis fas erat pependisse tributa. Prodest N. Sanctius: *Tunc priuatus erat, & inops homo Dauid, qui in inimici sui finibus errabat, cuius hostis potentissimus multis in locis moliebatur insidias, quas evitare magni negotijs fuit, & beneficij plane diuini.* Eo ardore Saul persequebatur Dauidem, vt nec locorum difficultate teprimi, nec vllis officijs eius potuerit effrænis malevolentia sopiri. Ergo iure Dauid Dei potentiam extollit, & Saülis conatus elusos referit. Multiplicatis panibus, quibus in deserto famelici exsaturarentur, Christum Dominum populi repetitis, faustisque acclamationibus eximium celebrauerit Prophetam: *Hic est vere Propheta.* Ioan. 6. v. 14. Ioan. 6.  
v. 14. Ast vbi Petrum naufragio eripuit, & in risu stum sedauit, Deum adorarunt, & crediderunt: *Qui in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum dicentes: Verè filius Dei est.* Math. 14. v. 33. statim inquirendum occurrit: Cur modò Deus fuerit habitus, qui tot hominum copijs altis Propheta est creditus? sed ipse Textus (ni fallor) difficultati videtur occurrere, dum retulit contra vndas vestigio prementem validum insufflasse ventum: *Videntes ventum validum timuit.* Dum nauiculam insipientibus fluctibus, acribus ventorum flatibus impetum seruabat illas: *Nauicula in medio maris iactabatur fluctibus.* Dum naufragio eripit Petrum contra maris, & ventorum pertinacem concordiam, diuinitatis clatiora præbet indicia, immo manifesta omnipotentia argumenta. Ergo iure Deum conclamauit, dum Petrum creptum tantis petiulis conspexerunt. *Discipulus ( inquit Rabban. in Cat. ad Math. 14.) salutem inuenit.* Petrus incolus erat Christi omnipotentiae elogium; quandoquidem ni Deus esset, nec ventorum potentiam reprimere, nec petrum pauperem, inualidumque defendere.

Mat. 14.  
v. 33.

## §. IV.

*Apud Deum semper inuenies fidelissimam protectionem, apud creaturas infidam sapè securitatem.*

i. Reg. 23.  
v. 5.

Iof. 2. v. 21.

Iof. 6. v. 20.

**I**nutili sapè labore desudat, qui creaturas officiosis obsequijs obligans fidelem ab eis auxilij protectionem sperat. In Deo collocanda est fiducia, cui solicita suorum est cura, & fida semper tutela. *Vitam* ( aiebat Cassiod. 11. Var. 2.) *cælestis Princeps faciat esse longam, Romana Republica hostes imminuat, tempora tranquilla concedat. Adnectit: Mibi filio vestro intelligentia sensus aperiat, ut quæ verè sunt utilia, sequar, quæ vitanda, refugiam. De cœlesti vigore venit, vt resplendeat veritas, & agnoscatur etiam fallacitas ; Cùm frequenter homo sibi periculum maturarit infirmis innixus, & dolis speciosissimi oblectatus; vnde in media pace bellum insurgit: & vnde petebantur auxilia, promanare solitant detrimenta. Dauid Ceilenses ab hostili incursione defenderat, abegerat hostes, conservarat omnium salutes : *Saluavit Dauid habitatores Ceila.* i. Reg. 23. v. 5. Vbi Saül prædator iniustus in Ceila nouit degere, tentat obsidere, & dura armatorum indagine obsessum capere. Quid tunc? Cautus Dauid Oraculum consulit, & infidos fore Ceilenses audit : *Si tradent me viri Ceile?* In mentem non videbatur, suspicax ventura diffidentia de Ceilitis, quorum vitam, & facultates defenderat recenti victoria. Cur ergo Dauid Oraculum consulit, & requirit? Certè, quia ingenium creaturarum agnouerat. Quos magnis beneficijs, officijsque obstrinxerat, verebatur, nec fallebatur. Audi quid Oraculum respondeat : *Et dixit Dominus: Tradent.* Ergo præsenti epicinio Dei laudes cecinit, & petram solidissimam appellauit : *Dominus petra mea:* acsi dicat : Facile ruet debili arenæ fulcimento innixus, non ita petra fundatus: ergo qui ad Dominum configuit, solidam inueniet petram; qui ad creaturas, arenam debilem, & infirmam. Ad rem N. Sanctius : *Petra dicitur Deus, quia illa solida est, & firma, si vellum aliud naturale solidum perfugium.* Dei securum expertus est patrocinium, cùm Ceilenses maluerint Saülis adulari potentiae, quām Dauidis tot titulis digni fauere institia. Rahab funiculo coccineo domum suam invenit : *Appendit funiculum coccineum in fenestra.* Iosué. 2. v. 21. Domum solidissimo ad speciem muro defendi, ex Textu constat : *Domus hæreditat muro.* Si murus saxeus, altitudinèque procerus adhærentem sibi domum defendit, quid opus funiculum aut quod à funiculo poterit sperari securitatis subfidium, si à muro desperatur tutamentum? O mulieris prudentiam! Funiculus cœlestis erat protectionis indicium; murus ad speciem firmissimum tutamentum. Ergo, vt prudens, Rahab humano auxilio diffidit, & de cœlesti auxilio sperauit: & quidem effectus mulieris commendauit prudentiam; nam saxeus murus collapsus est. *Muri illicò corrue-* runt. Ios. 6. v. 20. Corruens hærentem sibi mulieris domum secum murus traxisset, ni funiculus firmasset; ast illæsa remansit, quia cœlesti auxilio protecta, & rueret soliditate murorum sis. O quām est creaturarum ingenium infidum! Quām Numinis inconcussum tutamentum! *Funis* ( inquit Procop. ad Ios. 2. ) *quantumvis debilis non disruptur.* Debilis videbatur funis ad domum stabiliendam, spuralis soliditas censebatur aptior ad ruinam lon-*

gissimè propulsandam; verū datus à Deo finiculus extitit solida petra, muri petra fuit labilis vnda: vt noueris apud Deum inueniri fidelissimam protectionem; apud creaturas infidam securitatem.

## §. V.

*Qui Deo adhæret, vegeto robore vtitur, qui appetitum sequitur, infirmatur.*

**V**irtutis studiosus frequenter valido robore vtitur, quia delicijs non eneruatur: non potest firme vigore vti, quem constat voluptatibus mancipari. Dic ( aiebat Senec. epist. 24.) *mortale tibi, & fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum, aut ex potentioris viribus dumuntiabitur dolor, sed ipsæ voluptates in tormenta vertuntur.* Epulis deditus cruditates patitur, capacioribus scyphis vsus neruorum torporem, & capitis vertigines experitur, libidinosus membrorum omnium depravationibus infirmatur: sanior, vegetiorque viuit, qui temperantia, & virtuti inseruit. Vbi Dauid Deo adhæsit, se confessus est robustum, & validum: *Dominus petra mea, & robur meum:* acsi dicat: Dum Deo inserui, inest mihi robur, & validæ vires; si à Deo recederem, frequentes subirem infirmitates. Profectus Lira: *Robur meum me fortificans contra hostiles insultus.* Virtus vires ministrabat, quibus hostiles insultus repelleret, & pericula effugeret. Dauid legitur vegeta salute fructus, et si campis exerrarit, & iniurias temporum sustinuerit. Temperantia fulciebat salutem, & delitarum abdicatio membris indiderat firmitatem, cùm delicijs deditus pallore semper albescat, & viribus ipso otio eneruatis marceat. Sanson cum leone congressus tulit decantandum triumphum, & suauem fauum accepit laboris præmium. *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis.* Quem cùm sumpsisset in manibus comedebat. Iudic. 14. v. 8. Qui contra leonem viribus præualuit, ab hoste luminibus viduatur, & mole brutorum instar addicitur: *Quem cùm apprehendissent Philistijm, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinclum eatenis.* Iud. 16. v. 21. Si inquiras: Quomodo leonum dominor euaserit adeo infirmus, & indignis ministerijs inseruuerit applicatus: Respondebit Drogo de Sacram. Dom. &c. delitijs mentem caligasse, roburque perijisse: eius verba sunt: *In tantum amasti mulierem non amantem te, sed persequentem, ut sapientia tua stultesceret, & fortitudo tua infirmaretur.* Mulieris delicijs irretitus, & voluptatibus deditus vires amisit, & cæcitatem contraxit. Qui aduersarios deterrebat, vinculis manus præbuit, & qui spolijs exundabat, carcerem sibi ignotum intravit. Deliciae mentis perspicaciam obcecarunt, & eneruem voluptates reddiderunt. Iure ergo Dauid Deum, ait, inuictum sibi extitisse robur, nam virtutem fecutus, validis floruit viribus adornatus.

## §. VI.

*Minus non est, mala patienter subire, quam spolijs triumphalibus splendere.*

**P**atientia cœleste munus, quo homo scipsum vincit, & erumpentes passiones exhibet. Laudabile est trophæa de hostibus reportare, sed seipsum laudabilius est vincere. *Quæ igitur* ( aiebat Tertul. de Pati. cap. 13. ) *negotatio patientia in corpore?* Iam responderet: *Cum producitur ad experimentum felicitatis,*

*felicitatis, ad occasionem secunda intinctionis, ad ipsum diuina sedis ascensum, nulla plus illic, quam patientia corporis.* Aes dicat Tertullianus: Cūm homo veluti athleta producitur, ut cum aduersa fortuna luctetur si patientia eluceat inuita, nobiliori, quam si hostes detriumpharit, resplendebit victoriā. Quod enim spectaculum dignius, quam homo cum aduersa sorte compositus, & inter procellarum adiutus firmus? David Deum sibi fuisse, ait, petram, & robur: *Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.* De illa petra loquitur, quae contorta gigantem deiecit, vel de eo robore, quo in eum à Saile insidiosè excogitata patienter tulit. Sed inquires: Cur similes grates rependat, singulari adeò triumpho nobilitatus, & robore instructus, quando videtur esse sublimius, hostem atterere, quam laboribus diuexari? Cur ergo eodem modo, actis Numini gratijs, celebrat mala patienter sustinisse, ac cantanda dexteritate triumphos de hostibus reportasse? Quia non est ignobilior triumphus, quam aduersarij vires infringere, erumpentes iracundiæ motus frænare, & indignationis ardorem patientiæ lenitatem sopire. Audi Hugonem ad hunc locum: *Petra mea, id est fortitudo, id est, à qua habeo fortitudinem, & robur ad mala sustinenda, & bona agenda.* Petra fuit illi Deus ad deiiciendum gigantem, inuictum robur ad sustinendum Saûlem: ergo pro vtroque agit gratias, quia non est minus gloriosum, mala patienter sustinere, quam triumphos plausibiles reportare. Christus Dominus solo verbo inimicos deiecit: *Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Ioan. 18. v. 5. Qui facile adeò hostium eneruarat vires, potestarem tenebris fecit: *Hec est hora vestra, & potestas tenebrarum:* Lue. 22. v. 53. Quam concesserat tenebris potestatem, ipsum in dilargientem armarunt, sed miranda æquanimitate tulerunt. Consupitur, verberatur, ad vietam, vt pecus, adducitur patientiæ idea, & humilitatis forma. Tertul. de Pati. cap. 3. ait, non minus se Dei esse filium, patientia ostendisse, quam reportata de aduersarijs victoria declarasse. *Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est.* Hinc vel maximè Pharisæi Dominum agnoscere debuissis, patientiam huiuscmodi nemo hominum perpetraret. Vno verbo aduersarius prostratus Christum Dei filium declarabat, & aliquid in eo latere suprà hominem ipsa trepidatione ostendebat. Verum licet triumphus, inquit Tertullianus, euulgarit virtutem, ingratos tamen patienter sustinere, obscurdescere ad iniurias, pati indignissimas contumelias, quin impatientia aliqua exterius erumperet, aut interioris animum inquietaret, eximium erat Diuinitatis testimonium, & contra affectatam Pharisæorum cæcitatem certissimum argumentum: *Hinc vel maximè Pharisæi Dominum agnoscere debuissis: patientiam huiuscmodi nemo hominum perpetraret.* Bene ergo David non minus Deo gratias agit, quia reportatis victorijs aduersarios fugauit, quam, quia ad tolerandos tot calamitatum fluctus infracta patientia luxerit.

### §. VII.

*Gloriosum est exterius aduersarios euincere, sed gloriiosius de interioribus triumphum agere.*

*Q*uos apud sæculum celebramus inuictos, interioris inueniemus sæpè concupiscentijs pro-

stratos. Mediocritas humana externis solùm factis diuidicat, quia eius perspicacia internos voluntatis recessus nequit peruestigare, nec & quam sententiam ferre. Vulgus repetitis acclamationibus aduersariorum spolijs datum celebrat, peiori interiori captiuitate depresso prorsus ignorat, cūm felicior victoria sit erumpentes animi motus compescere, quam externas hostium phalangas subigere. *Mediocritas humana* ( aiebat Tertul. de Pœnit. cap. 3.) *factis solum indicat, quia voluntatis latebris par non est.* Humana mediocritas nec internas victorias, nec casus miseris defendit, & licet deprehenderit, magni non habet. Circa externa versatur totum studium; ast qui reluminatos mentis oculos habet, scit minoris habenda, que externam, & volaticam patrunt gloriam, quam que solidam, & stabilem conseruare patientiam. Hinc est, quod David, dum gratulatorium Deo carmen dicit, pro internis subiugatis motibus, & externis deuictis aduersarijs animitus gratias agit: *Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.* Id est, Deus me à periculo salvavit, mihiq[ue] fuit pro petra, quando Goliath superbissimus insurrexit; sed & robore me inuicto muniuit, ne internis motibus, tot hostium iniurijs, ingratitudinib[us]que concitatus succumberem, & periculis cederem. Externus hostis mihi obtulit celebrandam victoriam, motus passionum internus mihi solicitabat ruinam; ergo non minus Numini debeo, quia de internis motibus sum consecutus victoriam, quam quia reportauit de aduersarijs externis palmarum. Prodest Hugo: *Petra mea, id est, fortitudo, à qua habeo fortitudinem, & robur, id est, duplēm fortitudinem interiorē, & exteriorē.* Concinit Lira: *Dominus petra, id est fundamentum me stabiliens contra multiplices impulsus, & robur meum me fortificans contra hostiles insultus.* Dum se considerabat de Saile multis titulis benemeritum, indefeso odio ad mortem queri, à Ceilensisbus ab imminenti periculo ereptis prditionem disponi, naturæ vi ad vltionem excitabatur, & ad iracundiam mouebatur. Hos tamen impetus, & naturæ impulsus sic cœlesti gratia edomuit, subiugauit, repressitque, vt hostis curatorem egredit, & promalis bona reddiderit: ergo fatetur eximiam erga se Dei benevolentiam, quia non solùm de externis inimicis concessit laurum, sed etiam de internis passionibus triumphum; quandoquidem gloriölier est victoria, insanientes animi motus componere, quam aduersarios deiçere. Iob de iniquis se egisse triumphum testatur: *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferbam pradam.* Iob. 29. v. 17. Audisti de hoste victoriam, audi de excitatis animo fluctibus palmam: *Testa saniem radebat, sedens in sterquilino.* Iob. 2. v. 8. In sañie exteriori erumpente, in bestiolis vlcerosæ carnis foraminibus procreatis agnoscunt Patres adumbratas animi passiones, rationi, equitatique aduersas: has ergo Iob testa rasit, & solerti vigilantia repressit. Audi Gregor. lib. 3. Moral. *Quid per testam, nisi vigor distinctionis, quid per saniem nisi fluxus illicita cogitationis accipitur?* Erumpebat dilassata mulieris probris iracundia, accendebat verbis amicorum lugillatiu[m], impatientia lacescebat constantia tot calamitatibus impetu. Verum Iob h[oc] animi impetus tolerantia mirabiliter reprimebat; & si quid conscientiam quiete vulnerare, solerti solicitudine propulsabat. Iam, si inquiras, quid Iobo plausibilis? quid diabolus acerbissi

acerbius? quid Deo gloriosius? Respondebit Ter-  
tul. de Pati. cap. 14. minus fuisse molestum diabolo,  
videre Iobum externis victorijs coronatum, quam  
internis insignitum: *Quid ridebat Deus. Quid?*  
*Difſecabatur Malus: cum Iob immundam ulceris sui*  
*redundaniam magna equanimitate diſtringeret. Ve-*  
*xillum de inimico extulit, cum tot doloribus di-*  
*laſſatus, tot amicorum acerbitatibus impetus,*  
*tot vxoris subsannationibus instigatus, illaſa pa-*  
*tientia constitit, & animi fluctus repreſſit; nam*  
*in triumphis primum tenet locum, se vincere,*  
*ſecundum, hostem proſternere. Gedeonem Ange-*  
*lus triticum à euanidis paleis ſecernentem, & fu-*  
*gæ ſubſidium prouidenter parantem, monet non*  
*fugere, ſed aduersarium impetere: Cum Gedeon*  
*filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in tor-*  
*culari, ut fugeret Madian, apparuit ei Angelus*  
*Domini. Iud. 6. v. 11. Sua Angelus dignatur viſione,*  
*ſed dum frumenta purgat, & prudenter paleas à*  
*granis ſecernit. Datus iam Gregorius ait, nihil*  
*aliud eſſe paleas excutere, quam animum à futi-*  
*libus appetitibus repurgare: Quid eſt frumentum*  
*virga cadere, niſi reſtitudine iudicij à vitiorum pa-*  
*leis virtutum grana separare? Iam Gedeon repre-*  
*tandis de hoſte triumphis designabatut, cum pa-*  
*leas futiles excutiebat, & grana prouida ſollicitu-*  
*dine mundiſſima conſeruabat. Non fugeret, ni*  
*paleas separaret, quia licet palea exigui ponderis*  
*videatur, ad retardandam ſpirituelle fugam im-*  
*pedimentum eſſe inuenitur: & ad hæc: ob accep-*  
*tum de victoria Oraculum Gedeon afferit hædum,*  
*& iubetur iure ſuperfuſum offerre, & in triun-*  
*phorum auſpicatum präſagium Domino confe-*  
*ſcere: Ius de ſuper funde. Moribus adaptans histo-*  
*riam datus ſuprà Gregorius ait, idem eſſe ius ſu-*  
*perfundere, ac animum ab omni ſorde mundare:*  
*eius verba ſunt: Ius ex carne liquidum in petram*  
*funditur, quando mens à cogitationum carnalium*  
*fluxu vacuatur. Ut dupliſi Gedeon nobilitaretur*  
*victoria, paleam excutit, ius ſuperfundit, ne quid*  
*ex hædo iam occido remaneat, quod reportan-*  
*dum triumphum impedit. His armis munitus,*  
*facile euertit hoſtes; & idem Angelus, qui de hoſ-*  
*stibus promiſit triumphum: Percuties Madian*  
*quasi vnum virum: à Gedeone de internis incuſio-*  
*nibus in primis ſollicitauit trophæum: ut qui bene*  
*nouerat, nobiliorem eſſe de internis motibus re-*  
*portata victoriam, quam de aduersarijs externis*  
*allatam palmam. Itaque prima, & excellentior*  
*Gedeonis victoria, non fuit Madianitam atte-*  
*rere, ſed paleas excutere, ſed hædum laſcivum*  
*iugulare, ſed nil, quod hædum ſaperet, derelinque-*  
*re. Imò quaſi vnum virum hoſtiles copias fugabit,*  
*ſi prius internos adſultus vicerit, quia operoſius*  
*eſt, cupiditatibus modum imponere, quam exter-*  
*nos hoſtes effugare.*

## T E X T V S .

VERS. 3. Deus fortis meus, ſperabo in eum:  
ſcutum meum, & corona ſalutis meæ,  
eleuator meus, & refugium meum:  
ſaluator meus de iniquitate liberabis  
me.

## §. VIII.

Firma in Deo ſpes hominem roborat, & ini-  
micum debilitat.

Dan. 13.  
v. 60.  
**F**iducia, verecunda petitio eſt, & grata Deo vis,  
qua opem impertiſi ſuadet, imò & quodammodo Deum cogit. Magnitudini ſua detraxit, quiſ-  
quis laudabilem confidentiam eluſit. *Quid enim*  
*iustus eſt (iebat Princeps apud Cassiod. 10. v. 27.)*  
*quam petenti confeſſe. Iſpa humilis petitio ius ſibi*  
*acquirit, & indubia confidentia, dum honeste*  
*blanditur, impetrare etiam probatur. Deus (inquit*  
*Dauid) fortis meus, ſperabo in eum. Aci dicat:*  
*Dum omnem in Deo fiduciam colloco, mihi*  
*fortitudinem inditurum non dubito; tanta namque*  
*maieſtate videretur indignum, ſi animitus confi-*  
*dentis frustraret votum. Ita videtur interpretari*  
*hanc clauſulam Hugo Card. Fortis mens, id eſt mihi,*  
*vel per quem ſum fortis: ſperabo in eum. Firma fides*  
*dignam recepit mercedem, inuictam ſcilicet for-*  
*titudinem; nec enim poterat pericula non elude-*  
*re, qui indubia, & religioſe fiduciae clypeo didi-*  
*cerat ſe protegere. Susanna caſtitatis decus ab im-*  
*puris ſenibus circumuenta, & iudicali ſententia*  
*lapiſibus condemnata, praeter opinionem lapiſu-*  
*m tempeſtatem euafit, & mira apud omnes pu-*  
*dicitiæ laude reſplenduit. Exclamauit itaque omnis*  
*cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui ſaluat*  
*ſperantes in ſe. Dan. 13. v. 60. In iudicio oppreſſa*  
*calumnijs, & confictis mendacijs rēa ediſtali pro-*  
*grammate condemnatur; verū vbi pro ipſa*  
*ſtetit firmiſſima in Deo fiducia, victoriam con-*  
*fecuta eſt: Benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes*  
*in ſe. Aci dicent: Quod Susanna illæſam feruarit*  
*pudicitiam, eius commendat virtutem, ſed confi-*  
*dentia adſcribendum eſt, quod prorsus deſtituta*  
*ipſo in periculo vitam inuenierit, & famam auxe-*  
*rit. Certè Susanna cæcissimis difficultatibus irre-*  
*tiebat, factioſis calumnijs denigrabatur: iudi-*  
*cum peruersa vltione condemnatibatur; aſt decan-*  
*tandum ſæculis triumphum reportauit, quia in*  
*vno Deo indubie, ac religioſe confidit: ſaluat ſpe-*  
*rantes in ſe. E cœlo accerliuit Susanna, quo vince-*  
*ret: Flens ſuſpexit ad cœlū: erat enim cor eius fiduciam*  
*habens in Domino. ſupra. v. 35. Danieli in campum*  
*fiducia produxit, & contra colorata ſenū com-*  
*menta armavit, nec caſtum corpus, quod diabolus*  
*infamarat, potuit mortem, aut infamiam pati, dum*  
*inuicta conſtabat in Deo fiducia defendi. Audi*  
*Zænon. Serm. de Susanna: Falsoſ teſtes paucor in-*  
*uadit, tremuit diabolus, quod ipſius commenta nuden-*  
*tur. Extrema ſenū libido auctoritate abutebatur,*  
*populus fallobatur, diabolus, veritate oppreſſa*  
*lætabatur; aſt vbi conſtantis in Domino fiducia*  
*in arenam deſcendit, triumphum glorioliſſimum*  
*tulit. Iam Angelus ſenes prodigioſa libidine adu-*  
*ſtos ſcindit, iam diabolus tremit, iam populus co-*  
*ſpectis religioſe fiduciae fructibus gaudet. Nec*  
*enim poterat pia fiducia, & fiducialis conſtantia*  
*aduersarios non vincere, dum pro ſe cœlum nequi-*  
*ret non habere. Daniel captioſis dolis circum-*  
*uentus poſtulabatur ad mortem; & licet Rex*  
*infidias präcallens, & vtilitati Reipublicæ con-*  
*ſulens, Danieli expoſtulatum eripere cona-*  
*retur, decretis à ſe ſtatutis vrgetur, & ad feris*  
*tradendum cogitur, & quia Princeps videt*  
*humanum deficere prorsus auxiliū, ad reli-*  
*gioſe confidentia inuictum ſe contulit propugna-*  
*cum;*

Dan. 6.  
v.16.

culum : *Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te.*  
 Dan. 6. v. 16. Danieli in lacum demissō subsultabant leones venerabundi, vīmque sibi inferebant, Prophetam ieunio armatum reueri. Inquirunt Patres, quæ inter tot tantasque virtutes fuerit præcipua ad truculentæ leonum frænandum ora? Alij Prophetæ patientiam, alijs ieuniorum obseruantiam existimant leoninum rictum frænasse, & sauitiam edomuisse. Verū Tertullianus indubia, religiosæque confidentiæ triumphum adscribit: nam Darij de Deo digna præsumptio cœlestes suppeditias artulit, quibus saeva ferarum truculentia est repressa, & reportata de liuore saeculis decantanda victoria. Eius verba sunt aduersus Gnost. cap. 8. *Danielem nullius præter Dei supplicem, & id circò à Chaldais delatum, ac depositum, statim vique conclusa, & vñtata feritas leonum deuorasset, si Darij digna præsumptio de Deo falli debuisset.* Acs̄ dicat: Forsttan famelica leonum sauitia deuorasset Prophetam, quantumvis virtutibus exornatum, ieunijs, & oratione munitum, vt Prophetæ alteri contigit, quem leo et si non deuorarit, occidit; in Deo vero confidentia nec falli debuit, nec frustrari potuit: *Conclusa, & vñtata feritas leonum deuorasset, si Darij digna præsumptio de Deo falli debuisset.* Digna præsumptio nec debuit, nec potuit falli, immo triumphis meruit redimiri. Nec solū religiosa confidentia æternum corporis pellit periculum, sed internum nouit anteuertere detrimentum. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquila.* Isaï. 4.v.31. Fortè Propheta alludit ad mulieris de draconet triumphum: Nil draco non tentauit, vt mulierem seduceret, vt splendorem nitidissimum obscuraret, vt volatum impidiret. Verū mulier alis duabus tendit ad desertum, draconis manifestum distorquetur delirium. *Dare sunt mulieri alas aquile magnæ, ut volaret in desertum.* Apoc. 12. v. 14. Fluiiales, delicioſasque tetendit insidias, triumphauit tamen foemina aquilinas assumens alas. Eiusmodi pennas spe fixa fulciri tradit Propheta: *Qui in Domino confidunt, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquile.* Isaï. 40.v.31. Vbi mulier sentit multiplices sibi insidias obtendi, ad spem configuit, & spes aquilinis instruxit alis, quibus, et si mulier, versati serpentis dolos elusit, eludendoque torsit. Hanc ergo fortitudinem à Deo sibi datam testatur David in spei præmium, & ad dæmonis exitium: *Deus fortis meus, sperabo in eum.*

## §. IX.

*Qui cœlestis protectionis scuto protegitur, hostiles repellit ictus, & victoria assequitur plausus.*

**I**gnauia applicandum est, si cum hoste initurus congressum, firmum non obiecerit telis scutum; fidelis namque vīmo ab ictibus protegit, dum repellit. Nec virorum ( aiebat Euryp. in Aeolo.) multitudinem expanescat, aut timeatis, quin aliquis recta in prima acie scutum protendat. Belli est difficile, & periculosum ingenium. Sed Prodest ad tuendam vitam scutum, nullus tamen clypeus est adeò affabré factus, solerter adeò constructus, qui violentia non cedat, & aditum vulneri offerat: fallit humanus, sed protegit iniuctus clypeus diuinus. Cui Deus auxilio est, non solū euadit plagam, sed assequitur etiam victoriā. Hinc est, quod David modò repetit, quod giganti olim prædictit: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego au-*

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

tem venio ad te in nomine Domini exercitum. 1. Reg. 1. Reg. 17<sup>1</sup> 17.v.45. Quid tunc? *Dabit te Dominus in manu mea,* v.45. & percutiam te, & auferam caput tuum à te. Gigas Dauidi obijciebat præualidam armaturam, sed giganti obijciebat Dauid præualidam in Domino confidentiam, & indubiam promisit sibi victoriā. Prædictionem euentus veram ostendit, & triumphum confidentia de immani aduersario tulit: *Scutum meum, & cornu salutis mee.* Acs̄ dicat: Vbi Deus mihi adinstar scuti fuit, aduersariorum elusi ictus, & triumphi assecutus sum plausus; id enim sonat & cornu salutis mee. Cornu namque accipitur pro fortitudine, sublimitate, triumpho. *Cornu* (inquit Hugo) *id est firma celsitudo.* Iraque Dauid inimicos subegit, celsitudinem obtinuit, laudēisque promeruit, dum cœlesti clypeo protegitur, & interno robore armatur. Cū superba Israëlitarum præsumptio hostes despixisset, eis terga vertere cōpulsa est: Iosuē in lacrymas fusus ingemuit, sed Deus dolorem deliniuit, & quomodo notam abstergerer, & victoriā reportaret, ostendit. *Lena clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Hæi, quoniam tibi tradam eam.* Ios. 8.v.18. Cū clypeus ad hostis eludendos ictus deseruiat, non videbatur speranda victoria, sed assequenda tutela, & tamen promittit Deus laurum, si configuat ad clypeum. Iam si inquiras, qualis iste clypeus fuerit? Respondebit Glossa Moralis, Christi Domini iugem esse recordationem: *Clypeus iste est memoria passionis Dominicæ.* Thren. 3. *Dabis eis Domine scutum cordis labore tuum.* Adnechtit: *Si clypeus constanter teneatur in manu bona operationis, debellatur insultus carnis, vel fomitis.* Sinc hoc scuto Iosuë deuicta lugebant arma, illo vero deuictis hostibus, rubuerunt sanguine tela. Nam qui ad Christum, eiusque memoriā configuit, secura protectione munitus contra aduersariorum copias procedit. Dum Iosuë copiæ proprijs confidunt viribus, indecorè cesserunt hostibus; vbi vero Dominico clypeo, hoc est cœlesti ope confisi adoriantur aduersarium, facilè reportant triumphum: ergo quia Dauid hoc clypeo protectus, *Scutum meum, hostiles non solū repulit adfultus, sed victor assecutus est plausus.* Et cor*nu salutis mee.*

## §. X.

*Excelsis opus est tuto profugio, & valido fulcimento.*

**R**es est non solū inquieta, sed periculosa felicitas: ipsa se exagitat, & licet fortunati non moueat cerebrum, æmulorum exulcerare probatur animum. Ègregie Senec. Epist. 36. *Non est, quod tibi isti persuadeant, eum esse felicem, qui à multis obsidetur: sic ad illum quemadmodum ad lacum concurritur, quem, qui exhausti, turbant.* Fortunatus à multis obsidetur, nec minus à blandientibus, quam ab hostibus, solū quod alij blandissime fallunt, alij manifestius insurgunt. Ad felicem, vt ad lacum, omnes concurrunt, aut exhausti studio, aut turbandi desiderio; vnde opus est fortunatis fidelissimo vti clypeo, & validæ protectionis munimento. Bene hoc Dauid nouerat, qui vbi se à Deo meminit eleuatum, asseruit etiam protetum: *Eleuator meus, & refugium meum:* Quasi à tergo insequatur gloriam inuidentia, & contra inuidentiam sint necessaria profugia. Censes viatorijs, splendoribus, dignitatūmque luminibus splendentem non indigere profugio, sed ipsam esse felicitatem pro tutamento. Verū expertus Da-

Ggg uid

uid, eleuatum, ait indigere tuto profugio, quia plurimo obsidetur aduersario. *Elevator meus, & refugium meum.* Ut noueris felicem inter hostes degere, & vndeque talis inuadi: *Refugium meum* (inquit Hugo,) id est, ad quem refugi. Ad cœleste opus fuit profugum recurrere, quia David ubi fortunatus, contra se expertus est plures inuidentiae telis armari. *Sicut turris David* (aiebat Spons.) *collum tuum, quæ adificata est eum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4.v.4. Vbera, quæ hinnulis comparauit, clypeis non munivit. *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli caprae gemelli, qui pascuntur in lilijs.* v.5. Si inquiras: Cur hinnuli placide in lilijs pascantur, & nullis terroribus agitantur, quando collum tot clypeis munitur, & tot armorum sollicitis excubijs defenditur? Respondebit Textus, hinnulos ut inuailidos, & exiguos nec inuidentiae telis expositos, nec dolosis artibus impertos, collum verò, dum eminet, dum capiti proximum lucet, indigere clypeis, quia celitas ipsa intuentium exulcerat inuidentiam, & dolosam irritare solet astutiam. Qui celsi, præcipito inueniuntur vicini; aut quia ipsa felicitas mouet fortunati caput, aut quia inuidentis insufflat odium. Contra celsum multiplices tenduntur insidiæ, & armantur fraudes dolosæ. *Abbas Absalom censet* (verba sunt Delrij in Lit.) *dicit turrim propter tria: altitudinem, pulchritudinem, fortitudinem.* Dum turrim vocat, denotat sponsam cæteras altitudine vincere, pulchritudine supergredi, felicitateque superare; ergo opus illi fuerunt scuta, & arma; nam inuidentia multiformia tela collimat, & euertere indefessa sollicitudine tentat. Nouerint ergo felices, esse prærupta, quæ eminent alta, ut tuta prouideant sibi profugia, quibus multiplicita frustrentur tela. Adde, felicitatem bene comparari vino; nam, ut vinum temperatè vtenti, vegetam conseruat salutem, & intemperanti affert inopinatam perniciem, sic felicitas prudenter in planum deducta euadit periculum, sed si fortunatum inebriarit, & mentem è loco mouerit, affert celerrimum detrimentum. *Bene aliquis illam fert* (aiebat datus Seneca) *sic: quomodo vinum.* Si plures modestius vtentur fortuna, clusissent & iacula; verum dum asperi, dum violenti, dum tumidi alios irritant, vndeque impetrare irritati laborant. Leunculus ad thronum euehitur, & iam factus leo inhiauit ad prædas, irrogare non timuit iniurias: & qui leunculus pacate viuebat in sylua, leo aduersariorum sustinuit tela. *Eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est.* Ezechiel 19.v.3. Contra leonem aduersarij plurimi militarunt, & durissimis catenis vinxerunt. *Audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti.* Mira res: leunculus non capit, & leo vincitur. Et quidem securior leo, quæ leunculus videbatur, cum & robur validius, & vis ad se tuendum adactior: quomodo ergo leo expectit miseriam, qui leunculus placidam est potitus fortunam? Iam Textus retulit: *Didicit capere predam, hominemque comedere.* Dum leo abusus est potestare, dum situit sanguinem, dum superbus comedit hominem, contra se excitauit insidias, & catenis vinclitus extrebas subiuit etiam miseras: leunculus non incessit superbo adeò fastu, non terruit rugitu, non nocuit mortu; ergo deguit pacate in sylua, nec contra se aduersariorum ascivit arma; ast dum leo potentia fisis nihil non auget, pericula ingentissima incurrit. *Didicit capere*

*predam (inquit Lira) per rapinas, hominemque comedere per homicidia: sua sibi potentia nocuit, dum alieno adipatur sanguine, dum rapto ditescit ære.*

## §. XI.

*Grande beneficium est à vita liberari periculis, sed grandius à conscientia absolui piaculis.*

**M**ateria est gloriae principalis, discriminata miseri propulsare, & salutem periclitanti largiri; quid enim gloriosius, quam indigentium leuare inopiam, periclitantium propulsare misericordiam? Verum cum longè sint pretiosiora ad animam spectantia, quam ad salutem corporis conductientia, plus debetur animæ salutem curanti, quam corporis sospitatem tuenti; plus accepit conscientia saluti restitutus, quam à corporis discriminibus liberatus. *Nisi culparum occasiones emergenter* (aiebat Cassiod. 3. Var. 46.) *locum pietas non haberet: Quid enim salubris ordinatio gerat, si morum probitas cuncta componat.* Ariditas terræ pluviæ beneficium exoptat, medicas manus infirma valetudo desiderat; verum conscientia vulnus humana nequit ad salutem venire solertia, quia opus est misericordia diuina. Hoc in sæculo poenatum acerbitas finitur cum tempore, inter supremas anhelantis ignis angustias votum est potius quam durare, perire. Vnde plus contulit, qui culpam, aut impediuit, aut depulit. Hinc est quod David cum ferè innumera accepta retulerit beneficia, eius deleuisse iniquitatem veluti fauoris agnouit esse cotonidem. *Saluator meus, de iniquitate liberabis me.* Iam præmiserat, Deum scuti adinstar repulisse aduersariorum ictus: *Scutum meum, felicitatum attulisse prouentus: Cornu salutis meæ.* De inapalibus eleuatum ad thronum contra inuidentium, ac æmulatorum multiplices, multiformesque insidias inuenisse confessus est tutamentum: *Elevator meus, & refugium meum:* sed modò grandiora refert beneficia, scilicet deleta peccata: *Saluator meus, de iniquitate liberabis me.* Ac si dicat: Meis oculis captus deliqui, honorabilem thronum violavi, sanguinem innoxium effudi: cumque haec omnia & cœlestem mihi iram conciliarent, & æternam poenam asciscerent, ea erga me fuit misericordia diuina, ut Propheticis monitis ad dignam me poenitentiam adduxerit, poenitentia clementissimus mitigavit: ergo licet magnam eius debeam deprædicare munificentiam tantis beneficiis obstrictus, longè ampliorem, culparum deletis maculis, sum misericordiam expertus. Opportune Lira: *Notatur hic iniquitas David in facto Bethsabee, de qua fuit liberatus quantum ad culpam per veram contritionem, & confessionem, & quantum ad poenarum ultionem.* Diuina lucebat in collatis Daudi beneficiis munificentia, verum cum essent temporalia, tempore erant etiam auolatura; ast quæ adulterij, homicidijque sautiabat animum plaga, ni cœlesti dignatione fuisset curata, immortalis esset miseria. Ergo quantum æternum distat à temporali, tantum distabat à cæteris beneficiis mèrem cœlesti luce reluminasse, & vires ad eluendas conscientia maculas indidisse. Quid enim professus est throni celstudo, purpuræ splendor, si culpâ inquinatus, in æternum disperiret, & gehennalibus flammis adustus gemeret? Bene ergo beneficiorum fuisse testatur cumulum, de iniquitate eripuisse, & oculos cordis ad abluendam lachrymis culpam reluminasse. Judith, ut pote hostium depopu

depopulatrix, & Israëlitarum adiutrix faustis acclamationibus, & dimitijs copiosissimis adaugetur. Vniverſa que Holofernis peculiaria ſuīſe probata ſunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vefibis, & gemmis, & omni ſupelleſtili. Judith. 15. v. 14. Viſtrix dextera aeternauit ſibi famam diuitiarum affecuta ingentiffimam copiam; Verum Judith quāſi cæterorum oblita, Numinis erga ipſam exaggerat dignationis excellentiam, quia culpa infici non permisit, ſed ab omni macula immunem prorsus feruarit. Vnuit ipſe Dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc eunt em, & ibi commorantem, & inde buc reuertentem, & non permifit me Dominus ancillam ſuam coinqnari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua, in euafione mea, & in liberacione veſtra. Judith. 13. v. 20. Hanc praecipuam à Deo ſe accepiffe fatetur misericordiam, quod euaserit maculam, non quod inauditam adeò affecuta fuerit victoram: In euafione mea: & cur non dicas: In victoria mea? Quia victoria, inquit, temporalem adducit gloriam, culpa aeternam ignominiam: ergo eti gratiarum honorabile tributum ob victoram acceptam pendo, plus me debere ob conſcientiæ integritatem agnoſco. Audi N. Sanct. Prudentiſſima fœmina, interpoſita iuriſurandi religione, affirmat opus illud à Deo fuīſe profectum, cui tribuendum eſt, quod ipſa omne periculum tam vita, quam honestatis, & pudoris euaserit. Detruncasse hostem, acquisiſſe diuitiarum congeſiem, erat comiſeratione digniſſimum, ſi interceſſiſſet piaculum; ergo cætera parui aſtimauit, à crimine prorsus rediſſe immunem benefiſiorum maximum, actis Deo gratijs, agnouit.

## TEXTVS.

VERS. 4. Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.

## §. XII.

*Dei laudes canere, eſt inimicos ferire,*

Cant. 4.  
v. 3.

**S**E caute contra hostiles impetus munit, qui Dei laudes canere puro ore non definit. Vnde coccineæ vittæ labia comparantur Sponsæ: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce:* Cant. 4. v. 3. nam, vt coccineus funiculus ē fenefra appensus hostiles impediebat conatus, ſic dulce diuinæ laudis elogium aduersariorum repellit iectus. In labijs hymnus, funiculus eſt purpuratus, quo hostes ligantur, & veluti fascino præpediuntur. *Fabricator mundi* ( aiebat Ennod. in Panegir.) ad potiora munera modulatis inuitatur eloquijs: dicite, ſi non premij loco opifici ſuo lingua blandiatur; adiungitur, quod de ſacrario mundi pectoris laudatio debet principalis effluere. Dum laudatio Numini honeſtē blanditur, verſutia inimicorum euertitur, nec procedunt inimicorum arma, ſi Numinis personuerint elogia. *Laudabilem inuocabo Dominum* ( inquit Dauid) & ab inimicis meis ſaluus ero. Iphla laus erat contra inimicos ſagitta, quæ eos proſterneret, & impetus eneruaret. Ita Lira: *Ab inimicis meis ſaluus ero, ſcilicet ab inimicis inuifibilis, qui ſunt maligni spiritus.* Maligni spiritus Dei laudes proferentem exhortent, & malunt terga vertere, quam audire: ergo Dauid, dum protulit in Dei laudem psalmum, de aereis potestatibus tulit triumphum. Sara

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

pudica fœmina, vt parentibus obediret, ſapè matrimonium contraxit; verum dæmon, Afmodæus nomine in viros exercebat imperium, & Saræ adaugebat luctum: *Tradita fuerat septem viris, & demonium nomine Afmodens occiderat eos.* Tob. 3. v. 8. Quid tunc? Ad Dei laudes afflcta vidua recurrit, & iam fraſtas dæmonis vires praesentit. *Benedictum eſt nomen tuum, Deus patrum noſtrorum, qui cum iratus fueris misericordiam facies.* v. 13. Iam prædicti milericordiam, iam hostibus prænuntiat ruinam, iam promittit ſibi victoriam. Et vnde tanta Saræ confidentia, in quam toties contulerat dæmon arma? Profecto ex Dei laudibus, inquit Stephan. in Allegor. Thylm. *In oratione perſiſtens cum lachymis deprecabatur Dominum: oratio Deum lenit, lachryma cogit: hec uenit, illa pungit.* Dei laudibus obarmata, & lachrymis uicta ſic inimicum pupugit, ſic vastauit, vt exinceps viribus prorsus defecerit, ne in arenam iterum profiliere tentarit. Inuifibilis namque hostis ardentissimo inuidentia dolore torquetur, cum Deus de ſacrario casti pectoris, de pudico ore prolatiſ laudibus commendatur. Quousque Sara Dei elogia referre diſtulit, vires aduersarius exercuit, aſt vbi protulit Dei elogia, viſtricia contra dæmonem fuerunt arma. Ergo ſi viſ à captiosis inſidijs dæmonis liberari, affuſſe Dei laudes proferre; nam Dei laus durius hostem vulnerat, quam ſagitta, & dum resonat grata lingua, confuſibilis retunditur hostes audacia. Bene ergo Dauid ad diuinas recurrit laudes, ut iuuiſibiles atterat hostes: *Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluſ ero.*

## TEXTVS.

VERS. 5. Quia circumdederunt me conſtritiones mortis: torrentes Belial teruerunt me.

## §. XIII.

*Sapè adeſt Dei opportunum auxilium, cum nul- lum ſperabas à cæcis difficultibus exitum.*

**S**apè homo in eas deuenit angustias, eis ſapè difficultibus irretitur, vt quodammodo ad ſalutem exitus desperetur; arduis tamen in caſibus adeſt diuinum auxilium, & mare in tranquillitatē vertitur turbulentum. *Perpetua nocte ſuperſtes* ( aiebat Cassiod. 5. Var. 29. ) ad remedia noſtra mutuati luminis beneficio festinavit, vt quem vincere non poterat, ſaltem clementia ſuauit sentiret. Caliginosis tenebrarum volumenibus circumſepto regia clementia affuſſit, & indulgentiæ ſuauitate ſalutarem præſtitit exitum, cum miſerandum iam timeretur exitum, Dauid etiam in eas deueniſſe testatur difficultates, vt nullum vitaſ appareret effugium, nec humanum videtur ſuperelleſe remedium: *Circumdederunt me conſtritiones mortis: torrentes Belial teruerunt me.* Veluti impetuofis torrentibus voluebatur circumactus, & mortis periculis ingeniſcebat vndequaque circumſeptus. Verum cum copioſo milite obſeffus & omni humana ſpe deſtitutus, diuina dignatione aduersariorum artes eluſit, & incolumis prorsus euafit. Hunc eſſe legitimum versiculi ſenſum Noster existimat Sanctius, cuius verba ſunt:

Ggg 2 Incipit

*Incipit laudare Deum, dum ostendit, quām fuerit ab inimicis grauiter, atque diu vexatus, & quomodo à rebus angustis, queque nullum videbantur ad salutem exitum habitura, non solum incolmis, sed etiam superior, & vīctor semper emerserit. Cūm contritiones, seu angustiæ mortis illæ dicantur, quibus iam præsentibus, nullum speratur suffragium, & cūm rapidis torrentibus militaris assimiletur manus, quæ præceps irruit, & vndique circumseptum ad mortem petit, ait Dauid, eis torrentibus deterritum, eis mortis angustijs sic circumuallatum, vt nec spes affulgeret, nec industria proficeret; & tamen Dei auxilio difficultates aded cæcas rupisse, & conatus aduersariorum frustrasse. O quoties homo, ni Dei adesset opportunitè misericordia, ingemisceret hostium præda, & quas appetitus cæcitas asciuit, implicatus difficultatibus, ad salutem non promoueret vota. Verūm Deus à vitæ discriminib[us] eruit, & ab animæ tenebris ad lucis felicitatem reducit, vt iam abacto discrimine, & mortis liberatus timore innumeris liberatori gratias agat, & cautus eiusmodi salutis, & animæ pericula repetere timeat. In eas Israëlite deuenit angustias, vt à tergo Aegyptius hostili mucrone instaret, & mare transitum impediret. Cūm persequerentur Aegyptij vestigia precedentium, repererunt eos in castris super mare. Exod. 14. v. 9. Inermi armatorum copia impedito sola spes restabat in fuga, sed hanc permittebant nullatenus maria. Cūmque iam Israëlite non solum se deploraret occisum, sed insepultum, & autibus deuorandum, adfuit cœlestis fauor, & euauit omnino terror; nam scissum mare fugientibus fuit profugium, & persequentibus fuit naufragium: Tollens se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israël, abiit post eos. Angeli præfentia aduersariorum vigor elanguit, & Israëlite per profunda maris puluerulentus incelsit. Audi elegantem Zænonis stilum Ser. 3. de Exodo: Præsentaria exitum mortis expauit: hinc enim persequentium Aegyptiorum infestis mucronibus premebatur, inde maris undis magno clavis obice premebatur. Etenim illi nulla inerant naues, nulla transfretandi presidia, cūm subito diuina prouidencia scinditur mare. Aegyptiorum strage, Hebræorum salute voluit Deus omnes edocere, ne ullus de cœlesti misericordia desperet, quantumuis se sentiat cæcis difficultatibus impediri; nam, si ex corde cœleste imploret auxilium, salutarem inueniet exitum.*

animæ oculus densis culparum caliginibus impenitus ad remedia luminis non festinat, quia quantis tenebris inuoluatur, ignorat: detestabili ambitu, qui debuisset animitùs abhorre, sæpè cognoscitur suspirare, & dum sibi vanissimis spebus blanditur, improuisus mortis doloribus occupatur. Est & hac peruersitas hominum ( aiebat Tert. aduers. Gnost. cap. 5. ) Salutaria excutere, exitiosa suspicere. Scorpiaco veneno faucius veluti stuporis vinculis irretitur, nec remedium procurare probatur; nam vbi pestilens ille humor possedit viscera, totus vigor animi obtunditur, & sensus gelido torpore ligatur, vt iam nec vicinam mortem obstupefactus præuideat, nec accedere sentiat. Ecce vbi Dauid lethale culpæ venenum ebibit, inferni funibus se illigatum non sensit, nec ad antidotum festinavit: & ni Deus Prophetam mitteret, qui ad mentem reduceret, caligaret: *Funes inferni circumdederunt me, præuenerunt me laquei mortis.* Ac si dicat: Vbi adulterio pollutus sum, sic obtorpii, vt nec animæ periculum cogitarem, nec me durissimis vinculis illigatum sentire, imò omnes corporis sensus obstuپuerunt, & animæ vigor euauit; vtque durissimis catenis presus, cogitur persistere immotus, sic ego culparum funibus constrictus, nec mortem cogitabam properare, nec periculum perspiciebam vrgere. Audi Hugonem: *Funes, id est obligationes pœnae grauissime, vel peccata mortalia, quæ trahunt ad infernum.* O dolor! Qui admisit culpam, sibi promittens citò expungendam, ipsius culpæ grato sopore dormit ignavus, & non semel improuisam patitur mortem nunquam soluendis nexibus irretitus. Ecce Dauid laqueis mortis se testatur præuentum: *Præuenerunt me laquei mortis:* Ut ad ultimam calamitatem inferni funis traheret imparatum: *Funes inferni circumdederunt me.* Culpam mentis comitatur stupor, animi languor: mortis aquolat sæpè memoria, & iam iam imminentis periculi fugit notitia. Dum quidam opipara mensæ assideret, & se delicatis dapibus recrearet inopinam calamitatem subiuit. *Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores:* ibi erit fletus, & stridor dentium. Mat. 22. v. 13. Densæ tenebræ comitatæ sunt dura vinclula, & auditur lamentabilis eiulatus, dum pedes, & manus constringit indissolubilis nexus. Ibi, inquit, erit fletus, quia hic nullus oculos deturpauit ploratus: à mensa est translatus ad flammam, à poculis ad inædiam. O doctrinalem parabolam! Peccatorum vincula honestas actiones retardare noscuntur, & tenebras menti effundere comprobantur. Ab internis tenebris ad exteriores transiuit, & ne exteriores prouidus præuideret, obtutus, internis caligauit tenebris mentis oculus. Fortè doloribus diuexatus, & calamitatibus inuolatus oculos aperiret, & imminentia pericula euaderet; verūm dum opipara vtitur mensa, dum regia degit in aula, non cogitat posse imminere periculum, imò se reputat fortunatum. Satis moralis in Cat. Gregor. *Quia nullum opus ad bonum impleuit, condemnatus est in loco ab omni lumine alieno.* Vinculum attulit tenebras, caligo lachrymas: & dum non prænidetur interitus, resultat æternus luctus. Agat ergo Dauid Numini gratias, quia eum ab inferni laqueis eripuit, & à mortis inconsiderantia indulgentissimus liberavit. *Funes inferni circumdederunt me, præuenerunt me laquei mortis.*

Mat. 22. v. 13.

## TEXTVS.

VERS. 6. & 7. Funes inferni circumdederunt me, præuenerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo, & exaudiet de templo suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

## §. XIV.

*Homo culparum ligaminibus irretitus, mortem pati solet improuidus.*

**M**iserabile reddit virum luminis ademptus ornatus, & cæcus culparum nexus:

§. XV.

## §. XV.

Sepè calamitas recurrere compellit ad Orationem, & Oratio depellit calamitatem.

**O**Ratio vera pœnitudine associata, dum ad cœlum mittit lamenta, calamitatum detersit nubila; inopina felicitate ad portum appellat, & reflantes acrius ventorum adsultus prorsus eludit. *Mouit nos* ( aiebat Theodor. 5. Var. 29.) *Oceri fusa precatio, sed magis miserabiliorum reddit virum luminis sui ademptus ornatus.* Dum ornatus priuatur, ad precationem vrgetur, & quam turbabat tranquillitatem appetentiae insipientis adsultus, composuit precationis honestæ ambitus. Hinc est quod David calamitatis turbine iactatus, & reflante inuidia præpeditus ad orationem recurrit, & dum cœleste implorat lachrymis patrocinium, inimicorum frustravit votum: *In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo, & exaudiet de templo suo vocem meam, & clavis meus veniet ad aures eius.* Quibus illigabatur inferni funibus, facile rupit, & mortis laqueos Orationis pennis evasit, tribulatio orare compulit, & Oratione vires tribulationis confregit. *Cum David* ( inquit Abul. q. 1.) *tribulatur tunc nimis, & desperaret se posse fugere, clamauit ad dominum inuocando.* Tribulatio omne effugium videbatur obicibus cæcis præcludere, sed supernam opem gemitis implorando, effugium assecutus est inuenire: & cum videbatur prorsus capiendus, exultauit obsidione arctissima liberatus. Contra laudabilem fœminam multiformes à senibus intèpestiu libidine adustis tenduntur infidie, & inquis calumniarū generibus premebant factiosæ causæ. Dicitur Susanna ad detestandum tribunal; ibi falsorum testimoniis mendacijs oppresa, & sententia iniquissima lapidanda, cum se non auderet opponere parentela, & crederet populari presbyteris turba; nec ullum humanum pudicæ fœminæ remaneret effugium, ad cœlum misit ploratum: *Ecce morior, cum nihil horum fecerim, que isti malitiosæ composuerunt aduersum me.* Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Dan. 13. v. 43. Daniel. 13. v. 43. Orare tribulatio suusat, & oratio abegit tribulationem, & iam turbulentus fluctus est portus. Puer spiritu sancto illustratus repetendum iudicium clamat; stupet populus quod morti edictali sententia reuocetur addicta: falsos testes conscientia turbat, & veritas clarescere incepit: *Salvatus est sanguis innoxius in die illa.* In die, qua omnis ad salutem aditus erat præclusus, ad securam portus stationem appulit gemitus: & tribulatio, dum recurrere anxiā ad orationem compellit, ipsa oratione tribulatio depulsa fugit. Zæno Veron. serm. 9. *Cruciatur diabolus, quod nulla ex parte suam perficerit voluntatem, nec adulterium enim, quod factum diffamabat, exercuit, nec homicidium, quod procurabat, inuenit.* Quæ paulò antè mendacijs ingemiscebat oppressa, iam orationis auxilio apparuit faustis acclamacionibus celebranda. Ut hinc noueris, quām tribulatio prospic ad Deum recurrenti, & forti animo toleranti. David dum patientia munitur, dum cœleste Numen precatur, triumphator euadit, & inferni thecnas eludit.

## T E X T U S .

VERS. 8. Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium concussa sunt, & conuassata, quoniam iratus est eis.

## §. XVI.

*Nullum contra Dei indignationem tutum inuenitur profugium, nec stabile permanere poterit regnum.*

**V**T qui legibus obtemperans religiosa obseruantia stat contra adsultus fortunæ erectus, sic qui belluarum more obbrutescit, ipsa insolentia nutare agnoscitur infirmatus. Quid iuuat anchoris validissimis fundari, si acri tempestate ipsas anchoras contingat infringi? Humanæ potentiae potentia humana potest resistere, cœlesti vero indignationi vis nulla poterit obuiare: sibi inuidet, qui piaculis Numinis dilassat patientiam, irritat iram David Ægyptiorum refert supplicium, ut utile fuerit legentibus documentum: *Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium contusa sunt, & conuassata: quoniam iratus est eis.* Vbi Deus est Ægyptijs iratus terræ fertilitas emarcuit, soliditas montis discessit, & quæ putabant Ægyptij nullis viribus subruenda, faxea montium fundamenta vacillauere quassata. Ægyptus exundabat armis, affluebat diuitijs, innitebatur validissimis fundamentis; ast ubi culparum excessu contra se armarunt Numinis iram, nullam in creaturis potuerunt reperire tutelam. Prodest Abul. q. 1. *Commota est, & contremuit terra, scilicet terra Ægypti, nam tempore plagarum infiictarum homines periculo, cum timore commouebantur. Adnebit: Tanta fuit turbatio Ægyptiorum, & magnitudo tronitumorum, quod videbantur ipsa fundamenta montium commouri.* Montes firmitatis oblii subsilire videbantur perterriti; nam contra Dei iram nulla persistant subsidia, nulla præalent munimenta. Edon armatorum agminibus præmunitus, locorum arduitate protectus stabilitatem sibi promisit, & contra se Deum sceleribus irritauit; verum tumens nesciebat superbia, contra Dei iram, nec aquilæ agilitatem proficere, nec montium arduitatē defendere. Abdiam audi v. 3. *Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum, qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram?* Inimicorum despiciebat adsultus, varios fortunæ negligebat aspectus, et si tot sceleribus inquinatus: ergo stultissimam confidentiam arguit Propheta, & calamitatem prædicunt certissima vaticinia. *Si exaltatus fueris, ut aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Infirma erant montium munimenta, hebes armorum acies, cæcutiens aquilina perspicacia, nec inter sidera valuit consistere, quem cœlestis indignatio decreuerat deturbare. Audi Theodor. *Altissimis montium fastigijs Idumæa undeque munita erat. Hæc conscententes, ut ab hostibus impetebeantur, sapè ex multis insidijs evaserunt.* Quoniam autem his confidens, ait, insolescit, & elato animo es, quod sis inexpugnabilis, expugnabile te, & hostibus facilem captu efficiam. Aquilina penna non subleuabat, quia culparum pondus premebat; nec petrarum defendebant

prærupta, quos irata Numinis oppugnabat potentia. Qui contra se Deum habet, nullum pro se obtinebit munimentum; vt qui pro se habet, tutissimum sortietur profugum. Dauid inferni funibus illigatus aufugit, Edon firmis petris vallatus perire.

## T E X T V S.

V E R S . 9. Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones succensit sunt ab eo.

## §. XVII.

*Deus misericorditer prænuntiat iram, ut peccator effugere possit pœnam.*

Cœlestis prouidentia certis indicijs immensis denuntiare solet periculum, vt prouida cautela solicitari sibi remedium; verum cùm ex hominibus plures belluas imitentur, & belluarum more viuant, prouidentiam ignorant. *Mergi* (aiebat Cassiodor. 3. Var. 48.) quibus nomen est ex facto, cohabitatores piscium, aquariles volucres futuras tempestates naturaliter præudentes, siccâ petunt, stagna derelinquunt. Mergus vndas derelinquit, vbi imminere tempestatem præsentit, cùm sâpè peccator imminentis calamitatis præfagia non sentiat. Deus irarum significatione misericordiam regit, vtque sibi peccator caueat imminentis tertore calamitatis percellit, quia desiderat non punire, flagellum fatagit ostentare. Dauidem audi: *Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit.* Fumus ignis indicium est; ergo ante incendium præmisit fumum, vt certum præudentes indicium, evadere conentur incendium. Facile erat Deo eiacularē ardentissimam flammat, quin præmitteret fumi notitiam, fumo tamen prænuntio indulgentiae voluit blandiri, si sibi velint homines prouidere. *Omnia ponuntur* (inquit Abul. q. 2.) ad significandam ira incensionem. Fumus ira cundiæ ardorem denuntiabat, vt certo indice admonitus, culparum maculis sibi prouideret infestus. Cùm ignis præcedat fumum, hîc pientissima indulgentia prius fumus admonet: *Ascendit fumus de naribus eius: & postea ignis vorax adurit; & ignis de ore eius vorabit.* Qui ad discipulos ianuis clausis intravit, aliquando pulsata ianua, voluit introire. *Vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.* Luc. 12. v. 36. Et quid opus est ianuam pulsare, si quibat clausis foribus introire: O cœlestem benignitatem! Monuerat discipulos Dominus vigilias indefessas agere aduersus multiformes hostis insidias: monuerat baltheo, & lucernis præmuniri: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentæ in manibus vestris:* & ne inueniat aliquem minus diligenter succinctum, aut inerti somno detitum, pulsat, vt cùm adesse nouerint somnum exutiant. Notauit Greg. Hom. 13. in Euang. *Venit Dominus, cùm ad indicium properat: pulsat verò, cùm iam per ægritudinis molestias esse mortem vicinam designat.* Si iudex quem inueniret discinctum, opus esset pœnis durissimis castigare: ergo pulsat, ne impatatum contigerit inuenire; ægritudines præmittit imminentis mortis præfagium, vt certis prænuntijs moniti, inueniamur omnes diligenter succincti. Fumum ergo, ait Psaltes, promittere incendium, vt tutum sibi solicitarint profugium.

*Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit.*

## T E X T V S.

V E R S . 10. Inclinavit cœlos, & caligo sub pedibus eius.

## §. XVIII.

*Vt hominibus benefaciat, non deditur Deus splendorem contrahere, & regium thronum deserere.*

D E cora resplendet beneficentia, dum aliqui sui detrimento alterius studet commodo, & mauct propria dignitati detrahere, vt possit laborantibus subuenire. Notauit Tertul. de Pati. cap. 3. *Nasci se Deus in utero pati: ur matris, & expectat: natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnoscit, sed contumeliosus insuper sibi est.* Tanta maiestas celabatur, & veluti offusis tenebris tegitur, eligens ad speciem quid maiestati, & splendori detrahere, vt melius egentibus quiret auxilium præbere. Audi Volusian. ad August. apud N. Cerd. ad lib. de Pati. cap. iam dat. *Omnes mortalium sentit affectus, nec competentibus signis tanta maiestatis indicia clarescunt.* Competentibus radijs non clarescit maiestas, vt subueniat calamitosis behignitas. Hanc ergo, quæ omnem laudem transgreditur, munificentiam Psaltes præmisso dilaudat hoc versu: *Inclinavit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius.* Nos dicit Psaltes ad Exod. 14. v. 20. vbi Deus tenebrosa nube insidens reliquit priora, vtque afflictis subueniret, tenuit extrema. *Priora dimittens post tergum stetit inter castra Egyptiorum, & castra Israël?* & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem. Qui iure maiestatis longè cæteros antecedere debuit primus, dignatione non recusauit esse post omnium terga postremus, & qui solares radios ingenito euincebat fulgore, tenebrosa maluit latere caligine. Liram audi: *Inclinavit cœlos, non per loci mutationem, sed per effectus inhibitionem, scilicet ad punitionem Egyptiorum, & liberationem Hebraorum.* Fulgor testatur præstantiam, sed caligo euulgabat benevolentiam, antecedens declararet primatum, ultimum deligens locum, pientissimum commendauit affectum. Sic ergo, ait Dauid, hominum salutem ambiuit, vt nec recusat thronum deserere, nec splendorem tenebris laudabiliter obscurare. Hæc adnotarint, qui ob Deum nesciunt, quid vanitati detrahere, nec ad aliorum calamitatem leuandam aliquid splendoris minuere. Dignus profecto Elias qui cœlesti colloquio frueretur, dum vt Elisæum prophetico exornaret spiritu, non recusat montis deserere tutum fastigium, & confragosum iter agere per desertū: *Reuertere in viam tuam per desertum in Damascum: cùmque peruenieris illuc, &c.* Elias autem filium Sapht, qui est de Abelmehula, unges Prophetam pro te. 3. Reg. 19. v. 15. Elias ex- 3. Reg. 19. prompte paruit, & missi pallio, Elisæum ab v. 15. aratro ad spiritum prophetalem traduxit. *Cum venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum.* O munificentiam mirandam! E fastigio descendit, deserti confragosa non horret, pallio denu dari non timuit, vt Elisæo lucem refundat, ad altioraque transferat. Quantæ hoc in opere relucent virtutes: celsitudo deseritus, labor aditum, pallium

pallium denudatur: Dominum imitatus, maluit sua sibi munificentia detrahere, quām indigenti non subuenire. Rabbanus apud Glossam sic ait: *Redemptor Noster descendens de cœlo diuino iudicio acquisiuit populum adhuc terrenis operibus inhiantem, in quo salutem fecit, cum eum ad fidem conuerit. Elias enim interpretatur Dominus Deus. Elias Christi imaginem retulit, dum fastigia deseruit, dum desertorum anfractibus laborauit, dum pallium, ut alteri consuleret, exiit; est enim quid diuinum splendorem innubilare, ut quiueris alijs proficeret.*

## TEXTVS.

VERS. 11. Et ascendit super Cherubim, & volavit, & lapsus est super pennis venti.

## §. XIX.

*Deus morosus punit; celerrimus beneficium impertit.*

**Q**ui ad regimen se nouit delectum, sciat boni medici vices gerere, & amara solū salutis caula applicare. Puniendi remedium datum est pro salute cunctorum; & sāpē fasces, ne infligant supplicium, ipso incutient aspectu metum: *Cunctator esse debet* (aiebat Cassiod. 7. Var. 1.) *qui iudicat de salute.* Beneficium commendat celeritas, supplicium tarditas. Lento vestigio procedet prudens ad infligendam pœnam, celeri volatu ad beneficiorum fundendam copiam. Cum Psaltes descendisse Deum præcedenti versu dixerit, modò celerem arripuisse volatum asserit: *Inclinauit cœlos;* & descendit: & caligo sub pedibus eius. En non ait, inuolasse, sed descendisse; imò videtur de Deo loqui, vt de homine, qui tenebris impeditus lenta vestigia ponit, & gressum explicare non audet: *Descendit, & caligo sub pedibus eius:* id est, descendit, & vestigijs ad speciem tardis, & obscuritate impeditis. Transi modò ad versiculum, de quo agimus, audiēsque super celerrimas Cherubini pellas inscendisse, & celeriter inuolasse: *Et ascendit super Cherubin,* & volavit. Iam se difficultas offert: Cur scilicet anteā morosus, cur modò celerrimus? cur qui anteā ferè non explicabat gressum, arripuit modò volatum? Quia anteā ex nube illa tenebrosa dignam de Aegyptijs tulit vindictam, modò Israëlitis largam imperire beneficiorum decreuit copiam: ergo ad beneficia inuolauit, ad supplicia pedetentim descendit. *Descendit* (inquit Lira) *ad punitionem Aegyptiorum...* & ascendit super Cherubin; per hoc designatur velocitas diuinis subsidij ad liberationem populi. Vides homines edoceri, esse ad irrogandam pœnam prudenter tardos, & ad conferenda beneficia sapienter celerrimos? In puniendo celeritas creat inuidiam, in beneficiando tarditas notam. Consumata laus est, lentè punire, celeriter benefacere. Bouis vestigio incedebant animalia ab Ezechiele conspecta. *Planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.* Ezechiel. 1. v. 7. Bos tardigradus, & morosus est, ergo cum aquila posset agitatis alis intolare, bouis maluit gressum referre. Transi ad Isa. 6. videbisque Seraphin intolare, & polluti labij fordes abstergere. Volavit ad me unus de Seraphin. Isaï. 6. v. 6. Non sine arcane mysterio alibi explicatur volatus, & tardatur alibi gressus. Et

quæ discriminis causa est? Quia alibi intentabatur pœna, alibi erat depellenda macula: ergo ad impertiendum beneficium Seraphin celerem arripuit volatum, ad infligendam pœnam Cherub à boue lentum est mutuatus vestigium. Audi Theodoret, apud Glos. ad 1. caput Ezechielis: *Tanta Domini benignitas est, ut peccatorum causa suos famulos supplicijs, & calamitatibus afficiat.* Vbi opus fuit peccata punire, tardo incessit gressu, vbi beneficia impertienda erant, celeri aduentauit volatu. Econtra sāpē videoas apud homines contingere, pedes eorum veloces sunt, ut sanguinem fundant, lenti ut beneficium impertiant.

## TEXTVS.

VERS. 12. & 13. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cibrans aquas de nubibus cœlorum. Præ fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis.

## §. XX.

*Deus faciem puniturus abscondit, benefactorus ostendit.*

**C**ogit sāpē ad infligendam pœnam delinquentis reatus; nam quomodo se contineret celestus, ni iudicialis gladius resulgeret distritus? Ut bonorum merita ad dignam præmiorum compensationem compellunt, ita ad vindictæ severitatem piacula cogunt. Is verò iudici, Principique benignitatis inesse debet affectus, ut veleti erubescat irrogare supplicia, & libera facie dilargiri conetur dona. *Tot angusta cogitationis intravimus* (aiebat Cassiod. 11. Var. 5.) *ut populus ille antiquis delectationibus assuetus, beatissimi regnantium temporibus, explosis necessitatibus perfruatur.* Dignum Principe subire non recusauit labore, ut populus esuriem depelleret, & abundantia exundaret: Subiectorum inopia erat regentis pœna, & plus aliena macies Principem affligebat, & calamitas diuexabat. *Læti esse non possumus nisi & illos gaudentes communiter audiamus.* Boni Principis est, de suorum dolore tristari, & de incrementis gaudere. Hanc Deo Psaltes attribuit laudem, duo ad speciem repugnantia sibi coniungens; ait namque inter offusas tenebras latitasse, & mitis splendoribus emicuisse. *Posuit tenebras in circuitu suo latibulum, cibrans aquas de nubibus cœlorum, præ fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis.* Inquires: Quomodo potuerint amico fœdere confociari fulgoris claritas, & tenebrarum obscuritas, & cur suo se fulgore prodat, qui densis caliginibus latitat? Si quærerit latibulum caliginis, cur publicum non refugit splendoris? O expende, eodem tempore Dominum pertinacibus Aegyptijs merita supplicia inflixisse, Israëlitas veluti beneficiorum imbre cumulasse: ergo castigans quærerit latibulum: *Posuit tenebras in circuitu suo latibulum.* Israëlitas verò protegens latum ostendit aspectum. *Præ fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis.* Hic de nube illa Exod. 14: tenebrosa, & noctem illuminante, agi tradit Lira: *Hoc intelligitur de nube existente inter filios Israël, & exercitum Aegyptiorum super mare rubrum, que erat obscurissima, & densissima ex parte Aegyptiorum.* Adnectit: *Verumtamen quia illa nubes illuminabat noctem ex parte filiorum Israël,* & ibidem

*ibidem dicitur, ideo subditur: Pra fulgore, &c. Aetionam diuersitas affectuum denotabat diuersitatem, nam, ut veluti coactum Agyptios punire, proderet, faciem celabat, & adspicientium oculos effugiebat; Hebreis vero beneficia impertitus, lucem induit, & latum vultum ostendit. Ut discant rectores, dum puniant, vultum contrahere, dum beneficiunt, gaudere. Est enim saeu, truculentique ingenij aliorum gemitibus oblectari, & commodis distorqueri. Audi Sen. i. de Clem. c. 3. Pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo fabilis, fundataque est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se, sciunt, cuius curam excubare pro salute singulorum, atque uniuersorum quotidie experiuntur, quo procedente, non tamquam malum aliquod, aut noxiun animal e cubili proflierit, diffugient, sed tamquam ad clarum, ac beneficium fidus certam aduolant. Saue truculentaque feræ est, discerpere, & sanguine effuso satiari, benigni sideris refouere, & humanæ saluti viuere. Iure regno priuatus est Saul. Ego proiecerim eum ne regnet super Israël. 1. Reg. 16. v. 1. Nō solum itrogare supplicia suspirabat, sed coram se homines occidi gaudebat. Misit Saul nuntios, ut viderent David, dicens: Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur. 1. Reg. 19. v. 15. Non solum iussit occidi, sed saeu voluit spectaculo delectari. Innuit Abul. q. 23. Saul desiderabat nimis occidere David. Satis illi non erat, si David lectorum manu periret, sed ut propria manu trucidaret: ut execrandum oblectamentum caperet, in lecto voluit afferti: ergo potestate iuste priuatus est, qui, cum fas esset, suorum pœnis affligi, ostentabat doloribus oblectari.*

maluit tamen tonitruis, & vocibus detergere; ast vbi ad voces obsurduerunt, contra se flammas ardentissimas pertinaciæ halitibus insufflarunt. Pluitque Dominus grandinem super terram Agypti, & grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Flammæ non tulissent exusti, si admonitionis beneficium honorasset deterriti. Audi N. Sanct. Hac omnia satis constat accidisse; cum ex Agyptia seruitute emererunt Hebrei. O quām cœlestis benignitas studuit Agyptios non perdere, dum tot voluit monitis à pertinacia retrahere. Ipsi sibi conflarunt indignationem, obstinatissimam obijcientes repetitis monitis surditatem. Prius tonitrua roboarunt, & fulmina postea uferunt: Dedit Dominus tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram. Philisthæi arma in Dauidem mouent, iniqua consurgunt in prælia. Cumque David ardret hostes attere, & audacem insolentiam vi armorum punire, iubet Dominus, ne in prælium irruat, antequam sonitus in cacumine pyrorum gradientis præcedat: Cūm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tūc inibis pralium. 2. Reg. 5. v. 24. Ni arcanum lateret mysterium, non erat gradus in pyrorum cacumine necessarium. Cur ergo præmittit sonum ante Philistinorum excidium? Certè, ut dum sonitu terret, dum terrore admonet, Philisthæis demutare sententiā suadeat, ne, si perseuerant, euertat. Si sonitu admoniti profuga sibi quæfissent, miseram stragem vitassent, ast dum contumaces persistunt, pereunt. Audi Liram: Signum erat Angelorum venientiū in auxilium Danid ad debellandum aduersarios. Aderant Angeli aduersarios debellaturi, strepitū prius ostentauere potentiam, si Philisthæi salubrem arripere velint fugam. Poterant nullo strepitū deuastare, maluerunt tamen strepitū saluti Philistinorum consulere, & quidem, ni despicerent sonitum, non subiarent miserandum interitum. Sapè Angelus internis inspirationibus terret, immisis terroribus admonet, si forte peccator resipiscat, & imminens flagellum euadat; verū dum interiores obturant aures, dum salubrem contemnit vocem, irreparandam contigit subire pernicem. En Dominus antequam contorqueat iacula, præmittit tonitrua: Excelsus dedit vocem suam. Sed quia obsurduerunt ad tonitrua, ardentissima experti sunt iacula: Misit sagittas, & dissipavit eos.

## T E X T V S.

VERS. 14. & 15. Tonauit de cœlo Dominus, & excelsus dedit vocem suam: misit sagittas, & dissipavit eos, fulgur, & consumpsit eos.

## S. XXI.

*Qui affectauit aures salubribus monitis dengare, velle probat rupere.*

**Q**ui admonitionis beneficium contemnit surdus, propriam calamitatem maturauit improvidus; nam cruenta contra se asciscit flagella, dum ad salubria obsurdescere affectauit confilia. Non dubitamus ( aiebat Cassiod. 7. Var. 22.) esse gratissimum, quando quis commonetur officium implere susceptum. Gratias autibus admitti debet admonitio, quæ de benignitate promanare cognoscitur, quia nihil, quod puniat, inuenire velle probatur. Misericorditer voluit perire, qui pertinaciter refutit admoneri. Psaltes prius retulit Deum de cœlo repetitis vocibus admonuisse, quām sagittis ardentissimis vulnerasse: Tonauit de cœlo Dominus, & excelsus dedit vocem suam: misit sagittas, & dissipavit eos. Blanda admonitio præcessit, ne sagitta referiret, ast dum contumacia ad pessimas obsurdescit voces, contra se architectatur calamitates. Certum est Interpretibus, loqui Prophetam de Agyptiorum punitione: quos Deus prius irarum significatione deterruit, ne fulmina iaceret. Extendit Moyses virgam in cœlum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram. Exod. 9. v. 23. Poterat Moyses virga ferire,

## T E X T V S.

VERS. 16. & 17. Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius: misit de celo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis.

## S. XXII.

*Ebi corruit impius peccatorum pondere prægrauatus, iustus graditur cœlesti auxilio protectus.*

**P**ecator dum insanis appetitionibus blanditur, sibi elaborat perniciem; iustus, etsi afflictionibus pressus, tutam lucratur securitatem. Putant impij Deum longè abesse, & ab ipsis perpetratu nescire, & hac cœca astutia delusi ad exitium properare

properare solent incauti. *Securitas te aiebat Princeps apud Cassiod. 7. Var. 18.) nostra non inducat absenie; quidquid feceris, nos videmus. Qui vsu ipso subtilissima perquisitionis, & errores artificum possumus prima fronte deprehendere, & laudabiliter operata iudicare.* Adnequit: *Vide ergo qua dili enias, quo studio si faciendum, quod ad nostrum venturum constat examen: age itaque, ut nulla te vanalitas, nulla culpa demergat.* Aliter homines agerent, si perpendarent posse culpis demergi, & scelerum pondere prægrauari. Psaltes apparuisse, ait, maris effusiones, & reuelata fuisse orbis fundamenta, vt iniustos naufragium mergeret, & iustus in portum securus, latulque perueniret. *Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab interpretatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius: misit de celo, & assumpit me, & extraxit me de aquis multis.* Alludit ad Aegyptiorum, Israëlitarumque per marinos vortices iter: vna, eademque via Aegyptius graditur, & Hebraeus; verum iste in salo ambulauit, vt solo; ille, dum putat firmam calcare tellurem, inuenit turbulentam voraginem. *Apparuerunt ( inquit Lira ) effusiones maris, Aegyptios summergeentes, & apparuerunt fundamenta orbis, quia superficies terræ, quæ erat in profundo maris, fuit discooperta: ita quod filii Israël transierunt per medium maris, ut habetur Exod. 14.* In eadem via iniquus inuenit scandalum, & iustus triumphum; nam iustum virtutum pennæ eleuarunt, grauia iniustum peccatorum pondera demiserunt: *Extraxit me de aquis multis.* Christus Dominus, vt doceret eodem vitæ genere alium reperire salutem, & alium architectari sibi calamitatem, aiebat: *In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur, & alter relinquetur:* Luc. 17. v. 34. Ecce unus assumitur ad palmam, relinquitur alter ad poenam; quod notauit eleganter in Cat. Ambros. Non iniquus est Deus, vt pares studijs in societate viuendi, atque indiscreta actuum qualitate meritorum, remuneracione discernat. Non autem merita hominum copula usus exequat, quia non omnes, qui adorintur, efficiunt, sed qui perseverauerit usque ad finem, hic saluus erit. Idem itef Lot, & vxor arripiunt, vt ad tutum inuolarint profugium, verum inutilis curiositas mulieri supplicium attulit, Lot securitatem inuenit; nec enim calamitas, aut sospitas itineri fuit assignanda, sed gradientium moribus adscribenda. Idem, inquit Christus, institutum vitæ plures inueniuntur amplexi, sed non omnes meritorum qualitate simillimi. Vnde peccator perit culparum pondere pressus, & iustus triumphat cœlesti auxilio, & honestis actionibus exornatus. Israëlitis mare fuit portus; Aegyptios absorbuit fluctus.

## T E X T V S.

VER. 18. *Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his, qui oderunt me: quoniam robustiores me erant.*

## §. XXXIII.

*Sic accepta celebranda sunt beneficia, ut nulli expresse impingatur obscura nota.*

**V**biique est necessaria prudentia, sed præcipue dum gratitudo refert beneficium, quod alte-  
Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.

rius famæ afferre potest incommodum. *Omnia ad tuum titulum pertinenia ( aiebat Princeps apud Cassiod. 7. Var. 23.) sic agat, quemadmodum ad meliora peruenias.* Sic aliqua sunt inseparabiliter associata, vt nequeat unum referri, & alterum silentio signari, sed tunc prudens sic ad se pertinentia euulgat, vt nullius honorem laedat. Saül, quem malus i instigabat spiritus, ea pertinacia est persecutus Dauidem, vt nec sylua tegerent, nec scopulus præruptus abscondere, nec solem ibicibus peruius locus præmuniret: omni in loco mors ante oculos versabatur, & sapientis Dauid perijset nisi cœlestis fauor inimici potentiam frangeret, & solertia omnem eluderet. Ergo cum Daui, ad gratias ob tanta beneficia pendedas teneretur ita le gessit, vt nec accepta beneficia taceret, nec æmulus notam incurreret. *Liberauit me ab inimico potentissimo, & ab his, qui oderant me.* Et cur, o Dauid, inimici nomen non exprimas, nec iniustos osores prodas? Quia si ex primerem, inquit, Saüllis fama innubilarem: cumque satis fuerit ad euulgandam specialem fauoris gratiam aduersarij retulisse potentiam, nomen non vulgauit, & armatum potestate indignationem expressi. Itaque ad beneficij magnitudinem explicandam, quali fuerit periculo liberatus, expressit, & ne famæ detraheret, nomen tacuit. Opportunè N. Sanct. Noluit Saüllis toties audiri, & obscurari nomen, cum fieri non posset sine Regij nominis infamia. Si à Saüle potentissimo hoste se incolumem euasisse referret gratus, Saüllis honor innubilaretur obscurus, superpresso vero nomine hostis, non laudebat famam, & beneficij euulgebatur; excellentiam: *Noluit Saüllis obscurari nomen.* Nec semel usus est hac laudabili præcautione. *Circumdederunt me ( aiebat alibi ) vituli multi, tauri pingues obfederunt me.* Psal. 21. v. 13. Metaphora est usus, vt se cœlesti virtute protectum gratus vulgaret, ne aduersarij proditis notam inureret. Beneficij magnitudinem non declarasset, ni periculi magnitudinem expressisset: Ergo se à validis impetum tauris retulit; & impetum nomina occuluit. Itaque impetum se ostendit, & voluit vti metaphora; declarauit periculum, & honori non attulit detrimentum. *Per tauros ( inquit Euthym. ) intelligit Ponifices, Scribas, & Seniores populi propter etatem nimirum, & præminentiam, quos etiam pingues appellat, quia multis Dei donis præceteris fruebantur.* Cœlestibus donis exornatos, dignitatisque luminibus satis conspicuos, multiformes insidias obtendere, & fraudulentos dolos concinnare, dignitatis erat iniuria, & personarum infamis nota; ergo sub taurorum enigmate, quale euaset periculum, ostendit, & nomina aduersariorum silentio tegens, eorum honori consuluit, quando non esse nequibat obscura nota dignitatibus exornatos cœcissima aduri inuidia. Hinc disces, cum opus est quid referre, honori proximorum consulere.

## §. XXIV.

*Solus Deus potest eripere, quem prauitas robe, & potentia armata animitus tenet euertere.*

**L**aboriosum est moltiformes etiadete insidias; si contra pusillum pugnet ira viribus obarmata, potest statimque tuta. Humana industria difficulter periculum eluditur, si persecutor validis viribus obarmatur. *Non parvam rem tibi respicis* H h h fuisse

fuisse commissam (aiebat Cassiod. 7. Var. 4.) quando tranquillitas regni nostri tua creditur sollicitudine custodiri. Ita tamen, ut milites tibi commissi viuant cum Provincialibus iure civili, nec insolens animus, qui se sentit armatum. Defendere inermem, debilemque à militis insolenti ferocia, quæ nescit iura, & pro legibus habet arma, res erat difficultatibus plena. Quod si arduum est frenare armatum, quid erit hostem multiplicem continere, grandi potentia, & viribus præualidis præmunitum? Hinc est quod David superna virtute se testatur protetum, dum armis, potentiaque fision tulerit multis temporibus aduersarium. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, & ab his, qui oderant me, quoniam robustiores me erant. Hostis viribus robustus, potentia validus in eas sèpè angustias Davidem conicit, vt, ni supernum auxilium adfuisset, nec periculum eludere, nec mortem quiret euadere, ea tamen fuit Numinis solers tutela, vt tot, tantisque difficultatibus præpeditus, ab omnibus exultarit exemptus. Prodest Abul. q. 3. In hoc David confiteretur se liberatum virtute Diuina, quia ipse hostibus impar erat. Saül Rex armatorum copijs armabatur, & odio ardenter adurebatur. Adulatores plurimi, vt Principis lucrarentur gratiâ, solicitam præstare promittebant industriam: ergo vnicus David sèpèpius perijset auxilio humano destitutus, ni cœlesti virtute fuisset ereptus. Verum Deus iustum non dereliquit, sed omnes aduersariorum conatus fregit. Deus rubo insidens inter flammorum vndas illæso, Moysi apparuit, vtque Istaélitas duro iugo oppressos liberarit, delegat. *Veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum.* Exod. 3. v. 10. Moyses multiplices allegat causas, extrahere ditionem molitus, & rei difficultatibus retardatus: iam opponit status humilitatem, iam linguæ balbuciem, tandemque restitit, quoisque in Pharaonis Deum constitutum audiuit: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.*

Exod. 3.  
v. 10.

Exod. 7.  
v. 1.

Exod. 1.  
v. 10.

Si inquiras: Cur tandem fuerit relatus? Respondeo, non ignorasse Pharaonem, ciùsque Principes contra inermes, inualidosque ardore succensos, & penitus delere conatos: *Venite* ( aiebat Pharao ) *sapienter opprimamus eum.* Exod. 1. v. 10. Ergo cum expenderet Moyses iniemicorum non solum potestatem, sed dolosam etiam vafriciem, recusabat munus, humanas vires excedens, & diuinam potestatem requirens. In Deum electus paruit, & ad eiusmodi propulsanda pericula coelesti opus esse potentia ostendit. Prodest Basil. Seleuc. Ora. 9. *Vox ferebatur, que Moysem contra Ægyptios armabat, imperatoria pro populo data tessera. Quibus Moysis rebus incitatus populum deposcebat exsolui.* Iam Pharaonis Deus aggressus est populum exsoluere, qui solum homo, legationem adnisi est recusare, vt factis edoceret, solius Dei esse, pauperem eripere, si potestate armatus tentarit euertere.

## TEXTVS.

**V E R S . 19.** Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus firmamentum meum.

## §. X X V.

*Totum studium dæmonis est adoriri incautum, & delere male securum.*

**P**rudentia nihilominus est cauere (aiebat Cassiod. 3. Var. 48.) quæ non putantur emergere. Cautela aut semper est necessaria, aut non nocet, si prudenter fuerit superflua. Munitio in tranquillitate tractanda est, quia male tunc inuenitur, cùm, premente aduersario, queritur. Astutus hostis obseruat remissum vigilantiæ neruum, & tunc aggreditur male securum; nec imprudenter promittit sibi victoriam, si cœsse nouerit vigilantiam. Grauissimum David sustinuit periculum, ni cœlesti fuisset præmonitione præuentus, totum hostis studium erat, vt facile posset detriumphare, imparatum impetrare; verum Deus in die afflictionis illum præuenit ne incautus caderet: *Præuenit me in die afflictionis meæ.* Id est afflictionis diem meæ præuenit. Et quidem hostili adsultu perirem incautus, ni a Domino fuisset præuentus. Alludit ad dolosas Saülis insidias, & dolosas Ceilensis theenas. Stabat Philistæus terorem ingeminans, & ad singulare certamen prouocans. David hunc diem afflictionis non vocat, quia lapidibus iam paratis, descendit in arenam, & obtinuit prouida folertia victoriam; vocat verò afflictionis diem, quando pulsabat lyram, nullius periculi conscius, imò omni securitate confisus. Nam tunc Saül per insidias contorsit iaculum, & incauti sibi promisit intetitum: & profecto David sublatuus esset, nisi eum cœlestis gratia eripuisset. Ad hæc: Cùm David Ceilensisibus, quos discrimini eripuerat, non fideret, consuluit Oraculum, an Saül illuc veniret, & an Ceilenses Saüli traderent: Oraculum Saülem venturum, & Ceilenses tradituros respödit: *Tradent. 1. Reg. 23. v. 12. Præuentus ad tutiora fugit, hostesque evasit. Abul. audi. q. 3. Incep- 1. Reg. 23. v. 12.* perunt me perseguiri, dum ego nihil opinarer, & intelligitur de Saüle. Victoriam sibi David promisit, instructa lapide funda, vrgentissimum verò periculum subiit, cùm securus lyra caneret, cùm Ceilam incoleret, quia vtrobique imparatus, & vtrobique insidijs reperiebatur obcessus. Historia omnes admonet securos, incautosque grauius periclitari, cùm teclum non videant dolum, & vigilantiæ remittant neruum. Ieiunijs orationibusque obarmatos animalium hostis non audet aggredi, quia veretur vinciri; quos verò intuetur incautos, & incuriosè succinctos, temptationibus premit; & quod peius est, sèpius vincit. Elias vbi Iezabel cæcum furorem prænouit, prouide fugit: Eum per desertorum aspera incedentem, & declinare pericula anxia solicitudine suspirantem, non comitatur Angelus, quia fugit trepidus: verum vbi se periculum evasisse credidit, obdormiuit. Iuniperi sub umbra sedet, somnoque indulxit: tunc Angelus dormientem excitat, cibo reficit, & ad tutiora contendere celeriter monet: *Surge, comedere, grandis enim tibi restat via.* 3. Reg. 19. v. 7. Inquirendum est: Cur Angelus adfuerit dormienti, cùm se adspiciendum non obtulerit vigilanti? Liræ placet, Angelum excitasse dormientem, quia cùm sibi videbatur securior, erat proculdubio Elias ipsa securitate periculosior. Non misit Iezabel manum contra vigilantem, contra ieiunantem, contra fugientem; at si nosset somno deditum, & solliciti timoris neruum

neruum remissum , armis premeret , & fors vinceret : Ergo adfuit Angelus , quasi grauiori periculo laboraret incautus , quam laborabat solitus . *Hic consequenter* ( inquit Lira ) circa Eliam ponitur Angelica prouisio . Dormiens , nec de periculo cogitans , discrimini probabatur proximior , cum sollicitus , & defatigatus esset remotior . Ut noueris spem vincti hosti facere , qui incautus negligit se ad pericula præmunitur .

## T E X T V S .

V E R S . 20. Et eduxit me in latitudinem , liberavit me , quia complacui ei .

## §. X X V I .

*De Numinis favore venit pericula effugere , ut etiam virulentos hostes amore amplecti .*

Coelesti dignationi adscribendum est , si multiplices eludas aduersariorum conatus , & captiosos anteueratas adsultus . Verum etsi aestimatione sit dignum beneficium ad corporis pertinens hospitalitatem , maiori longè pretio est habendum , quod ad conscientiae noscitur pertinere salutem . Plures Philosophi depretiarunt formam , quæ metitur cum tempore , extulerunt verò laudibus conscientiam virtute innixam , & rationis soliditate fundatam . *Omnia tibi ex sententia cedent* ( aiebat Sen. de Vita Beata ) nihil aduersum accidet , nihil contra opinionem , ac voluntatem : quid ergo ? Virtus ad vivendum beatè sufficit , perfecta illa , & diuina . Qui virtutem possidet , quid diuinum possidet ; qui felicitate plena vtitur , quid fluxum , & auolaturum illudendus præhendit . Hinc est quod Daud , cum ad temporalis vitæ salutisque conseruationem collata sibi plurima retulerit beneficia , ut donum præstantius , celebrat cordis latitudinem , qua inimicis pepertit , immo eorum incolumenti germana charitate prouidit : *Prauenit me in die afflictionis meæ , & factus est Dominus firmamentum meum , & eduxit me in latitudinem , liberavit me , quia complacui ei .* A Saüle aliquando obsecus , & militum copia sic arctabatur vallatus , ut nec sylvatum latebris , nec præruptis montium scopolis , nec petrarum scissuris euadere posse mortem videretur , cœlesti tamen auxilio insidiatoris artes frastrauit , & solertia omnem elusit : pro tanto ergo beneficio Deo gratias refert , quandoquidem magna erat aestimatione digni , virginissimo fuisse periculo ereptum , & veluti è mortis fauibus luci restitutum . Verum iustus rerum estimator Deum , ait , prius sibi collata amplioribus beneficijs superasse , & cordis latitudinem præstisset . *Eduxit me in latitudinem .* Quæ autem hæc fuerit cordis latitudo , querunt Interpretes : Hugo existimat , Daudem hic gratias Deo agere , quia licet toties ab hostibus fuerit multiplicibus insidijs impeditus , eos non solum non fuerit prosecutus odio , sed generoso dilexit charitatis affectu . Hugonis verba sunt : *In latitudinem , id est in charitatem , qua latior est Oceano . Attingit enim à fine usque ad finem fortiter , & disponit omnia suauiter à cœlo usque ad terram , extenditur ad dexteram , & ad sinistram , id est ad amicos , & inimicos : Matth . 5 . Diligite inimicos vestros .* Et sententia Hugonis Daud ea inimicos prosecutus est . *Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV .*

tus est benevolentia , ut Saülis curatorem egerit , vitamque seruarit : quod cum sit perfectionis fastigium , cæteris beneficijs assetit anteferendum ; nam licet vita temporalia pericula eludere sit magni habendum , pluris hostes diligere est aestimandum . Elisæus à Sirijs impetratur , & arcta obfitione cingitur ; facile elusit periculum , quia pro se habebat exercitum Angelorum armatum , *Plures nobiscum sunt , quam cum illis .* 4. Reg . 6. v . 16. 4. Reg . 6. v . 16. Felici cæcitate Sirijs caligarunt , donec ad Samariæ v . 16. Regis curiam se adductos viderunt . Rex hostium suspirabat cædem ; Elisæus verò apponere iussit panem : *Pone panem , & aquam coram eis , ut comedant , & bibant , & vadant ad dominum suum .* Mirares , Prophetam armatorum exercitu non captum , sed mirabilior erga hostes exhibuisse dulcem affectum : non solum aduersarios prosecutus non est malevolentia , sed mensa cibauit opipara , & se duplicato Eliae spiritu manifestauit ornatum , cum præbuit hostibus cibum . Elias in Quinquagenarium pia indignatione eiaculatus est flammæ ; Elisæus mirabili charitate delicatas Sirijs explicit mensas : dupli ergo resplenduit spiritu , dum amore aduersarios prosequitur , & vincere beneficij conatur . *Hic ponitur* ( inquit Lira ) *istorum liberatio benigna , quia , cum Rex vellet eos percutere , Elisæus non permisit , sed etiam liberaliter refici à Rege imperavit .* Inimicus cibatus Elisai eximiam promulgabat virtutem , ab hostibus liber Propheta cœlestem ostendebat benignitatem , elegantiorque erat Dei imago erga aduersarios benignus , quam ab aduersariorum conatibus insidiosis erupit .

## T E X T V S .

V E R S . 21. 22 & 23. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam : & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi . Quia custodiui vias Domini , & non egi impiè à Deo meo . Omnia enim iudicia eius in conspectu meo , & præcepta eius non amoui à me .

## §. X X V I I .

*Omnia potest sperare secunda , qui studiosè Domini colit præcepta .*

S I Olympici currus agitator apud antiquos rapiebat præmia , si cum feris decertans victri ci remunerabatur corona , quid merebitur legitimè in agone contendens , & saevas internarum passionum bestias cuincens . *Principis nomen* ( aiebat Cassiod . 11. Var . 35 . ) *habere præmeruit , quia militia sacramentis ceteros antecellit .* Observauit enim iugiter imperialibus iussis : & vt reverentiam Pretorianæ sedis extolleret , tunc ad eius venit obsequium , quando vocabulum cepit habere præcipuum . Eximia nequuerat non recipere præmia , qui probatus est reverenter obseruasse Principis iussa , & Daud , qui laudandam militiam egit , se ait , præceptorū obseruantiam non solum præmeruisse gratiam , sed etiam prosperam assetutum fuisse fortunam . *Eduxit me in latitudinem , liberavit me , quia complacui ei .* Quomodo complacuit , iam refert : *Omnia iudicia eius in conspectu meo , & præcepta eius non amoui à me .* Se totum cœlestibus adaptauit præceptis , ob-

temperate studuit Numinis iussis. Ergo Deo complacuit, & etiam sibi prouidit, quandoquidem secunda fortuna est vſus, & cœlesti resplendit gratia exornatus. Audi Nostrum Sanct. Cur Deus tam in ipsum fuerit liberalis, & benevolus, eam adducit rationem, quia sibi Deus in ipso complacuit. Et cur adeò complacuit? Iam refert datus Interpretus: Quia nihil habuit aut prius, aut maius quam ut diuino obsequeretur imperio, & totum se ad illius voluntatem attemperaret, & fingeret. Totum Davidis erat studium, colere Numinis præcepta, vt etiam à Dauidे propulsare pericula erat sollicita Numinis cura. Adstabat Goliath asperetu terrorem incutiens, sed Davidis militabat trophæis: inuisus hostis Saülis dextera vſus contorquebat iacula, sed Dauid facile eludebat pericula, armatorum eius sanguinem sitiebat exercitus, sed Dauidem ornabat laurus. Omnia illi successere secunda, quia nil illi prius, aut maius, quam Numinis obleruare præcepta. O quot secunda vterentur fortuna, ni spreuerint legis mandata! ast dum insanis cupiditatibus famulantur, cæcis calamitatibus adurgentur. Decantandi illi pueri superbientis, iratique Regis insanam stoliditatem condemnant, auream statuam despiciunt, & quia despiciunt, æstuantis flammarum voluminibus fornacis projiciuntur in medium: colligati traduntur incendio, sed militauit incendium triumpho. Absumuntur vincula, refugit flamma, & vbi, putares nigris ardoribus consumendos, quasi per amena virentia incedere videbis iucundos. Fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non retigit eos omnino ignis, nec contristauit, nec quidquam molestia intulit.

Dan. 3. v. 50. Non solum detriumpharunt incendium, sed ab ipso, quem prudenter despexerant, elati sunt ad dignitatis fastigium. Tunc Rex promovit Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis. v. 97. Qui obtemperant iniquis iussis, sperantes Principis gratiam, nigris flammarum vorticibus vſtulati sustinuerunt dignissimam pœnam: Erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldais. v. 48. Flamma pueros reuerita, ministros redigit in cineres iracunda. Ecce inuenierunt pœnam, qui rationem calcantes, prosperam sperauere fortunam. Ecce, qui se diuinis iussis omnimodis aptarunt, torificam inuenierunt auram, & Regis sunt assediti benevolentiam. Eleganter Zæno Veron. Ser. 1. de Tribus pueris: Inter tetros undantis incendijs globos triumphantes, barbarum Regem, minas omnes, ipsum quoque supplicium domuerunt. Nihil illis potuit accidere non secundum, dum præ oculis legis habuerunt præceptum, suisq[ue] edocuerunt factis periculosem esse iniquis Principum votis adulari, & tutius ad eorum elucrandam benevolentiam, laudabilem constantia resistere. Dauid ingentissimam mercedem accepit, quia legibus attemperatus, & cœlestia iussa executus.

## §. XXVIII.

Specialem erga se Dei experitur curam, qui aduersariis largitur veniam.

**V**SU quidem prouenit morigeros, & virtutibus exornatos Numinis benevolentiam sortiri; sed speciali iure iniurias remittentes videntur gratiam Numinis elucrari. Qui honoris suo ad speciem detrahunt, & suam Numini consecraue-

re patientiam, generoso animo ob Deum remittentes iniuriam, specialem sortiuntur cœlestis prouidentiæ tutelam, & apud homines famam. Demosthenes ( inquit Euryp. in Prot. ) à quodam conuictis lassessitus, nolim tecum in hoc genere certaminis descendere, dixit, in quo qui vincitur, ipso viatore est melior. Dum maluit non vlcisci iniuriam, commendauit prudentiam, & stultam non renuit hominum subire censuram. Dauid hanc laudabilem philosophiam factis edocuit, Deo placuisse gloriatur, & ingens præmium assecuturum fateatur: Complacui ei. Retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam. Nonnulli ex Interpretibus existimant, de speciali prouidentia loqui, qua Deus omnia pericula amouit, & militem suum eripuit, quam illi prouidentiam meruit inimicis idulisse, imò eorum salutem curasse. Huc voco Abul q. 3. sic nomine Dauid scribentem: Cum essem in tribulatione magna, & non viderem mibi aliquid subsidium, Dominus fuit firmamentum meum, id est firmiter me protexit. A Saüle in modum corona cinctus, & de subsidio humano desperatus, specialem Dei prouidentiam expertus est; nam accepto nuntio infausto, Saül recessit, & Dauid liber euasit. Inimico benefecerat, iniuriam remiserat, cantu angustiam releuare curarat: ergo speciali Dei beneficio, vbi nulla spes affulgebat salutis, nuntius fuit occasio incolumentis. Samariae Rex vt Elisæ obtemperaret mandatis, non solum ab hostium abstinuit cæde, sed opipare pastos honorauit libertate. Pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositaque est eis ciborum magna preparatio. 4. Reg. 6. v. 22. Non multopōst Benabdæ arcta adeò obsidione Samariam cinxit, vt nulla arte, industria nulla appateret effugium. Quid tunc: Dominus miraculosè sic clangore Syrios perterrit, vt se in fugam celeriter darent, & relicti, quæ attulerant, armis, fugerent. Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syria curruum, & equorum, & exercitus plurimi. 4. Reg. 7. v. 6. Quid tunc: Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua. Certum est sonitum singulari miraculo editum Syrorum aures percussisse, & omnes animorum vites eneruasse. Quod si roges: Cur singulari adeò prouidentia Deus hostes deterruerit, & abire compulerit? Respondeo, fas esse, vt erga Samariae Regem specialissima reluceret Numinis prouidentia, cum ipse cibasset hostes, vt Prophetæ obseruaret iufsa. Qui inimicis obtulerat veniam, expertus est erga se prouidentissimam, & singularem Numinis curam. Diuina virtute ( inquit Lira ) factus est talis sonitus in auribus eorum, & imaginatio, de quibus secutus est timor, & fuga omnium. Speciali Dei fugerunt hostes prouidentia deterriti, quia anteā à Samariae Rege dimissi sunt hostes opipara mensa pasti.

## §. XXIX.

Qui ultricia Dei meditatur iudicia, timet violare præcepta.

**S**olus dicendus est ille meus ( aiebat Cassiodor. 10. Var. 5. ) qui legibus potuerit esse tranquillus. Adnectit. A domesticis inchoare volumus disciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere. Cū Deus perspicaciæ suæ præuaricator non sit, etsi clementer

menter distulerit aliquando pœnam, grauissimam celsis infligit mulætam, vt intuiti seueram mulætam, exhorreant præbere causam. Et quidem, si homines attente experderent, quæ in peccantes Deus exercuerit iudicia, violare exhorreant mandata. Dauid Dei præcepta studiosè coluisse, testatur: *Præcepta eius non amouit à me*: quia eius iudicia meditatione recoluit, & salubrem metum concepit. *Omnia enim iudicia eius in conspectu meo*. Quæ fuerint hæc iudicia, querunt Interpretes, respondéntque, hic de iustitia diuinæ seueritate Dauidem agere, & illatas inquis pœnas cogitatione reuoluere. Audi Hugonem: *Iudicia, id est iusta flagella*. Cogitabat Dauid, Saulem ob Domini violatum præceptum interisse ab inimicis transfoſsum, amisisse expendebat regnum, reducebat in memoriam, Absalonem arbori, vt carniſici traditum, & seruimanu transfixum: ergo dum animo Dei iudicia expendit, violare præceptum exhorruit: *Omnia iudicia eius in conspectu meo, id est flagella*. Quid tunc? *Præcepta eius non amouit à me*. Cùm Ionas nāūm Tharsum petituram incendiſſet, valentiorem consilijs suis in mari tempeſtatem inuenit: & cùm aliæ naues placide vandas transmitterent, hanc tempeſtas coniurata vexabat. Laſſata deficiebat gubernatoris industria, rubeant disrupta acerrimis ventorum flatibus veſta: in nauī nauigantes quæſierunt causam, & Ionæ culpa excitatam repererunt procellam. Prophetæ ligneo ad natatile transferrut nauigium, & carcerein intrat cæcum. Quid tunc? *Timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias*

*Ion. I. v. 16. Domino, & voverunt vota. Ion. I. v. 16.* Nautæ, nauigantésque ſæua etiam tempeſtate iæſtati, idola inuocabant, nec ab erroribus desistebant: *Clamauerunt viri ad Deum suum: modò verò erroris detrectauerunt insaniam, & vero, cœleſtique Numini votiuam exhibent reuerentiam. Timuerunt viri timore magno Dominum*. Sopita tempeſtate, timor adauctus est: & qui, imminentि naufragio, adhuc proſequabantur insaniam, sedato maris æſtu, configiunt ad pœnitentiam. Nam diuī ſeuera Numinis erga Iona contemplantur iudicia, colere antiqua detrectauerunt idola. Huc vo-  
to Zænonem ſerm. de Iona: *Statim attus veteris vite damnantes pro ſalute redimenda non ſolito more ad ſtupida ſimulachra concurrunt, non aris fætentibus funefis excitant ignes, non thura cremant, non merum profundant*. Attende studiosius, quæ adnecit: *A ſuo corde remedium ſalutare depoſcunt, ſpiritu- que ſuum tota humilitate contribulatum ambitioſe ſa- erificant*. Vt Prophetam diuinis iuſſionibus reluetantem, à marina bellua deuoratum adſpiciunt, totis artibus tremunt; nec iam cœleſte violare tentant mandatum, intuiti horrendum violatoris, & inopinum ſupplicium. Bene ergo Dauid nos inſtruit, ad memoria retinenda diuina iudicia, ne Numinis conteinnamus auſu periculoſo præcepta.

## T E X T V S.

V E R S. 24. Et ero perfectus cum eo, & custodiam me ab iniquitate mea.

## §. XXX.

*Appetitus eſt adulator inſidiosus, culpa domeſticus fraudulentus.*

**S**Cias nihil inauſum, intentatūmque fore cul-  
pæ: aduersus ipsius parentem, auſtorēmque;

vt viperarum progenies viſcera genitricis diſfrum-  
punt, & quibus fouentur, perniſiem viſceribus  
afferunt, ſic ſcelera de ipſo auctore vindictam  
fumunt: Vt in hostili regione verſantibus ceruix  
circumagenda eſt; & quia vbiq[ue] imminet peri-  
culum, ſolicito ſtudio cautelæ eſt procurandum  
remedium; ſic qui blandienti ſe appetui ſubdi-  
dit, nouerit ſe hoſti tradiſſe tantò deteriori,  
quantò blandiori: colorat amicitiam, vt facilius  
perniſiem afferat, & lethalem plagam infligat.  
Huius veritatis teſtis eſt indubius Ioannes Baptiſta,  
dum culpa infectos viperina peste teſtatus eſt  
deturpatos: *Progenies viperarum, quis demonſtra-  
uit vobis fugere a venuſa ira?* Matth. 3. v. 7. Vipe-  
ra iſpis in viſceribus lethale fouet venenum, &  
proprio nutrit ſanguine excidium; ingrata nam-  
que proles viſcera materna diſcindit, & in lucem,  
genitricem necando, prodiſt. Et quæ à filijs hæc  
mater patitur, inter iſpſa etiam oſcula coniugi  
inſidias molitur. Audi Chryſol. fer. 137. *Vipera  
conceptus ſui tempore intra os ſuum receptum caput  
coningis refertur abſcindere, vt per cruenta oſcula  
non factum concipiāt illa, ſed crimen, ac ſic carnifices  
ſceleris ſui pariat filios vindicta ordine, non natura.*  
Vt genimina patris de cæde concepta vltionem  
expetunt, & matris viſcera rumpunt vindictæ or-  
dine, non naturæ, ſic culpa, appetitus progenies,  
cordis domicilium, quo fouetur, penitus cuertere  
admititur. Hinc eſt quod Dauid contra admissæ  
iniquitaris inſidias ſollicitè ſibi prouidet, & ratio-  
nabili metu pauet: *Cuſtodiā me ab iniquitate mea*.  
Acfi dicat: Blandus appetitus mihi ſuasit genia-  
lem thorū violare, Vriāmque ſimulatis dolis  
occidere: tunc fallaci oblectamento deluſus, &  
cupidine cæcus crimen concepi, quod mihi in-  
gentiſſimas attulit moleſtias, & continuas con-  
tra me machinatur inſidias; vnde mihi opus eſt,  
ab iniquitate mea me ſollicitè cuſtodiare, & ſollicitis  
in excubiis degerere. *Intelligitur* (inquit Abul:  
q. 5.) *de adulterio Berthabee, & homicidio Vrie, quia  
iſtud erat ſpecialiter peccatum Dauid*. Peccatum Da-  
uid contra iſpſum armavit filium, turbauit impe-  
rium, exacuit vltorem gladium: ergo magna  
iam ſibi erat neceſſaria cautela, & indefeffa ſo-  
licitudinis vigilantia. Qui crimen admisit, ini-  
micum admisit externis hoſtibus deteriorem,  
quia hoſtis externus aperto ſolet Marte pug-  
nare; aſt inuiceratum crimen tacitus, & improuiſis  
aduultibus ſolet perimere. Cùm popu-  
lus vituli reatu ſe deſcedasset, Iofuē vluſatum  
pugnae audiuit: *Vluſatus pugna auditur in caſtris*.  
Exod. 32. v. 17. Moyleſ aſſeruit eſſe cantantium  
chorum, & ſibi plaudentium iubilum: *Vocem Exod. 32.  
cantantium ego audio*. Cùm res aded diuersæ ſint,  
gementum vluſatus, & cantantium concentus,  
querunt Interpretes: Quomodo Iofuē belli tunc  
potuit audire ſtrepitum? aſſeruntque iſpum crimen,  
quod ſonoris vocibus aures demulcebat,  
bellum aduocaffe, & populo excidium attuliffe.  
Inuit Oleaſſer ad Litt. Verbum Hebraicum Rahab  
ſignificat frangere, vociferabatur enim populus ex  
incunditare, & letitia. Dum populus adiſſo cri-  
mine laetabatur, ipſo crime impugnabatur, &  
erat internum bellum, volaticum exterius gau-  
dium. Qui de hoſtibus reportarant victoriā,  
plectibili gaudio maturauere ſibi miseriā, pluſ-  
que illis timendum fuit ab adiſſo crime, quāni  
ab hoſte. Nam legitimè pugnantes triumphali  
coronati ſunt lauro, adiſſa verò culpa, vltori  
ceruices dederunt ferro.

## §. XXX I.

*Qui sibi ab admisso crimine vult cauere, studeat egregijs virtutibus exornari.*

**V**itæ nos peccata delectant. Latatur ille circumscriptio, ille furto, ille adulterio: cæci oblectamenti caligine non vident, etiam dum feliciter cesserunt, scelera contra auctores insurgere, & illis calamitatem afferre. Bene Senec. Epist. 97. Prima, & maxima peccantium est pœna, peccasse, nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet, muneribus suis, licet tueatur, ac vindicet, impunitum. Potest peccator exterius esse securus, sed esse nequit interius non perturbatus; nam peccatum ipsum lethale probatur esse venenum, quod vitæ, & felicitati insidias molitur, calamitatēque aduocare conatur. Contra hunc pestiferum morbum sola pœnitentiæ medela est. Vnde qui sibi ab hoc aduersario discipit præcavere, egregijs studeat virtutibus communiri. Admissum crimen David agnouit plurima contra ipsum moliri, eique multimodis insidiari; Ergo, ut sibi caueat, perfectè Deo adhætere determinat, vt qui bene nouerat pœnitentiam tutum esse profugium contra eiusmodi insidiosum, & pestiferum aduersarium. Audi quid dicat: *Et ero perfectus cum eo: & custodiam me ab iniuitate mea.* Non ignoro, ait, iniuitatem meam contra me in arenam descendere, & calamitatem moliri, sed etiam scio, pœnititudinem esse validum clypæum ad ictus frustandos, & repellendos: ergo me lachrymis communiam, & earum ope criminis adsultus euadam. Audi Abul. q. 5. *Ero perfectus cum eo, id est ex hinc iam non peccabo, sed ero perfectus.* Contra acerrimum criminis arietem opposuit exactissimam perfectionem, vt perfecta virtus repelleret quidquid aduersum perpetratum crimen tentaret. Achab fertilem Naboth vineam in viliū olerum hortum conuertere exabit, quia semper diabolus commutationes similes cupit. Naboth religiosè restitit, sed idem fuit potenti resistere, ac vineam cum vita perdere. Iusti effusi sanguinis Deus vltor pro sanguine sanguinem à canibus lambendum prædixit. *In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* 3. Reg. 21. v. 19. Achab prædictione deteritus ad pœnitentiā configit cantus, & impendenti malo virtutem opponit prouidus. Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & aperuit cilio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demissio capite. Pœnitentia, dum dolorem gignit, calamitatem depellit, & quam negotiabatur stragem admissa culpa, vera antenuerit pœnitentia. Audi ipsum Dominum Eliam alloquentem: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* Ecce calamitatem, quam induxerat culpa, tardat, aut impedit pœnitentia, & in virtutis castro Achabus à canum morsibus degit tutus, qui citò disperiret inuasus. Prodest Tertul. Lib. 4. aduersus Martion. Cap. 10. *Lego Achab Regem maritum Iezabel reum idolatriæ, & sanguinis Nabothæ, veniam meruisse pœnitentia nomine.* Culpa pugnabat, sed pœnitentia defendebat: contra criminis adsultus, carnis depræliabantur cruciatus, & Achabus, ut sibi ab iniuitate quiuerit præcavere, studuit ad insolitam Regibus humilitatem, & pœnitentiam con-

fugere. Et quidem si in statione firma permanefset constantia, refrænaretur canina lingua. Ut sibi caueat David ad virtutum castra festinat. *Ero perfectus cum eo, & custodiam me ab iniuitate in ea.*

## TEXTVS.

VER. 25. Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum.

## §. XXX II.

*Plures studiosius mundicie solicitant opinionem, quam veritatem.*

**P**lures euaniæ gloriæ cupiditate delusi sibi blandiuntur, & speciosam apud homines elucrari famam conantur. Sepulchra exterius dealbata, spurciis intus sunt plena: illos coarctavit conscientia, sed despiciunt veritatem, & toti sunt in concilianda sibi opinione. *Illud te admoneo* ( aiebat Seneca Epist. 5.) *ne eorum more, qui non proficere, sed conspicere cupiunt, facias aliqua.* Plures exambunt extrinsecus refurgentia, contentnunt solida. David vtraque curabat, & internè solida, & extrinsecus lucentia, sperabatque dignam mercedem, quia euaniam non situerat opinionem: *Restituit mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum.* Manuum procurabat munditiam examine cœlesti approbatam, non artifici sagacitatem confitam. Audi Hugonem: *Munditiam dico factam in conspectu oculorum suorum, non hominum, quod faciunt, qui coram mundo lauant manus suas cum Pilato; quibus dicitur Matth. 6.* Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Vera est munditia, quam Deus approbat, fallax sæpè, quam mundus sine examinis discussione commendat. Sed prohdolor! Hæc apparet, & illusoria procuratur, quia futilestima fama solùm ambitur: nostræ profectæ conscientiae imponimus, & mendacio gaudemus. *Va vobis* ( aiebat Christus ) *Scribae & Pharisæi, quia mundatis, quod deforis est calicis, & paropsideis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia!* Mat. 23. v. 25. Pharisæi, ut se mundicie studiosos ostentarent, exterius refugiebant sordeſcere, imò affectata candoris puritate micare. *Pharisæi ( addit Christus ) cace, munda prius quid intus est calicis, & paropsideis, ut fiat id, quod deforis est, mundum.* Calix Pharisæicus diuinis oculis sordeſcebat, humanis mundissimus emicabat. Totum Pharisæorum studium erat, intus sordere, & exterius candidare: affectabant ab alienis abstinere, autem despicer, æquitatem colere, cum reuera animitius inhiarent rapinis, & occultis seruirent dolis. Prodest Hierony. Cat. *Non hoc dicit, quod in calice, & paropside eorum supersticio moraretur, sed quod foris hominibus ostenderent sanctitatem.* Se mentiebantur avaritiae expertes, fraudis immunes, & quietatis cultores, sed reuera per occultos meatus sienter sugebant diuitias, & artificiosè concinnabant fraudes insidiosas. Erat calix interius miserorum sanguine plenus, & externâ solùm munditiâ nitidus; imò ut melius posset interius sordere, affectabat exterius fallere. *Aqua Nem-*

rim ( aiebat Isaias cap.5. v. 6. ) *deserta erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.* Aqua Nemrim oculis pellucida, & extero candore grata oculis imponebat; eius fertilis humore censembarunt plantæ irrigandæ, & copiosos fructus edituræ; verum vnda prauis qualitatibus infecta, interiusque sordida radices arborum enecabat, & consumebat arboris venustatem, quæ allatura existimabatur virorem. Vnde sperabant plantæ subsidia, inopina illis promanarunt detimenta; nam herba exaruit, germen defecit, & grata viriditas auolauit. *Aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.* In eiusmodi aquis intelligit Thylm. in Allegor simulacrum munditiem, affectarâmque sanctitatem: eius verba sunt: *Foris candidi, in. n. sunt obscuri: in quorum ueste vilitas, sed in mente cupiditas, & ( vt breuiter distum sit) aliud agunt, & aliud simulant in omnibus operibus suis, rentum paſcentes.* Hatum aquarum fallax puritas germina non nutriebat, sed sordidabat: apparbat pellucida, sed terreis erat fæcibus turpissimis inquinata. Hanc pestiferam David testatus est puritatem, & diuinis oculis gratam habere studuit munditiem: *Restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum.*

## TEXTVS.

VERS. 26. & 27. Cum sancto sanctus eris,  
& cum robusto perfectus. Cum electo  
electus eris, & cum peruerso peruerteris.

## §. XXXIII.

*Qualcm se quisque experitur, talem esse alterum arbitratur.*

**V**T qui vitetur inspiciens aliquo colore perfusis, omnia eodem superfusa colore censet, quia inspicitorum colorem species induunt, sic animus rubigine infectus similem alijs rubiginem adscribit, & consimiles esse credit. *Quidam* ( aiebat Pomponius apud Senec. Epist. 3.) adeò in latebras refugerunt, vt putent in turbido esse, quidquid in luce est. Oculi caliginibus deturpati tenebras suas rebus visis applicant, tenebrosaque iudicant. Eleganter Chrysolog. ser. 176. *Imperfectis oculis grandescunt formæ, turbantur species, resfalluntur ipsæ, quia non iam visionem capiunt, sed adhuc umbram sustinent visionis.* Pro oculorum qualitate obiecta censentur, & ipso aspicientis colore induuntur. David Deum ipsum, sanctitatis fontem, virtutum originem, ait, aliquando haberi sanctum, & censeri aliquando peruersum: *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Aci dicat Psaltes: Sanctus te honorat sanctum, cum peruersum arbitretur peruersus. Quodsi inquiras: vnde hæc iudiciorum diuersitas emanarit? Respondebit Abul. q. 5. non prouenire à Numine, sed ab homine; nam Sanctus, cùm iudicio vtatur non perturbato, attingit veritatem, & agnoscit Numinis perfectionem; ast peruersis moribus imbutus audet delirus, & ipso in Deo reperit prauitatem. Itaque peruersus Deum ipsum eisdem imbutum moribus arbitratur. Abulensis verba sunt: *Homo sanctus reputabit te sanctum, quia vere sanctus es.* Adnectit: *Cum peruersis peruerteris, scilicet reputabit te peruersum, quia*

*homines iniqui reputant Deum esse iniustum.* Itaque vt sibi blandiatur iniquus alios moribus eisdem censet deturpatos; vt econtra modestus, & ad sanctitatem compositus alios credit nullam legibus inferre iniuriam, sed vitam ducere virtutibus exornatam. Hispanum proverbum est: *Pienfa el ladron que todos son de su condicion.* Et quidem insolitum non est, vt quisque talem alterum censembarunt, qualem se esse non ignorat. Moabitæ crystallinas vndas sanguineo publicarunt rubore infectas: *Viderunt Moabitæ econtra aquas rubras quasi sanguinem.* 4. Reg. 3. v. 22. Cùm aquæ crystalli na candicarent puritate, inquirunt Interpretes, quomodo apparere quiuerint rubrae, & sanguineo colore infectæ? Abul. q. 20. ait, Moabitarum oculos vapore è tellure rubra exhalato turpatos fuisse, & colorem suum crystallinis laticibus applicasse: *Secundum veritatem non fit rubor ille nisi in oculo nostro, ad quem peruenit radius habens rubedinem.* Manè solaris radius rubeis è terra vaporibus tintitus ad oculos perueniebat, & quo erat rubore infectus, vndis applicabat oculus, eodem tintitas aquas colore existimabat, & fallaciæ suæ fidem præbebat. Itaque qualis erat tunc aspicientis pupilla, talis apparebat aqua; & quamvis purissimo candicaret nitore, censembarunt infecta sanguine. O quot Dei servi patiuntur à peruersis calumnias! Innocentem vitæ tenorem iniqua suspicione denigrant, audaci lingua commaculant, & propriæ caliginis tenebris lucem obscurant! Cæteros existimant ( vt aiebat Pomponius) in turbido esse, quia ipsos constat peruersis affectionibus inuincari.

## §. XXXIV.

*De iusti consortio ad modestiam peruersus instruitur, modestus iniqui contubernio peruerteri ur.*

**Q**uantum possit contubernium, & sodalitium intelliges, si expenderis vel truces feras coniunctu hominum mansuescere, ad patientiamque cogi. Immanis bellua diu passa hominis contubernium, mitigat saevitiae impetum, & veluti ingenium mutuatur huimanum. *Cum placidissimo, & facillimo, & minime anxiō, morosoque vivendum est* ( aiebat Seneca. 3. de Ira cap. 8.) sumuntur à conuersantibus mores, & vt quedam in contactos corporis vita transiliunt, ita animus malus sua proximis tradit. Ebriosus coniuctores in amorem vini traxit: impudicorum cœtus fortem quoque, & siliceum virum emollit: auaritia in proximos virus suum transtulit. Vitia addiscuntur, dum intuentur; & putatur iniuria, si amicus amici non imitetur exempla. Eadem (adnectit Senec.) ex diuerso ratio virtutum est, vt omnes, quod secum habent, mitigent: nec tam valetudini proficit utilis regio, & salubrius cœlum, quam animis parum firmis in turba meliorum versari. Hanc, quam tradit Philosophus doctrinam, Psalmographus approbat, dum ait: *Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus, cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.* Ut qui in vnguentaria taberna sedet, aliquem odorem, quem secum deferat, sugit, ita qui inter probos versatus est, aliquid defert, quo mores expoliat, & vitiorum pestes depellat. Deuoratus est Israël: nunc factus est in nationibus, quasi vas immundum. Osee. 8. v. 8. Israël olim diuina luce illustratus, & miris virtutibus expolitus, v. 8. iam immundi ad instar vasculi odore fœtidō exalperat,

perat, & antiquos mores prorsus denudat. Et quæ huias mutationis occasio? Quia cū improbis victi-  
tans, eorū mores est imitatus, & cum peruersis omni-  
modis est peruersus. Audi Hugonem ad Gen. 33.  
*Factus est Israël quasi vas immundum, quia ascende-  
runt ad Assur, imo certè transcenderunt.* De Assur  
sodalitio pestem contraxit, qua m̄dres prorsus  
corrupit, econtrà, si peruersus moratis, probisque  
adhæreat, discit nouam philosophiam, & prau-  
itatem denudat antiquam. Saül in aula malo  
spiritu agitabatur. *Ecce spiritus Dei malus exagi-  
tat te.* 1. Reg. 16. v. 16. Mali spiritus habitaculum,  
& ab ipso spiritu mutuatus consilium contra D-  
uid inter Prophetas tunc diuersatum insurgit, &  
Prophetarum habitaculum adit: *Abiit in Naioth  
in Ramah, & factus est etiam super eum spiritus  
Domini.* 1. Reg. 19. v. 23. Idem Saül iam cœlesti  
spiritu expolitur, iam iniquo exagitatur. Ecqua  
discriminis causa est? Quia dum se Prophetis ad-  
iungit, corūmque contubernio degit in Prophetam  
transfunditur, & mutatur. *Ipsi Prophetae* (in-  
quit Glossa) *religiōsi viri erant.* Cum viris reli-  
giosis Dei laudes canentibus Saül etiam cecinit,  
cum aulicis superbis, & tumidis intumuit, & ma-  
lo spiritui habitaculum præbuit: vt noueris, quām  
sit verū: *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso  
peruerteris.* Hinc summo studio tibi curandum est,  
vt sint probi, quorum familiaritate, societateque  
vteris; nam si obscuris moribus fuerint infecti,  
quā deprauaueris, pestem halabunt, & sensim ex-  
culti mores peribunt.

## T E X T V S.

V E R S . 28. Et populum pauperem saluum  
facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.

## §. X X X V.

*Superbia fœcunda calamitatum est vena, humili-  
tis felicitatis est causa.*

**O**MNES felicitatem suspirant, sed quā ad felici-  
tatem peruenire possint, ignorant. Qui su-  
perbos gerunt spiritus, qui tumidos nutriunt  
animos, in se odia conflant, & proborum etiam  
indignationem irritant. *Gravis fastus* (aiebat Eu-  
ryp. in Glau.) *ex improbi hominis opinione nascitur.*  
*Quicumque ciuium vir arrogans fuerit, is nec amicis,*  
*nec toti ciuitati familiarem se præbet, nec affabilem.*  
Dum elatio turget, offendit: econtrariò, qui de-  
cora humilitate demittitur, qui laudabili deie-  
ctione honorem cœteris deferre conatur, Dei, &  
hominum lucratur gratiam, & secundam elaborat sibi fortunam. *Populum pauperem* (aiebat Da-  
uid) *saluum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.*  
Pauperem vocavit humilem, cū frequenter  
paupertas animum demittat, nec spiritum super-  
bum gerat. Pauper caret, quibus spiritus inflantur;  
& celsi animi innutriuntur. *Vox Hebraica* (inquit N. Sanct.) *non magis pauperem, quām humilem*  
*significat.* Itaque vbi noster Textus dicit *Populum*  
*pauperem*, Hebreus habet *Populum humilem*. Huic  
ergo modesto, & humili salus promittitur, vt  
cuius specialem Deus curam gerat, & causam agat.  
Et attende, superbiæ decerni ruinæ supplicium,  
& adeò celere, vt infligatur oculorum iœtu, & si-

ne temporis interuallo. *Oculis tuis excelsos humiliabis.* Id est primo aspectu, oculorum iœtu. Nota-  
uit datus iam Sanct. *Superbos alunt spiritus, qui sublimia cogitant, qui oculos attollunt ad excelsa.* Horum  
Deus oculos superbos, vel uno tantum oculorum  
coniectu deprimit, & humiliat. Consonat Abul.  
q. 5. *Per solum aspectum oculorum humilias, vel de-  
primis superbos.* Alia vitia temporis tractu dant  
pœnas, superbia iœtu oculi, momento tem-  
poris deiecta experitur angustias. Redeat datus  
Eury. *Cum videris in sublime quempiam elatum,*  
*splendidis gloriantem opibus, ac genere, supercilio-  
que supra sortem suam fastuosum, illius celerem di-  
uinitus expecta breui vindictam Celeriorem alijs  
virijs superbia sibi calamitatem maturat, dum  
Deum, & homines ad indignationem prouocat.*  
Quid superbo intolerabilius? Quid molestius?  
Nihil sapit nisi suæ originis claritatem, nihil  
loquitur nisi domus splendorem, dotumque cel-  
itudinem. Humilitas, dum se laudabiliter deprimit,  
mirandis incrementis extollit, fastosa super-  
bia, dum se inaniter extollit, vsque ad puluerem  
deprimit. Mardochæus arcano somnio eruditur,  
& quid futurum sit, edocetur. *Ipsum audi.* *Fons  
parvus crevit in fluum maximum, & in aquas plu-  
rimas redundauit.* *Lux, & sol ortus est, & humiles  
exaltati sunt & deuorauerunt inclytos.* Esther 11. Esth. 11.  
v. 10. En fontis humilitas indubium est felicitatis  
auspiciū, & inclytī celsitudo certum calamitatis  
præfigū. Et nota inclytos dici vorandos,  
vt calamitatis celeritas denotetur; nam quod de-  
uoratur, veluti instantaneè transmittitur: effe-  
ctus somnio respondit; nam Mardochæus hu-  
milis resplenduit fortunatus; Aman nullis ferè  
interuallis stipiti pœnas dedit affixus. *Nendum ver-  
bunde ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem  
eius... suspensus est itaque Aman in patibulo, quod  
parauerat Mardochæo.* Esther. 7. v. 8. & 10. Fulgu-  
ris adinstar disparuit tumentis prosperitas, & hu-  
milis euauit calamitas: fastus male sibi omina-  
tus est, calamitatēmque maturauit, vt humilitas  
felicitatem asciuit. Huc voco Augustin. apud  
Glossam: *Deus tuentur aliquid aperte, vel non  
euentur, faciendum, vel denitandum denuntiat.*  
Vt Deus aperte denuntiaret Mardochæi celsitudinem, & Amani celerrimam depressionem, im-  
missit somnum, vbi Mardochæi apparebat humilitas, & Amani superba vanitas, his nos instruens,  
elatam superbiam copiosum esse miseriarum fon-  
tem, decoram humilitatem fœcundam esse felici-  
tatum originem.

## T E X T V S.

V E R S . 29. Quia tu lucerna mea, Domine,  
& tu Domine illuminabis tenebras  
meas.

## §. X X X VI.

*Plures lucere exambiunt, ut vanè splendeant,  
non ut ceteris proficiant.*

**I**Lius magnitudo stabilis, fundataq; est ( aiebat  
Sen. de Prouid. c. 3.) quem omnes tam supra se esse  
quam proficiunt, cuius curam excubare pro salute  
singulorum, atque uniuersorum quotidie experiu-  
tur. Qui fastigium inscendit, felicitatem suam fun-  
dat,

dat, si muneri satisfaciat. Diù nequit fixè permanere, qui inuenitur sibi aduersari; plures tamen superbè tumidi, & ambitiosè superbi dignitates anhelant, & annexas dignitati curas recusant: dignitatum inscendent culmina, vt vanè splendeant, non ut alijs proficiant. Dauid dignitates adeuntibus ostendit lucendi formam, dum Deum imitandam illis proponit regulam: *Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.* Aci dicat: Tu obtines lucis fastigium, sed tibi soli non splendes, imò fulgore meas tenebras abigis, gressuque diriges: non tibi soli luce, sed cunctis proficis. Dauid (inquit Abul. q.s.) vocavit Deum lucernam suam, quia illuminat eum dirigendo in omnibus agendis. Ne in periculum incideret, cœlestis lucerna dirigebat, eius depellens tenebras, & emolliens calamitatum angustias. O quam dignè lucis sortiebatur elogium, qui ritè lucis adimplebat officium. Lucerna etiam modij limitibus angustis inclusa, splendoribus emicat adornata, sed cæteris inuenitur otiosa, quia nec scandala docet vitare, nec tenebras curat depellere. Ergo Dauid Deum, ait, fulgentissimam esse lucernam: *Tu lucerna mea Domine: sed non ex eis, quæ non curant illuminare, sed resplendere: Illuminabis tenebras meas.* Discant, qui lucis vices gerunt dignitatum splendoribus nobilitati fortunæ otiosos non adulari, sed salubres emittere radios, quibus miseris foueant, & eorum tenebras pellant. Christus dominus discipulos suos confusis fluctuum vorticibus diuexatos, & acribus intuens ventorum flatibus imperitos, sicco vestigio maris dorsa calcat, & per liquidum firmissimo gressu festinat. Ast discipuli vbi existimauere per marinos vortices gressum deseruire gradientis ostentationi, non gementium subditorum vtilitati, honorifica appellatione priuarunt, & esse phantasma conclamauerunt: *Venit ad eos ambulans supra mare, & volebat praterire eos.* At illi, vt videbant cum ambularem supra mare, putauerunt phantasma esse. Marc. 6. v. 48. Eximia non dubitabant potestate vti, quem supra confusos maris fluctus aspiciebant firmis gressibus ambulare, ast vbi arbitri sunt, potestatem solùm deseruire ostentationi, nec eorum prouidere saluti, euandum putauerunt phantasma: *Phantasma est.* Audi ad rem August. in Cat. *Quia in diuersum ibat, eos volens præterire tamquam alienos, à quibus ita non agnoscebatur, vt phantasma putaretur.* Potestate præditum gressus testabatur, sed dum potestas subiectis non prouidebat, solida non credebatur; vbi verò salutiferam sibi experti sunt potestatem, debitum adorationis persoluerunt tributum, & honorem reddiderunt potestati antea denegatum. Ezechiel cap. 34. v. 2. Istraëlis pastores depingens, ait: *Væ pastoribus Istrael, qui pascebant semetipsos!* Nonne greges à pastoribus pascuntur? Paulopòst subiicit: *Facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor.* Sibi videtur Ezechiel contraria proferre; nam si eos Istrael appellat pastores: *Væ pastoribus Istrael!* quomodo ait Istrælem non habuisse pastorem? *Eo quod non esset pastor:* Quia erant solùm pastores ad lucelli incrementa, ad exigenda honoris tributa, non ad misero gregi prouidenda remedia, curanda commoda. *Lac comedebatis, & lanis aperiebamini.* Oves denubantur lanâ, vt yeste splenderent ipsi superflua; carebant agni latris annona, vt delicatâ fruerentur pastores mensa: & gemebat grex suo auxilio impugnari, &

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.*

denudatum perire. *Videamus quid loquatur Dominus* ( inquit August. lib. de Pastor. cap. 2.) *pastori bus seipso pascentibus, non oves: Ecce lac consumatis, & lanis vos operitis.* Tenellus agnus alimento mulctabatur, ouis dispoliabatur, quia pastores ad vtilitatem munus detorquebant, & ambitus non erat proficere, sed lucere.

### §. XXXVII.

*Cœlesti lumini debes obscuris tenebris non innoluui, nec tricis multiformibus implicari.*

Contra probos viros hoc in seculo multifomes tenduntur insidiæ, & tricæ disponuntur captiose: si quis præeundi caruerit lumine, irretitus exco inuenietur ligamine. Lux oculorum magistra veritatem edocet, gressus dirigit, & obices scandalorum repellit. *Liquer* ( aiebat Philo lib. 2. de Monar.) *quod nisi sole illustrante, non essent conspicue tot qualitates corporum, nec tot colorum, formarumque species.* Adnectit: *Quis in tanta maris latitudine, simul & altitudine vias nautis aperuit, nisi ratio?* Nauis gubernator oculos ad sidera con-torquens, & gubernaculo assidens per inuias, cœcasque vias aurigat nauim, quoisque ad securam litoris stationem appellat, & occultas syrtes effugiat. Nec aliter in spiritualibus accidit. Qui cœlesti lumine fruitur, pericula declinat, & passionum adsultus frænat. Hoc à cœlesti luce se accepisse beneficium, Psaltes fatetur: *Quia tu lucerna mea, Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.* Aci dicat. Ni tua mihi lux affulisset, nec visibilium thecnas effugerem, nec inuisibilium vitassem; verùm tu fulgentissima lux, depulsis ignorantia tenebris, sic gressus meos direxisti, vt tectos dolos illuserim, & triumphalem sèpè laurum de hostibus reportauerim. Dauid vocavit Deum lucernam suam ( inquit Abul. q.s.) quia illuminat eum, dirigendo in omnibus agendis, & incideret Dauid in multas ignorantias, nisi Deus illustraret intellectum eius, reuelando ei quid agere deberet. Perpetrato adulterio, sic animæ aspectus caliginosis criminibus tenebris deturpabatur, vt quam parabolam Propheta contra ipsum protulit, alio adscriberet, & se in alio sententia lata damnaret; ast vbi lux internum reluminavit aspectum, salubre emisit planctum. In terra etiam Mahob securus ad speciem degebat, sed ipsa securitate periculum maturabat: Gad Dei nuntius solum vertere monet, & Dauid admonitus mortem fugit. Itaque cœlesti lumini debebat ad salutem corporis spectantia, & ad animæ pulchritudinem pertinientia; sine cœlestis lucis auxilio pericula incureret, & deteriores animæ tenebras adamaret. Huius luminis splendore quam sit periculosum carere, & quam salubre potiri, Istræliticus, & Ägyptius populus diuersarum sortium qualitate monstrarunt: Hebræus pèr maris inuia arripiebat fumam: Ägyptius infecitus vestigia, promittebat sibi victoriam; verùm alter, ad quem tendebat puluerulentus appulit portum, alter lutois vndis inuolutus miserandum subiit naufragium. Si inquiras: Vnde magna adèd diuersitas fuerit orta. Respondit Textus, Istrælitæ splendenti luce yflos, & Ägyptios tenebris densissimis deturpatos. *Stetit inter castra Ägyptiorum, & castra Istrael, & erat nubes tenebrosa, illuminans noctem.* Exod. 14. v. 20. Exod. 14. Vna, eadémq; via incedebat vterque, sed Ägyptius deerrabat tenebris cæcus, & molestis ambagibus

retardatus: Israëlite verò sine obice gradiebatur, quia lucis magisterio fruebatur. Prodest Caiet. Eadem columna fuit columna ignis, & nubis, quia utrumque officium actualiter tunc exercebat: ignis quidem ad illuminandum Israëlitas, nubis autem ad impediendum, ne lux illa videretur ab Aegyptijs. Pertinaces, arrogantésque Aegyptij iure meruerunt cœlesti luce priuari: Israëlite afflictionibus angustiati, in clamores lachrymosos effusi, splendenti impletarunt luce potiri. Ergo Israëlite lucis beneficio itineris vitavit scandalum, peruenit ad portum, & feliciter asscutus est triumphum; Aegyptius dum densis implicatur tenebris, mergitur irreparandis naufragijs: vt notum omnibus fuerit cœlesti lumini felicitatem esse adscribendam, & miseriam hominis tenebris adsigandam.

## T E X T V S.

V E R S . 30. In te enim curram accinctus:  
in Deo meo transfiliam murum.

## §. XXXVIII.

*Virtutis ingressus viam sapè obicibus impeditur, sed, vietiis Dei auxilio difficultatibus, coronatur.*

**P**eruicacissimus animæ hostis tunc maximè furit, cùm homo eius vinculis absolutus, ad Deum celeri cursu contendit: multiformes in itinere laqueos obtendit, multiplices infidias disponit, obices, quibus cursum retardauerit, obiectit: *Tunc maximè sicut* (aiebat Tertul. de Pœnit. Cap. 7.) *cùm hominem plenè sentit liberatum.* Ut subterraneus serpens traseuntes obseruat, vt adsulitu subito noceat, sic diabolus, bestia callidissima anhelat currentem gelido veneno tardare, & impedimenta non vincenda ad speciem opponere. Currebat Dauid diligenter succinctus, & ceruorum agilitatem imitatus: *In te curram accinctus:* Verùm callidus hostis obiectus murum, vt tardauerit gressum: difficultatibus aggressus est timorem augere, & animos prorsùs succidere; Verùm Dauid Deo sisus murum saltu transgressus est: *In Deo meo transfiliam murum.* Quem murum? Ab aduersarijs fabricatum, inquit, & ne currerem, artibus varijs constructum. Et cur modò saxeus tibi murus obiectus? Quia currebam, respondet, agilitate velocissima pœnitit; nam hostis acrius tunc furit, quando hominem ad artipiedam virtutis viam curiosius succinctum videt: itaque impugnat, obsidet, sicut. Sed qui in Domino sperat, vietiis difficultatibus, salit expeditus, & saltu redimit tempus. Audi Abul. q.5. *Inuocato Deo meo, ego transgrediar murum hostilem, & non timebo irrumperem in hostes.* Nitebatur studiosè hostis currentem, obiecto difficultatum muro retardare, sed eoipsò Dauid studuit in aduersarios alacriter insilire. Et ubi inuocato Domino impenitentia contempserit, virili contemptu vicit: *Transfiliam murum.* Vbi Gabaonitæ ad Iosuë transierunt, antiqua tranquillitas in ardua bella conuersa est; iam à vicinis affliguntur, iam à collectis armatorum copijs impugnantur. Congregati igitur ascenderunt quinque Reges Hamorraorum. Ios. 10 v. 5. Quid tunc? Gabaonitæ animos non succiderunt, sed opem à Iosuë diligentiori studio

implorarunt: *Ascende citò, & libera nos, ferque praesidium.* Iosuë Gabaonitarum remunerat confidentiam, & procedit contra aduersarios in pugnam: citissimè Reges, qui promiserant sibi victorias, obscuras configurerunt ad latebras. Fugerant enim quinque Reges, & se absconderant in spelunca urbis Maceda. Terrores ingeminabant, truci aspectu Gabaonitas deterrebant, militem plurimum in campum produxerant, sed de victoria desperati, tenebrosam ad speluncam configunt, laterèque exambiunt. Ad rem Hugo Card. Adonis dech interpretatur fulgurans, & significat diabolum, qui dolet, quando audit amatores mundi, qui per Gabaonitas significantur, configere ad Iesum. Et suscitat quinque Reges aduersus eos, id est quinque sensus corporis. Fulgor tantisper terret, sed citissimè disparet, soliditatem non habet, sed perstrictum oculos ferit. Ergo diabolus contra sæculo renuntiantes, & ad virtutis castra transeuntes vanos terrores ingeminit, & sensus omnes irritat. Iam Gabaonita, quod expertus anteà non fuerat, certamen sentit: iam rebellant sensus, & ad impediendum animum multiplex insurgit adsultus. Verùm dum Gabao-nita terrori non cedit, sed firmus in statione persistit, sensus domantur, & in triumphos certamina conuertuntur.

## §. XXXIX.

*Ipsa in senectute non sunt arma deponenda, sed studiosè contra vittorum franges praesanda.*

**S**apè qui Martios est secutus labores, tractu temporis viribus fractis, armis renuntiat, & manumissionem exoptat. Fas est, quiescat tranquillitate donatus, qui cum hoste sapè congressus, & sudatis laboribus fractus. *Otium tibi* (verbæ sunt ad veteranum militem Principis. 5. Var. 36.) *non ignobile præsenti iussione largimur, quia non est ignavia culpa, quem excusat miseranda calamitas.* Senectutis calamitas attritum laboribus militem bellicis insignibus iam non idoneum ostendit, & Marti renuntiare, otiosamque vitam debilitatumducere cogit. Verùm & si quis non ignavius, sed graui senectute pressus, Martialibus laboribus se subducat; in militia spirituali à certamine nullus potest absolui, quia dum superstes indefessis excubijs contra hostiles adsultus tenetur armari. Dauid post tot bella, post tot cum hoste certamina militarem cingulum non deponit, sed accinctus in campum profiliare decernit: *In te enim curram accinctus.* Hic ad nostram eruditio[n]em proponere, ait Noster Sancta[rum] arma in senectute non denudare, sed militari se cingulo sollicitè præmunire. Sanctum audi: *Accinget se rursus armis, que etas iam grauis, & emerita dudum deposuerat.* Profectò nobis eo militia genere ostendit decertandum, quo nunquam detur otium, nec intermittatur bellum. Iam senex, & continuis laboribus debilitatus recurrit ad cingulum; non vt plures, qui, si vno, aut altero certamine desudarint, vti veterani putant iam sibi otandum, & corpori quodammodo dehiscenti attendendum: sed dum emeriti depo-nunt arma, in membris ferè emortuis insurgunt iterum bella, & dum torpenti ignavi, dant manus hostibus impetiti: aliena in ætate inardescit cupidinis flamma, & ni pœnitentiae armis solicita præmuniatur cautela, cedet ignominiosè aduersarijs senectus ignava. Ætate longæui,

longæui, & iam ad speciem emeriti, dum sibi securitatem promiserunt incauti, cesserunt tentationibus miliari. Ergo Dauid, ne tot obscuraret victorias, si solicitas non custodierit vigilias, proponit currere: *Curram accinctus*: Senectus suadebat otium, sed prudentia vrgebat ad cursum, ne, si corpori indulget, prostratus iaceat. Quia iam mors proximior, in statione persistit vigilantior. Abraham, Saraque senes, prouectaque ætatis erant. *Erant autem ambo senes, prouectaque ætatis.* Gen. 18. v. 11. & nihilominus cum censes sene-  
ctutis priuilegio placidum otium sectatueros, vide-  
bis dilaudandis laboribus occupatos. Abrahamo  
persuadebat senectus quiescere, sed cursum ma-  
luit, vt exciperet peregrinos, arripere: *Cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi*: Peregrini officiosa hospitatis urbanitate oblectati, paruer-  
runt, non tam vt patulæ, ramosæque quercus  
potirentur placidam vmbram, quæ, vt copio-  
sam referrent hospiti gratiam. Iam ad speciem  
tantisper recreati, interrogarunt, vbi esset vetu-  
la Sara: *Vbi est Sara vxor tua?* Abraham in taber-  
naculo latitare, respondit: *Ecce in tabernaculo est.* Multa expendenda occurunt. Cur scilicet Abra-  
hamus hospitum non expectarit accessum, sed  
quodammodo vim naturæ intulerit accelerando  
volatum? & cur Sara nimia vetustate confecta,  
peregrinorum excusarit non solum colloquium,  
sed & conspectum? Curiositas instigabat, longæua  
ætas tesseram securitatis præbebat, & nihilominus  
peregrinorum vitæ intuitum, & tabernaculi  
confudit ad secretum. Fœminas ( inquit Oleaster )  
edocuit pudicam Sara in tanta securitate mode-  
stiam: Abrahamus docuit etiam senes cursuram.  
*Docet hic Sarah* ( verba sunt Oleastri h̄ic ad Mor. )  
*fœminas honestatem, vt non se impudicè, aut temere oculis hospitum ingerant.* Cito peregrini erant dis-  
cessuri, & tamen honestatis amore nec se oculis  
ingessit, nec verba miscut. Abrahamus senio  
prægrauatus, quia vicinum præfagiebat è vita  
excessum, sibi censuit in virtute accelerandum  
volatum. *Peregrinus ipse* ( inquit Chrysol. Ser. 121. )  
*ingiter laborauit; sicque, ne peregrinis peregrinum se esse sentiret, sub tentorio manens ipse sine techo aduenam manere non passus est.* Ætatis cessit priuilegio, vt hospites recrearet hospitio, hospitibus astitit, non assedit: & fuit non cum peregrino conuia, sed ministrauit conuitis fercula: Ut  
discant senes inertiae non indulgere, sed quia  
vicinior exitus, virtutibus studiosius ornari, &  
quod vitæ restat actionibus dilaudandis impen-  
dere.

## TEXTVS.

**V E E S. 31.** Deus immaculata via eius,  
eloquium Domini igne examinatum:  
scutum est omnium sperantium in se.

## §. XL.

*Mundus venditat fallacij mixta, virtus offert prorsus sincera.*

**M**undus offert, venditaque plurima pul-  
chram speciem fortita, sed soliditate prorsus carentia. Adustæ illius vtricibus flammis re-  
gionis poma externa venustate alliciunt oculos,  
sed præsantes frustrantur in cineres versa manus.

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

Non solum fallimur, sed quod peius est, menda-  
cio gaudemus; quid sub bractea sit, scimus, &  
nihilominus oculis nostris imponimus, & con-  
scientiam ipsam corrumprimus. *Tanta est vis ve-  
luptatum* ( aiebat Tertul. de spectacul. cap. 1. ) vt  
ignorantiam protelet in occasionem, & conscientiam  
corrumpat in dissimulationem. Quæ Dei sunt, vera  
soliditate fulciuntur, & utiliter possidentur. Deus  
( inquit Psaltes ) *immaculata via eius, eloquium  
Domini igne examinatum: scutum est omnium spe-  
rantium in se.* Aurum discernentibus aquis, à ge-  
nitrice terra secernitur, & mundissimis caliculis  
vasta fornace decoquitur, & iam resplendet pur-  
gatum, & à contractis terreis in vilceribus sor-  
dibus purum. Ergo ait Dauid Dei verbum aurum  
esse, quod ignis non egeat examine, cum solidum  
nascatur, & purum. Hunc huius versus sensum  
esse existimat Noster Sanct. *Via Domini immacula-  
ta, id est, cui nihil adhædere possumus suspicionis, queque  
nihil habeat simulatum, & fallax.* Cetera, que nobis  
offert, aut venditat mundus, sincera non sunt, sed  
ex varijs concreta fallacijs. Aurum, argentumque  
etsi pulchram faciem habeant, adulterata, ob-  
œrataque lydio indigent, & examine flamarum  
egent; ast Dei verbo nulla queit suspicio adhæ-  
rere, quia omnimoda constat veritate, & soliditate  
micare. Adnequit datus Interpres: *Vide metallum,*  
& ad omnes usus prorsus inutile tenuissima contegit,  
& simulat bractea ex auro, que breui affictu manus  
excidit, & hiantem relinquit, & delusam hominum  
avariciam. Non ita est Dei verbum, cum in eo  
solida sit semper veritas, & sincera sineulla  
simulatione soliditas. *Ego vidi* ( aiebat Iob ) *stul-  
tum firma radice, & maledixi pulchritudinem eius  
statim.* Iob. 5. v. 3. Iob oculis usus pulchritudinem  
imponere nouit, & radicem exsuccam prorsus,  
infirmitamque aspexit; & quod peius est, stultus  
œcis affectionibus obscuratus hanc radicem  
prolatam credidit, & firmissimam, cum revera  
citius aruerit, quæ germinauerit. *Pulchritudinem*  
( inquit Philipp. apud Glos. ) *nomine falsitatis*  
appellat. Consonat Olympiodor. *Translatio est à  
plantis, que, exesis radicibus, arescant.* Erat radix  
exesa, citò venustas auolatura, sed stultus con-  
geminata œcitatatis specie radicem existimat fir-  
mam, nec suspicabatur exesam: videbat, que  
non erant, & non videbat, que erant. Eiusmodi  
stultorum ferè infinitus est numerus: dolis mixta  
fallacibus, putant sincera, & nutantia firma;  
dumque prudenti rationis examine non explorant  
humana, sera oculos aperiunt notitia. Dauid  
Dei viam, hoc est, virtutem testatur, nullis dolis  
contectam, sed planam prorsus, & expeditam:  
*Immaculata via eius: eloquium Domini igne ex-  
aminatum.* Michol statuam sensu carentem vestimen-  
tis operit, & ministros sagaces fallit: sibi per-  
suaserunt Dauidem molli lecto cubare, & placido  
somno quiescere, eludebatur tamen oculorum  
sensus fallacijs pulchris, & veris dolis. *Cum ve-  
nissent nuntii, inuentum est simulachrum super lectum:*  
1. Reg. 19. v. 16. Dauidem quiescere distantibus  
persuasit fallacia, accendentibus propius atolasse  
reperit experientia. Eleganter Basil. Ora. 16.  
*Imago in viri speciem conformata, & in lectulo col-  
locata formæ fictione videntes eludebat.* Aspicientes  
formæ fictione eludebantur, & luteam, aut lig-  
neam statuam, verum esse hominem arbitraban-  
tur. Sic mundus fallit, sic noster ipse aspectus pas-  
sionibus perturbatus nobis imponit.

## §. XL I.

*Sapiens antequam verba proferat, trutina considerationis examinat.*

**N**ihil adeò indiget, ut verba, decenti mora proferri, & prudentiae trutina examinari: proferri potest sermo non prolatus, semel reuocari nequit effusus. *Qui venditant* ( aiebat Tertul. de Pœnit. cap. 6.) *prius nummum, quo paciscuntur, examinant, ne scalptus, ne rarus, ne adulter.* Venditores prudenti examine discrimini occurunt, & ne quid detrimenti subeant, prouidenter attendunt. Ergo cum verbum irreuocabile sit, & graue non semel proferenti, & alijs afferat detrimentum, prudens verba diligent solitudine examinat, ne inconsideratus discrimen subeat. Ad hanc utilissimam nos trutinationem Psaltes alliciens, Dei verba testatur auri adinstar fulgere igne examinata, & prudentiae bilance appensa: *Eloquium Domini igne examinatum.* Non indiget Dei eloquium examine, cum prudentiae infinita resplendeat luce; Psaltes tamen nos edocet, maturo iudicio verba proferre, & proferenda examine solerti discutere. Aci dicat: *Eloquium Domini semper prudentia resplendet, & nihilominus considerationis examina subit;* quid ergo tenentur homines facere, quorum verba sèpè præcipitat ira, & profert passionis ardor? Hanc philosophiam homines edoceri, tradit Card. Hugo: *Eloquium Domini, id est Christi, igne spiritus sancti examinatum, id est, quidquid dixit, igne spiritus sancti examinatum fuit, id est vile, & honestum, quia sapiens quidquid dicit, prius apud se dijudicat.* Ingentia plures vi-  
tassent incommoda, ni inconsideranter ruerent in verba; ast dum iracundiæ ardore inflammati, aut imprudentiae nebulis cæci, iniuria, aut pungitua verba proferunt, sibi calamitatem asciscunt. *Cor sapientis* ( aiebat Salomon ) *erudit os eius, & labijs eius addet gratiam, farius mellis composita verba.* Proverb. 16. v. 23. Ut apes flores eligunt, ex quibus fauos paulatim artifici componant industria, sic Sapiens verba elit, ex quibus sermonem texat nulli iniurium, aut offensuum. Imprudens verba projicit, non considerat, cumque impetu elabuntur, contra imprudentem bella concitare inueniuntur. *Cor sapientis erudit os eius* ( inquit Lira ) *diligens ipsum in loquendo.* Cum lingua inquietum sit malum, cum volubile sit venenum, magna cautela opus est, ne insanabilem alijs plagam infligat, imò ne sibi ipsi perniciem afferat.

## T E X T V S.

VERS. 32. & 33. *Quis est Deus præter Dominum, & quis fortis præter Deum nostrum?* Deus qui accinxit me fortitudine: & complanauit perfectam viam meam.

## §. XL II.

*Deus suus generosus communicat, homo tenaci auaritia denegat.*

**P**Ullus homo aliorum ruinam suam fabricare contendit, & quæ habet, retinere auaritia damnabili exambit. Generosus, Deoque

simillimus alijs prodesse gestit, & gaudet, tuncque suæ magnitudini, & potestati honestè blanditur, si alijs opem dilargiri probetur. Generaliter quidem ( aiebat Caffiod. 12. Var. 5. ) amplissimum cognitorem decet beneficia dilatare: quoniam qui omnibus præesse cognoscitur, cunctis impendere profutura censemur. Deus nullius rei indigens bona sua examinit communicare, nec apud se clausum munificentia thesaurum patitur retinere. Eleganti stylo Basil. Seleuc. Orat. 2. *Velut parturiens magnificentia sue munera, & habere clausum penes se thesaurum impotens, non est contentus prioribus, nec rebus ante dilagitis dona sua circumscriptit.* Imaginis suæ homini honorabile est impertitus elogium, vt huius beneficentiae imitaretur exemplum, gestiretque alteri communicare, quod à cœlesti munificentia expertus est accepisse. Basilio adstipulatur Psalmographus; nam cum Dei fortitudinem deprædicavit, sibi à Deo inditam fortitudinem retulit. *Quis est Deus præter Dominum, & quis fortis præter Deum nostrum, qui accinxit me fortitudine?* Deus fortis fortitudinem Dauidi impertitus est, quasi esset maiestatis offensio, munificantiae retinere thesaurum, nec præbere coimmunicata fortitudine auxilium. Innuuit Abul. q. 5. *In Hebreo habetur: Deus fortis meus fortitudinis, id est, Deus est fortis, & est, qui dat mihi fortitudinem.* Deus noster, inquit, fortis, nec alijs ei exæquandus; hanc tamen prærogatiuam sibi vni non reseruauit auarus, sed mihi communicauit magnifice generosus. Quam homo inuenitur dissimilis! Sibi vni sitibunda auaritia gloriam exambit, & vel stillam impertiri animitus fugit. Nabalis cor à carneo in lapideum, saxeū mque transiit: *Emortuum est cor eius intrinsecus, & factus quasi lapis.* 1. Reg. 25 v. 37. Dignus 1. Reg. 25. erat, qui lapidesceret à vincentium numero expun- v. 37. etus, qui panis frustulum Dauidi tenaciter dene- gauit auarus. Nec urbanæ præces, nec vrgentissima Dauidis necessitates vel stillam aquæ impe- trarunt: *Anversatus est eos.* v. 15. Tenax auaritia digna est castigatione mulctata, sibi amisit, quod alteri denegauit. *Non solum negauit* ( inquit Lira ) *quod petebatur, sed etiam à vituperijs inchoauit.* Quam Deo dissimilis extitit Nabal! Deus, quia fortitudine eximius, fortitudinem alijs communicae satagit ambitione laudabili generosus: *Accinxit me fortitudine.* Nabal ditissimus micam de- negauit auarus.

## T E X T V S.

VER. 34. & 35. *Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me, docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea.*

## §. XL III.

*Qui celsa dignitatum occupauit fastigia, se stadiosè accingat ad prælia.*

**I**N hostili regione versantibus huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenta est ceruix. Palpitantibus præcordijs viuitur, quia acri timore animus adurgetur. Nec aliter accedit his, qui dignitatum versantur in lumine: culmen beatitudinis habetur exordium, sed reuera esse solet, dum inuidiam irritat, calamitatis præ sagium.

præsagium. Inuidia frequens optimis telum captivas obtendit insidias, & tetra lingua, quibus honestas obscurat actiones, effundit tenebras. Ambitio per alterius vult ruinam concordare, & acerrimis conatur arietibus felicitatem subruere. Disertè Senec. Epist. 75. *Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit: una hac via est ad tutu vadenti, & externa despicer, & honesto contentum esse.* Inter concupita à multis securè non viuitur, inter ab alijs suspirata, continuo animus metu vexatur. Daudì vbi se tenere asseruit excelsa, statim adiunxit, edoctum fuisse certamina. *Coquans pedes meos cernis, & super excelsa mea statuens me, docens manus meas ad prælium.* Mapalibus degens erat, vt inuidiae exemptus, bellorum etiam indotus; vbi verò tenuit alta, opus fuit edocere manus prælia, quia vndique felicem impetebant pericula. Prodest Abul. q. 5 *Deus constituit me super excelsa mea, id est in ista magnitudine status, quia cum ego essem pastor, non proneniebat mihi ex progenie, quod essem Rex.* Cùm Daudì rustico degebat tugurio, tranquillo fruebatur otio, quia neé inuidia bella mouebat, nec ambitio quid rapere, suspirabat; ast vbi faustis acclamationibus celebratus, vbi dignitatum luminibus insignitus, iam Saülis insidiosum imminet telum, iam Absalom Martialem procedit in campum, iam vrget vndeque periculum. Ezechiel de celsis Tyri turribus agens, suspensas, ait, pharetras sagittis semper instructas, & ad iactum præparatas. *Pigmei, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspen-*  
*Ezech. 27. derunt in muris tuis per gyrum.* Ezechiel. 27. v. 11.  
 v. 11. *Vbi in turribus celsi, cæteris apparebant Pigmei,* quia eorum magnitudini lingua detrahebat, & inuidentia, quid opponeret, suspirabat: ergo arripuerunt pharetras, quia nouerunt imminere multiplices pugnas. Prodest Lira: *Ad defensionem ciuitatis in turribus ponebantur. Ciuitas dum eminebat turribus, egebat armatis ad defensionem militibus, in & ipsi, qui turrium inscenderant alta, ducere cogebantur insomnes excubias, & doctissimi erant contorquere sagittas.* Et quidem si quis naturæ dotibus, si prospera vtatur fortuna, Pigmeus alijs videtur, quia liuor eius detrahere magnitudini admittitur, opus est eminentem armari, quia non est dubium multiformia bella subire. Redeat datus Seneca: *Hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, & in hunc mortalium catum honores, diuitias, gratiam excutere: quorum alia inter diripientium manus scissa sunt, alia infida societate diuisa, alia magno detrimento eorum, in quos deuenerunt, præsa.* Quæ multis videntur alta, prærupta sunt: & qui approxinquant culmini, approximauit etiam discrimini, opusque est decertandi peritia, quia vndeque perstrepunt bella.

## §. XLIV.

*Qui nesciunt valida depræliari dextera, audaci insurgere solent lingua.*

**V**ix strenuus, & fortis verbosus non est, quia scit effrænem linguae procaciam esse imbecillitatis argumentū: manus fortitudinis est index, operando loquitur fortitudo, linguae loquacitate eneruatur. Egregie Bernard. lib. 5. de Conf. ad Eug. Docuerunt linguam suam grandia loqui, cum operentur exigua. Lingua arrogans, & procax, est

manus iuuentia: & frequenter qui lingua audaci alios non desinit obscurare, ad opera strenua dextera probatur carere. Hinc est quod Daudì manus suas doctas testatur ad prælium, non linguam imbecillitatis indicium: *Docens manus meas ad prælium, & componens, quasi arcum æxum brachia mea.* Aclì dicat: Contra multiplices hostes continui linguam, exerui dexteram quasi utrumque fortitudinis sit testimonium, & superfluis verbis abstinere, & strenuis actionibus emicare. Notauit Hugo Card. *Nota quod dicit: Docens manus meas, non linguam.* Plures non desinunt garris, verba effutire, verbositate exundare, à quibus nil forte, nil speraueris magnum; nam ipsa linguacitas est fortitudinis imbecillitas. Ergo Daudì manum ait edoctam pugnare non linguam: *Manus non linguam.* De gigante triumphauit Daudì in campum prosiliens non linguam, sed dexteram, gigas corruit, superbissima effutiens verba, non exercens dexteræ arma. Gigantem lingua testabatur imbellum; Daudem funda ostendit fortem, vt constet, fortitudinem lingua euacuari, manu fulciri. Moyses tardiloquus erat: *Impeditioris, & tardioris lingue sum.* Exod. 4. v. 10. Hic Pharaoni bellum infert, & triumphum refert: *Reuersus est in Agyptum, portans virgam Dei in manu sua.* v. 20. *linguae impedimentum erat dexteræ subsidium, & qui tardus erat in verbis proferendis, non erat tardus in aduersarijs domandis:* Moysis dextera est ad bellum docta, non lingua: *Comprehensa virga (inquit Basil. Seleuc. Orat. 26.) elementis imperabat.* Manu imperabat elementis, cladem inferens aduersarijs; vt hac veluti in imagine disceremus sapè deesse verba, cuius testantur fortitudinem opera.

Exod. 4.  
v. 10.

## §. XLV.

*Nequit ad serenitatis peruenire tranquilla, qui voluptatum non translit retia.*

**Q**ui omne bonum honesto circumscriptis (aiebat Senec. epist. 75.) intra se felix est: nam qui alia bona indicat, in fortuna venit potestatem, alieni arbitrij fit. Qui Venere vtitur, ipsa voluptate sauciatur; quem attaritia tenet & vrget, ambitio ab alieno semper arbitrio pendens, varijs fortunæ flatibus iactata conuoluitur. Nullus potest intra se felix esse, & ad serenum tranquillæ pacis peruenire, ni fallacia cupiditatum retia transiluerit, & ardua calcarit. Daudì ceruorum est imitatus ingenium, vt imperturbatus serenum tenere posset fastigium: *Coquans pedes meos ceruis, & super extesa mea statuens me.* Et quæ erant hæc Daudis excelsa; Placida quiete frui, perturbationibus non concuti, quiete serenissima vti. Et quomodo in seipso hæc celsa, quibus emineret firmus, inuenit? Iam ipse refert: Ceruos agilitate imitatus, & cupiditatum laqueos saltu quadammodo transgressus: ni prius didicisset laqueos effugere, pacate nullatenus quiret degere. *Coquans pedes meos cernis, & super excelsa mea statuens me.* Notauit satis moralis Hugo: *Coquans pedes meos cernis, id est viris spiritualibus, qui transiliunt spinosa anaricie, lutoſa luxurie, elationem superbiae, & sic effugiunt retia venatoris, id est diaboli.* In molli lecto non poterat quiescere, qui de augendo censu cogitabat, qui ampliora horrea disponebat: & quidem iure stultus arguitur, dum sibi tranquillitatem promittit: *Quiesce: & ardenti acquirendi si-*

ti tranquillitatem depellit. Qui pororum passabat gregem, lutos cogebatur excursibus fatigari, nec permittebatur quiescere. Ezechiel ambitu astuantem in medio fluminum cubare afferuit: *Qui cubas in medio fluminum tuorum.* Cap. 29. v. 3. O quantis inquietabatur fluctibus impetus, qui tinter labiles vndas securitatem promiserat sibi cæcus! Dauid animi sui celsa tranquillè possedit, quia insanias huiusmodi appetentias transiluit. Cernus, ut testatur Plinius, cum serpente bellum gerit, sed huiusmodi bellum pacem tranquillissimam parit. Magna voluptas est voluptatibus renuntiasse, magna cordis tranquillitas, avaritiam expunxisse, magna serenitas, dignitates volaticas repudiasse. Ergo ubi Dauid eiusmodi laqueos effugit, ceruos imitatus, magna animi celsitudine, & serenitate constitit fructus. Fratres de stultitia notati sunt, dum secum pugnantia associare tentarunt, scilicet sedere, & terrenis inhiare. *Dic, ut sedeant hi duofili mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Mat. 20. v. 21. Regnum temporale putabant, & ambitu inflammati sibi quiescere promittebant, cum ipse ambitus & varias lites excitaret, & inquietis sollicitudinibus corda premeret. Timendum erat ab inuidia, timendum à fortuna varia, timendum ab insidiosa superbia: Ergo inscitia erat in ipsis fluctibus promittere sibi portum, & in ipsis ventorum flatibus tranquillitatis serenum. *Manifestum est* ( inquit Aug. in Cat.) *quod nil spiritalē petebant.* Consonat ibi Rabbanus: *Delectabat eos culmen honoris.* Opus erat, omnem volatili honoris desiderium expungere, ut tranquillè possent quiescere, & minus prudentes promittebant sibi quiescere, cum non desinerent exambire. Necessum est, si animi vis tranquillitate potiri, cupiditates omnimodè subiugare; aliter namque quies non succedet, nec pungens solicitude cessabit.

#### §. XLVI.

*Iustus ad eam miliiam vocatus est, ubi non otium, sed undique periculose adurget bellum.*

Christianus bellum indixit mundo, carni, dæmoni. Cumque hi coniurati hostes sibi otium non faciant, sed continuis adsultibus victoriam sitiant, opus est, animum exercere, & undeque muniri. *Periculissimus hostis ille* ( inquit Tertul. de Pœnit. cap. 7.) *nunquam malitia sue otium facit.* Atquin tunc maximè sauit, cum hominem plenè sentit liberatum. Dæmon, dum plūs homo virtutibus proficit, validius accenditur, & ardentiora tentationum iacula contorquere conatur; illi appetitus illecebri fert auxilium, illi mundus scandalis præstat suffragium, illius concupiscentia gerit negotium. Oculos allicit venustas, mentem corrumpt fastosa vanitas, illecebrosis gaudijs decipit perficiatrix voluptas: vnde, qui Christi sequitur vexilla, instrui, erudit, & debet ad multiformia certamina. Hanc Dauid veritatem testatus est, dum ait, Deum eius manus ad prælium docuisse, & imminere prælia ipsa præparatione nuntiasse: *Docens manus meas ad prælium.* Ad quod prælium? Ad multiplex, respondet Hugo; nam virtutis causa sequitur, plurimos est inimicos expertus: *Docens manus meas ad prælium contra carnem, contra mundum, contra diabolum, qui impugnant me.* Caro per voluptatem, mundus per vanitatem, diabolus per

iniquitatem. Addiscere debet virtutis miles mundi proculcare fastum, blandum despicer deliciarum oblectamentum, diaboli speciosum repellere dolum. Squis contra eiusmodi aduersarios pugnare non eruditur, facilimè eueritur: caro est penitentiā edomanda, vanitas humilitate fugienda, diaboli iniquitas diligentī præceptorum obseruantia effuganda. Eiusmodi arma doctus est Dauid prænsare, ne, si eis nudus, continget disperire. Quid, nisi miserum speret casum, qui cum nouerit undecumque aduersarijs impeti, non curat subsidijs competentibus obarmari? Vbi sensit Iob multiplices contra se aduersarios insurgere, virili robore statuit arma prænsare, & se ad certamina communire: splendentes vestes proiecit, testa, hoc est fragilitatis consideratione, bestiolas erumpentes expunxit, & vexillum extulit, triumphum reportauit. Notauit Gregor. lib. 7. Moral. cap. 11. *O quam alta sedi interni consilij presidet iste, qui scissis vestibus in terra prostratus iacet.* Adnectit: *Vigilanter attendit, qualis hic venerit: ad augmentum autem seruanda patientia adhuc solerti inspicit.* Contra internas cupidinis flamas arripuit testam, id est mortis memoriam, contra sæculi fastum, scissis vestibus obiecit diuitiarum contemptum, contra mulieris, hoc est carnis insidias, ipsius carnis ulcerolas, & fœtidis scatentes vermis considerauit prudenter plagas. Ergo vndique multiplicibus impetendus prælijs, vndique etiam solidis virtutum protectus in arenam descendit armis, ut qui bene nouerat, hoc in militiæ genere opus esse solertiſſima vigilantia, & depræliandi peritia. Dauidis ad prælium edocentur manus: *Qui docet manus meas ad prælium:* quia periculose esset defidiā torpere, ut necessum omnium virtutum exercitio iugiter communiri.

#### §. XLVII.

*Eneruiter pugnare, est victoriam hosti concedere.*

Ingnatus miles aduersarij promotet causam, & solū militat ad victoriam. Ut strenuus prælator insolentem frangit audaciam, sic imbellis fuerit hostis intrepidam insolentiam. *Timidorum* ( aiebat Euryp. in Aëlo. ) *perit omnis virtus: nullus unquam satis enumerauit singula mala, que viro obueniunt, qui turpiter se gesserit.* Desidiosus, delicatusque miles, hostis est victima, signorum infamia. Dauid se à Deo edoctum testatur ad bellum: *Docet manus meas ad prælium.* Et quod huius prælij primum documentum? Iam exponit: *Componens quasi arcum æreum brachia mea.* Laboribus non frangi, ærea constantia in statione persistere, eneruiter non cedere, aduersario manus non dare. Audi Hugonem: *Fortitudinem operandi dedit mihi infatigabilem, sicut arcus æneus infatigabilis est.* In hoc militiæ spiritualis genere Dauid doceatur infatigabili patientia labores sustinere, viriliter maligni hostis adsultibus obuiare, & potius mortem eligere, quam virtutis stationem deserere. Si plures hanc amplectentur doctrinam, reportarent sine dubio victoriam; ast dum eneruiter pugnat, dum male resistunt, dum timore deterriti stationem deserunt, hosti pepererunt gaudium, & sæpè æternum sibi comparauere lamentum. Vir Dei à veteroso sene inuitatur: *Veni mecum dominum, ut comedas panem.* 3. Reg. 13. v. 15. Diuini præcepti memor restitit, & tunc præcepti memoria v. 15. obsequium

obsequium illecebrosum euasit. Non possum reuerti, nec venire tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam in loco isto. Repulsus senex viuidius instituit, reuelationem mentitus, & ab Angelo se missum commentus: Angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens: Reduc eum tecum in dominum tuam, ut comedat panem, & bibat aquam. Ieiunio fatigatus, & saporatis cibis illectus cessit, & Domini præceptum violauit: Fefellit eum, & reduxit. In deserti ieiunij pœnam leo vitam abstulit, & fatidicus triumphum tulit. Inuenit eum leo in via, & occidit. Bene cœperat, & senis dolos repulerat, verum citò à ieiunij statione defecit, & hosti, ut comedeter, manus tradidit. Notauit Tertul. aduersus Psych. cap. 16. Pœnam deserti ieiunij luit. Ni ieiunium deseruisset, hostis triumphum nullatenus reportasset; ast dum non permanxit æreus, sed consuluit stomacho delicatus, hosti, et si pleatibilem gloriam, & sibi peperit confusibilem ignominiam. Videas plures virtutis pœnitentia viam ingressos, cum hoste pugnare, sed eneruiter, sed ignauè: vnde cùm non ærea, sed mollissima brachia habeant, certaminis laborem amittunt, & lassata constantiâ cedunt. David ad prælum eruditus, infatigabili patientia, laudabili pertinacia, ærea duritia non solum restitit, sed aduersarios deuicit: Docens manus meas ad prælum, & componens, quasi arcum æreum brachia mea.

## T E X T V S.

V E R S . 36. & 37. Dediſti mihi clypeum salutis tuae: & mansuetudo tua multiplicauit me: dilatabis gressus meos subtus me, & non deficient tali mei.

## §. X L V I I I .

*Christi Domini cruce demonis ictus retundimus,  
sospitati que prouidemus.*

**F**rentes dæmones tetro liuore commoti, contra iustos semper deseuient, nec tempore aliquo malitia suæ otium faciunt. Validis virtutum opus est armis, vt cum peruigili hoste possis congregari, & fideli clypeo, ut eius quiueris ictus repellere. *Vestram munitionem aiebat Princeps. 3. Var. 49.* nostra est fortitudo, & quidquid vos ab incerto eripit, famam nostram defensionis extendit. Nostra munitio Christi domini est fortitudo, qua munimur, & cuius armis protegimur. Quod David prænoscens, aiebat: Docens manus meas ad prælum, & componens quasi arcum æreum brachia mea. Didicit fortis arcu in hostes contorquere sagittas; nec solum doctus est congregari, sed non fallaci clypeo defendi: Dediſti mihi clypeum salutis tuae. Doctus est cum inuisis hostibus congregari, infatigabili patientia hostem referire, & ærea fortitudine plagam inferre: & ne ad acres aduersarij repellendos ictus inueniretur nudatus, salutis clypeo est protinus: Dediſti mihi clypeum salutis tuae. Clypeum hunc, crucem, in qua salutem orbis asssecutus est Dominus, intelligit Cardinalis Hugo: Dediſti mihi clypeum, id est crucem Christi, qua protegit contra dæmones. Crux vires dæmonum debilitat, robur aduersariorum expectorat, ictus frustrat. Qui hoc clypeo prouidus non munitur, magnis expositus discriminibus comprobatur: quem

crux protegit, adoriri dæmon non audebit, qui casum non sine experientia, præsumet. Opus est, hunc inuictum clypeum allumat, qui adsultus dæmonum eludere anhelat. Quid eiusmodi clypeus ad hostes effugandos, & eorum impetus eludendos valeat, expertus est Iosuë: contra Haïenses robustorum manum produxerat; verum qui sibi non sine tumore promiserunt spolia, citò ignobiliter verterunt terga. Statim terga vertentes percussi sunt à viris urbis Haï. Ios. 7. v. 4. Inopina clade perterriti, & in lachrymas effusi, Oraculum consuluerunt, consultum, clypeo, respondit, opus esse protegi, & contra Haïenses leuare. Lena clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Haï, quoniam tibi tradam eam. Haïenses, qui arroganter anteà exultaue victores, iam ingemiscunt deuicti, & arripiunt fugam stupefacti. Quod si inquiras: Cur anteà Hebrai plagi ingemuerint acceptis, & modò Haïenses Hebraeorum cesserint armis? Respondebit Hugo Card. iam datus, clypeo eleuato anteà non protectos, & pugnasse modò communitos, quasi clypeus enorme contra aduersarios extiterit fascinum, & inuictum Hebrais auxilium; nam cùm clypeus Christi Domini adumbrauerit crucem, vel solo aspectu confregit hostem, idem fuit cruce communiri, ac aduersariorum vires enervare. Hugo nem audi: Dicitur crux clypeus... hic est clypeus, de quo dicitur Iosuë. 8. Dixit Dominus ad Iosuë: Lena clypeum, qui in manu tua est. Quos crucis signaculo dæmon conspicit communitos, sibi promittit vincendos, quos verò cruce undeaque protectos videt, vt laureis florulentissimis coronandos exhorret. Audi Chrysost. in Mat. cap. 16. Crux terrarum orbem conuerit, atque sanauit, hac errorem abegit, veritatem reduxit, terram in cœlum restituit, ex hominibus angelos effecit. Qui apud Abrahamum virorum specie refrigerauerant, vt contra Sodomam procederent ad arboris umbram confugerunt: Angelica immunitate gaudebant, teste Scriptura: Venerunt duo Angeli Sodomam vesperè. Gen. 19. v. 1. Sed ad nostram eruditioñem factis ostenderunt, oportere crucis clypeo communiri, qui contra carnis adsultus victoriā discipit reportare. Nullum Angelis erat periculum, sed ad sordidissimæ voluptatis contentebant emporium: ergo à cruce mutuarunt sublium, & libidinosæ cœcitatis eluserunt conatum, & inflixerunt supplicium. Quod si Angelii omnis periculi prorsus expertes, & insidioso corpore non grauati, sub cruce degunt, cùm deliciosa tellurem adeunt, quid opus erit terreis hominibus domesticis insidijs obfessis, & gratis voluptatum adsultibus impetratis? Ad crucem confugere opus est, cuius vel sola praesentia dæmones fugat; vt videas, quā sit certum, vel solo crucis aspectu venena dæmonum torpescere, virésque deficere. Aduerte: quid à Moysē serpentum mortibus reperciſſi postulauerint: Ora ut tollat à nobis serpentes. Num. 21. v. 7. Moyses à Domino eruditus crucem extulit, & serpente in ænum effinxit: Fecit ergo Moyses serpente in ænum. Exaltata crux aspicientibus erat expromptissima medela, serpentibus pestilens plaga. Huc voco Nazian. contra Julian. Cedunt vieti dæmones, soluuntur terrores. Idem fuit serpentum venena sopiri, ac crucis imaginem eleuari. Ergo prudenter David, ubi eiusmodi à Domino clypeum accepit: Dediſti mihi clypeum salutis tuae: hostes fugam arrepturos promisit: Inimicos meos dediſti mihi dorsum.

## §. X L I X .

## §. XLIX.

*Mansuetudo fortunatum amabilem reddit;  
asperitas odibilem facit.*

**I**ntractabiles, asperique homines, dum ferarum imitantur ingenium, à se amabile cæterorum abegere consortium: stulta præsumptioni plaudunt, quadam se diuinitate præditos arbitrati, quo omnium conciliant inuidiam nimia arrogantiâ superbi. Audi Plutare, lib. ad Prin. indoct. *Vocis minis, obtutus toruitate, morum asperitate, & consuetudine dura, insociabilique, granitatem, ac maiestatem exprimere putant se principalem.* Asperam indolem ostendentes, odiosam singularitatem affectantes, adorationem ambientes, se cunctis reddiderunt non solum molestos, sed etiam odiosos. Econtra placida mansuetudo, urbana comitas, comes benignitas amicos multiplicat, & pericula ablegat. *Mansuetudo tua* (inquit Psalmographus) *multiplicauit me: id est dum me mansuetum, & urbanum esse docuisti, omnium mihi estimationem conciliasti:* Ita Abul. q. 5. *Id est: propter mansuetudinem meam ego fui multiplicatus in bonis.* Adnequit: *Mansuetudo est quadam qualitas reddens hominem dispositum ad communicationem cum quibuscumque: sicut litigiosum esse, & discolum, & seuerum facit hominem incommunicabilem...* Dauid autem erat mansuetus valde, & propter hoc multiplicabantur amici eius, & desiderantes seruire ei. Placidus aspectus, humanus, mansuetusque modus efficax erat ad amicos conciliandos illicium, imò laudabile incantamentum. Econtra seuerus vultus, nullus, aut asper sermo fastidium cæteris ingenerat, & ad malevolentiam irritat. *Beati mites* ( aiebat Christus) *quoniam ipsi possidebunt terram.* Math. 5. v. 4. Et alibi: *Discite a me, quia misericordia, & humilis corde; & inuenieris requiem animabus vestris.* Mat. 11. v. 19. Mansuetudo, dum pericula arect, salutem fulcit, & dum sibi amicos conciliat, prosperam sibi fortunam parat. Intractabilis, superbisque rixas periculosas excitat, & lites aduocat. *Magnificentius signum est* ( aiebat Cassian. apud Thylm. in Allegor. ad Mat. 11.) *virtute patientiae truculentos motus iracundia coercere, quam aereis principibus imperare.* Mansuetudo cordis impetus reprimit, virtutis ædificium sufficit, & tellurem etiam possidet. Augustinus in Catenâ ad rem sic ait: *Rixentur immites, & dimicent pro terrenis, & temporalibus rebus: sed beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram.* Quod aspera toruitas, quod torua asperitas pericolosis rixis assequi conatur, mansuetudo, & placidas facillimè assequitur. Omnes Dauidi affectabant placere, omnes desiderabant seruire, omnes eius amicitiam conabantur lucrari, quia mansueta lenitas, & lenis mansuetudo honesto beneficio alliciebat sibi corda, & suadebat impendi obsequia: *Mansuetudo tua multiplicauit me.*

## §. L.

*Humilis, mansuetusque lubrica nouit euadere,  
& ad lata, expeditaque itinera peruenire.*

**Q**ui angustis, lubricisque itineribus graditur, obnoxius casibus inuenitur: qui latam, frequentemque viam ingressus est, celeriori gressu procedit, & vestigio etiam firmiori consistit. Hoc est, quod periculum amouet, quod virtutem

eximiè promouet, si humilis mansuetudo per labrum aspera, per insidiarum lubrica patienter incedat; nam ipsa humilis mansuetudo, ipsa mitis humilitas scandala amouet, & cursutam promouet. *Robustius inimici nostri vincuntur moribus bonis* ( aiebat Athalar. 8. Var. 26.) *quia quos superna protegunt, felices aduersarios habere non possunt.* Humilis, mansuetusque aduersarios frequenter patitur, sed felices nunquam fortit: ista enim duo mutua se amplexatione consociant, patientiam scilicet, & quietatemque colere, & ad victoriae fructum deuenire. Dum interius iustitia colitur, interior, exteriorque aduersarius armis, quibus præualet, denudatur. Dauid coarctatos, ait, eius fuisse gressus, cum per loca cogeretur incedere angusta, & aspera: opus erat ei latitare, & tenebris specubus contineri; fas non erat, quod vellet, progressi, aut liberis passibus viam arripere. Verum humilis tolerantia, constans patientia Saülis ardorem sopiuit, & furorem miranda mutatione sedauit. Iam retractat sententiam prædator iniustus, iam à persecutione abstinet, & domum repetit; quo Dauid periculis exemptus è latebris prodijt, & liberis oculis cœlum adspexit: *Mansuetudo tua multiplicauit me, dilatabis gressus meos subiugauit me,* & non deficient tali mei: id est, cum per lubrica incedens explicare nequirem gressum, solicite metuebam casum, verum mansuetudinis, patientiaeque directione ad expeditam, latamque viam perueni, ubi nec tali obuijs, acutisque scopulis laderentur, nec pedes difficultatibus implicarentur. Ita N. Sanct. Deus perfecit, ut tutò posset ex angustiis illis spatijs emergere, & in illis deambulare locis, in quibus nec laberentur, nec lassarentur pedes, aut sublatto Saüle, cuius insidijs quasi quibusdam venatorijs retibus cingebantur, aut certe discedente longius ab speluncis, in quas seipsum, ut hostem effugeret, cum socijs abdiderat. Confugerat cum socijs Dauid ad tenebricosum spelæum, ubi loci angustijs arctauntur: Saül inscius antrum etiam ingreditur, & cum Dauid hostem quireret de medio tollere, miranda mansuetudine Saülis egit tutelam, & militum suorum confregit audaciam. Cumque Saül, quæ Dauid egerat, cognouisset, & virtutem eius commendauit, & fore Regem præsagiuuit, & iam alio animo aulam repetit. *Abiit ergo Saül in dominum suum: & Dauid, & viri eius ascenderunt ad interiora loca.* 1. Reg. 24. v. 23. Inimico veniam largi- 1. Reg. 24. tus, sublimia incedunt, & tutoribus locis gres- v. 23. sum explicit: hos ergo fructus, ait, demessisse à mansuetudine, humilitatēque, præsenti versiculo confitetur: *Mansuetudo tua multiplicauit me, dilatabis gressus meos subiugauit me.* Isaías etiam humilis mansuetudinis fructus refert c. 61. v. 1. *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertione.* Qui clausus, qui vinculis constrictus nequibat spatiari, & gressibus expeditis incedere, humilitatis, mansuetudinisque meritis è tenebris expediti: hos ergo fructus, ait, demessisse à mansuetudine, lubrica sine ruina transilit, aspera emollit, & quæ impediebant, obstacula rumpit. Prodest Glossa Interl. *Ad annuntiandum mansuetis, humilibus spiritu: unde beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Latissimam possident felicitatem terram, quia mansueto, humilique spiritu frustrauerunt inimicorum audaciam; & quamuis hostis multimodis eos studuerit tricis arctare, nouit mansueta humilitas expediti.

TEXTVS.

## T E X T V S .

V E R S . 38. & 39. Persequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar, donec consumam eos. Consumam eos, & confringam, ut non consurgant : carent sub pedibus meis.

## §. L I .

*Plenam victoriam non reportauit, qui quem ex aduersarijs remanere permisit.*

**C**olenda est erga homines mansuetudo, humilitas conseruanda, quia in hoc decertandi genere tutius est superari, quam vincere. Verum qui cum vitijs, & insanis appetentijs depræliatur, attenerere prorsus conetur ; nam si quid ex vitijs remanserit, alia conuocat, & periculose bellum instaurat : nihil oculis permittendum, nihil cupiditati donandum ; nam si ex eiusmodi hostibus quem permiseris viuere, quam reportasti, victoriam, erit facillimum obscurare. *Ombrici* (scribit Zæno apud Stob. cap. 7.) *in pugnis aduersus hostes turpissimum ducunt viatos viuere, sed necesse est aut vincere, aut mori.* Non permittebant periculosa indulgentia, hostibus deuictis, iterum respire, sed prorsus adnitembant extingue, veriti, ne si instaurarent salutem, aggrederentur inferre cladem. Perfecto Ombricos imitari oportet bellis in spiritualibus ; nam si confusibili misericordia quid vitijs permiseris, vires addes. Hanc philosophiam bene nouerat Dauid, dum constanti animo proponit inimicos non solum conterere, sed prorsus consumere : *Persequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar, donec consumam eos. Consumam eos, & confringam, ut non consurgant : carent sub pedibus meis.* Plures contra vitia prehendunt arma, bellum libidini inferunt, sed aliqua oblectatione oculos defœdati non renuunt, impotentes iracundia ictus cogunt, & aliquando, etsi temperantijs, excandescere non desinunt, auatitiam soipiunt, sed regularum cupiditatem penitus non extinguunt. Ergo dum non consumunt hostes, vita non possunt lites. Dauid periculosas vitauit lites, quia penitus euertere conatus est hostes. Prodest N. Sanct. Quasi dicat : *Non absitam a persecuendo, non quiescam, aut conuertar ab studio, conatusque cadendi, donec rem totam funditus absoluerem.* Peruersus animæ hostis obseruat, intigilat, si qua possit oculo oblectatione ferite, si qua possit corda cupiditate inescare, si qua possit totum hominem, etsi vinculis infirmis, tenere. Ergo dum quid permittitur, periculum procreatur. Sanson, cum in Philisthaeos animose irruisset, & plurimos eorum prostrasset, priusquam canceret victoriam, indagare studuit sumimam : *Deleni eos, & purcusi mille viros.* Iudic. 15. v. 16. Deletis, percussisque hostibus, nec maxillam proiecit, nec perfectam victoriam existimauit. Interpretes querunt, quomodo mille occisos nouerit. Respondentque prostratos annumerasse non solum, vt numerum sciret, sed vt an aliquis ex iacentibus viueret, examinaret. Abul. q. 29. inquirerit : Cur nec de reportata sibi victoria ante plauscit, nec rude triumphi instrumentum abiecerit, donec occisos annumerauit? Respondentque hac fuisse sollicitudine vsum, ne inter hostes quis, etsi grauiter attritus, adhuc

respiraret, & viueret; uno namque superstite quantumvis saucio, perfectum non reputabat triumphum, imò instaurandum timebat bellum. Ast vbi non solum perecessit, sed funditus omnes deleuit, iam abiecit maxillam, quia credidit absolutam fuisse victoriam. Verba Abulensis sunt : *Fortè finito bello, semper tenuit eam, dum inuestigabat eos, qui corruerant in campo, et si quis fortè illorum non erat mortuus, occideret eum : nunc autem numeratis eis, & finito canticō, proiecit maxillam.* Contentus non est, quem ex hostibus respirare, etsi fractis iam viribus, videatur iacere ; nec depo-suit arma, donec perfectissimā, absolutaque resplenderet victoria. O si Sansonem spiritualibus in bellis plures imitarentur ! victores non ingemiscerent victi, nec semel victi nouos animos resumerent ausi ; ast dum mortificationis, pœnitentiæque arma projiciunt, & vitia penitus non interierunt deleta, resumptis paulatim viribus, durissima instaurauere certamina : & olim victor, militaris armis nudatus, acceptam victoriam probatur obscurare subiectus. Nihil est modicum, nihil est viuere permittendum, quod hosti fauere, & eius causam promoueat. Ergo Dauid contentus non est, hostes effugare, sed studuit inuidit perseverantia deleere : *Non conuertar, donec consumam eos.*

## §. L II .

*Plures contra vitia bellum aggrediuntur, sed breui tempore dilassantur.*

**A**d finem debet perducere, que prudentum intentio visa est suscepisse (aiebat Cassiod. 4. Var. 31.) quia sicut perfecta laudem pariant, ita & vituperationem generant, quo in mediis conatibus ægra deferruntur. Ad effectum optis est peruenire delidetum, vt assequatur elogium ; nam ab honesta via retrocedere, prodit consilium ægrum titubare, aut vires arguit defuisse. Hinc est quod Dauid eiusmodi refugiens periculum, intentatum contra aduersarios bellum profecit, & laudabili constantia victoriam nobis imitandam absoluit : *Persequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar, donec consumam eos. Consumam eos, & confringam, ut non consurgant, carent sub pedibus meis.* Quæceoperat prudentia, est prosecuta constantia ; nec vigor lassescit, quoique penitus aduersarios consumpsit. Postquam Dauid incipiebat pugnare (inquit Abul. q. 5.) contra aliquam gentem, non definiebat, quoique illam deleret, vel subiiceret sibi. Materiali certamine ad spiritualem pugnam formam præbuit, normamque exhibuit : Sunt namque plures, qui in arenam cum vitijs descendunt, sed circū deficiunt, & cum ardua euscint, exiguis vincuntur, & dum triumphum non perfecerunt dilassati, ingemiscere solent deuicti. Israëlitera Pharaonis iugum excusit, & versus Promissionis terram alacriter viam carpsit : Pharaon insequitur, & Israëlitera fiduciam hosti facit, dum moratur. Clamanti Moyse iubet Oraculum viam prosequi, non morari : *Quid clamas ad me? Loquere filii Israël, ut proficiantur.* Exod. 14. v. 15. Difficultate deterriti, labore lassi, Pharaonis negotium factabant : timor tardabat gressum, & tardus gressus Pharaoni offerebat triumphum ; ergo properare iubentur, ne, si ignavia hosti ferat opem, medijs in conatibus afferat cladem. Dum persecuti alacriter sunt viam, assecuti sunt etiam victoriam : vt discant virtutum

iter ingressi, quām noceat, quā honesta, prudēnsque intentio visa est suscepisse, ad finem debitum non perducere, sed lassari; nam, ut perfecta parint gloriam, ita afferunt non absoluta ignominiam. Opportunè Oleaster hīc ad Mor. *Hoc solum cura debet esse pījs, vt profiscantur, & properent ad virtutes.* Qui nomē dedit huic militiae, si vanis terroribus percussus, aut varijs obicibus tardatus subsistat, ab statione citō deficiens cadet. Opus est virili constantia, opus infatigatā patientiā, opus laudabili pertinacia. Sed, o miserū! plures cū artipuerint contra inuisibiles hostes arma, exiguo labore franguntur, & reculis retardantur: vnde quā prudenter suscepereant, non perficiunt, nec feliciter negotium absoluunt. Daud pedem non retulerit, sed interitus triumphum absoluīt: & dum penitū hostes attriuit, ēternam sibi famam comparauit: Non conuertar, donec consumam eos.

## TEXTVS.

VERS. 40. Accinxisti me fortitudine ad prælīum; incuruasti resistentes mihi subtus me.

## §. LIII.

*Ad speciem terribilia, cœlesti auxilio viribus probantur orbata.*

**S**Æpissimè terror consiliarius pessimus est: dum fingit monstra, dum auget pericula, vires imminuit, & manus tradere persuadet. Plures, si decertassent, vincerent, sed dum futilibus impediti in arenam expauescunt descendere, probantur perire. Disertè Senec. Epist. 14. *Plus agit tortor, quō plura instrumenta doloris exposuit, specie enim vincuntur, qui patientia restitissent, ita ex his, quæ animos nostros subigunt, & domant, plus proficiunt, quæ habent, quod ostendant.* Dæmon virtutum hostis, honestatis difficultates exaggerat, monstra quādam imaginationi obiectat, ut vires prorsū eneruarit, & animos terrore personato depresso-rit. Sed vir fortis cœlesti ope innixus eiusmodi monstris contumeliam dicit, nec ab animi constantia cadit. Deo refert Daud, quod ingeminatis terroribus, multiplicatis ad speciem difficultatibus, pedem non retulerit, sed quidquid ad speciem deterrebat, despicerit: *Accinxisti me fortitudine ad prælīum, incuruasti resistentes mihi subtus me.* Abul. q. 5. existimat Deo referre gratias, quōd non fuerit gigantis specie territus, nec minis canum ventres promittentis turbatus. Re-petamus historiam, ut vtilem moribus eruamus doctrinam. Gigas terrores ingeminabat, & vt à pugna auerteret, pro sepulchro ferarum ventres deprælianti promittebat. Instar montis procerus Daudem conatus est à conflietu auertere, & vt ab inceptis deficeret. Verū Daud specie victus non est, imò iniuit animosus prælīum, & primo istū deiecit penitū aduersarium. Minores erant ostentatione vires, minora erant pericula specie: grates ergo Daud agit Deo, quōd vana periculorum ostentatione non fuerit deterritus, sed laudabili animositate hostem adorsus, & victoriā asscutus. Abulensis verba sunt: *Accinxisti me fortitudine ad prælīum, accipitur fortitudo pro virtute morali, secundum quam homo se exponit terribilibus, & est propriè circa bellum.* Quid ad speciem

terribilius, quām in arenam descendere cum gigante? Et tamen Daud facile coronatur, dum virili constantia pugnam aggreditur. Ut hinc discamus, fortes, & constantes esse aduersus eiusmodi deterrentia monstra, & terroribus armata phantasmatā. Mihi crede, facile Dei gratia vincuntur, quā cæcis implicata difficultatibus, & insuperabilia videntur. Exploratoribus à Iosuē missis hostis gigantes obiecīt, & animo cadere persuasit. *Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quasi locusta videbamur.* Num. 13. v. 34. Specie nitebantur Num. 13. deterrire, cū essent faciles superari. Iosuē luce v. 34. illustratus, & ope cœlesti innixus monstra illa afferuit nulla difficultate vincenda, cū viribus essent nuda. *Sicut panem, ita eos possumus devorare: recessit ab eis omne praesidium, Dominus nobiscum est, nolite metuere.* Nuin. 14. v. 9. Nouit Iosuē hostem Num. 14. praesidio carere, & ob id monstra oculis obijcere, & terroribus ingeminatis vitandam pugnam suadere. Facilè gigantes cesserunt, vbi Israélitæ pugnarunt. Iniuit Lira: *Cultores fortissimos habet, quibus non poterimus resistere.* En exploratores specie fallebantur, & inani terrore percellebantur: & cū reuerā monstra illa nequirent viriliter pugnanti resistere, vana se nitebantur virium ostentatione defendere, & exploratores tardare. Redeat Lira ad cap. 14. Num. *Virtute diuina erant timore percussi, ita quōd non remanserat in eis consilium, & virtus resistendi.* Monstra virium ostentatione sweetebantur, & Israélitas auertere à certamine nitebantur, cū essent viribus destituta, & solū fallaci virium ostentatione obarmata. Verū Iosuē cœlesti luce illustratus, & virili fortitudine præditus, monstra despexit, & prudenter triumphum præsumpsit: Ergo ne inani difficultatum ostentationi cesseris, & eiusmodi terriculamenta, monstrāquæ vinces. En Daud vbi fortitudine terrores abegit, inimicos facile vicit: *Accinxisti me fortitudine ad prælīum, incuruasti resistentes mihi subtus me.*

## TEXTVS.

VERS. 41. & 42. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me, & disperdam eos: clamabunt, & non erit, qui saluet: ad Dominum, & non exaudiēt eos.

## §. LIV.

*Sibi infamiam architectantur, qui iustum odio cæcissimo persequuntur.*

**Q**ui iustum iniquo persequitur odio, sibi vituperationem ingenerat, & vtricem Numinis indignationem instigat. Ut persequi iurē insolentes immortalem parit famam, ita affligere moratos, & miris virtutibus expolitos, afferit confusibilem ignominiam: sibi nocet, qui iustum lēdit. *Quis (aiebat Theod. 4. Var. 25.) certaminis misceatur, quod virtutis conscientia non suadet?* In ipsis conatibus agra lanūscunt, quæ meritorum præsumptionibus non innuantur. Quod conscientia certamen respuit, & salutis afferit periculum, & maturat animæ detrimentum. Contra Daudem miris virtutibus expolitum caco exarsit odio, & processit inimicus in campum; verū, dum adni-titur

titur Dauidis obscurare virtutem, sibi maturat calamitatem, & terga indecorè vertere fuit compulsus, & infamia lorduit aspersus. *Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me, & disperdam eos.* Ac si dicat: Cùm in bellum prosluerint, méque adurserint nò honestà causâ, sed cecissimâ inuidiâ, insolentia pœnam tergoribus inflictam tulerunt, & in honestæ fugæ infamiam sibi præter opinionem compararunt: *Inimicos meos dedisti mihi dorsum.* Id est verterunt terga, sibi consulentes præcipiti fuga. Prodest Lira: *Inimicos meos dedisti mihi dorsum, id est vertentes dorsum coram me fugiendo.* Inglorium est stationem deserere, & in honestam fugam atripere. Ad hanc ergo subeundam infamiam Dauidis hostes fuerunt coacti, dum virtutem persecuti. *Malum est ( aiebat Euryp. in Æolo) posterius inter scapulas sanciari virum fugientem in hostili prælio.* Hanc turpissimam notam plures è Dauidis hostibus contraxerunt, dum arma, conscientia repugnante, prænsarunt. Optimum, piúmque parentem coniuratione afflixit ambitiosa Absalonis audacia, sed arbori, vt carnifici, tradendus vertit indecorè citissimè terga. Nec aliam sibi promittat mercedem, qui cæco odio, periculosoque ausu persequi conatur virtutem. Video insanam illam statuæ altitudinem adorantes, in cineres non redigi, cùm æstuantis fornacis flammanum adipantes, nigras in fauillas fuerint redueti, & celeri pœna mulctati. *Erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldais.* Dan. 3. v.48. Nesciebant miserandi Chaldæi, dum studiose solicitabant flamas innutrire, contra se vires præstrepentibus flammis addere: iam hanc stitisse miseræ causam Textus non tacuit: *Non cessabant, qui miserant eos, ministri Regis succendere fornacem.* En non pereunt secuti errorem, & perirent innutrientes ignem. Ecqua huius discriminis causa est? Fortè quia etiæ errorem sequi, grauissimis fuerit pœnis obnoxium, iustos persequi, fuit grauioribus dignum. Colentes aurum concentus oblationibus deliniti, insipienti Regi adulati, grauissimas meruerunt pœnas, sed præsentaneum non tulere supplicium, passi tamen sunt iustos persequentes incendum. Nam alij culpis inficiebantur, sed contra virtutis cultores non armabantur; qui verò incendia contra iustos innutriebant, non sunt contenti vitijs indulgere, sed moliti virtutem prorsus extinguere: ergo dum persequuntur iustum, contra se conflagrant incendum. *Incensi ( aiebat Zæno Veron. serm.6.) hymnum canunt, barbarum Regem fidei tenacitate confundunt. Vindicantur de incensoribus suis.* Seueram non euaserunt pœnam, qui persequebantur iustitiam. Ut nouerint sibi inopinam matutare stragem, quicumque molestia affecere virtutem.

## §. LV.

*Infeliciſſimum eſt magnis ſumptibus eum colere, à quo certum eſt in afflictione deſtitui.*

**M**Alorum omnium ( aiebat Theod. 4. Var. 27.) probatur extreum, inde detimenta fuscere, vnde credebant auxilia prouenire. Ingens dolor est inopina deceptio, & ab eo in afflictione destitui, cuius opem sumptuosis expensis procuraueras elucrari. Cùm Dauid idololatras magnis cladibus afficeret, ad idola recurrebant, eorum opem efflagitantes, & subsidia ad pellendam calamitatem ambientes; verùm cùm aures non haberent, erat

Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.

clamor irritus, & clamoris nullus apparebat effetus. *Clamabunt, & non erit, qui saluet.* Ad quem clamabunt? Certè ad idola, quorum altaria victimis onerarant, & adoratione coluerant. Sera pœnitentia experiebantur impensas perdidisse, & dolorem impensis incrementasse: vnde sperabant auxilium, nullum inuenire remedium. *Clamabant ( inquit Lira) ad idola.* Quàm erat miserum magnis sumptibus spem aluisse, & necessitatis tempore deseriri, & spe frustrata cruciari! Qui idolum victimis, impensis, adoratione coluerant, sperantes opportunum ad labores televandos auxilium, votum lamentabant frustratum. Videas aliquos Magnatum limina terrere, pretiosis munieribus obligare, vt opportunos fortiantur in necessitate patronos, sed ad clamores obsurdescunt, & afflictatum despiciunt. Elias Baal Prophetas prouocat ad certamen: Prophetæ nuper Baal ariam victimis onerarant, auxilium sperantes, & exertsis clamoribus depositentes. Irridebat Elias, cùm videret non exhibendum auxilium, & fructu cariturum victimarum dispensum. *Illudebat illis Elias direns: Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certè dormit.* 3. Reg. 18. v. 27. Quàm erant illusiones digni, qui post impensas clamabant ad surdum, & nullo afflictionis dolore tactum: exaggerabat calamitatem inutile impendium, & in afflictione denegatum auxilium. *Cum nihil effecissent ( inquit Theoder. q. 56.) eos ludibrio habens, dicebat: Est verisimile, eum dormire, aut alijs rebus vacare.* Quem tanto sumptu, inquit, vobis obstringere putabatis, mavult somno indulgere, quàm vestris calamitatibus opem dilargiri. O miserum! vt humanorum idolorum elucremur gratiam, nihil omittimus, & quod non omittimus, perdimus: nam de industria, cùm sperabamus auxilium, multiplices occupationes prætendunt, & spes carissimas fallunt.

## §. LXI.

*Detestanda improbitas misericordia aures solet occludere, & clamores inanes reddere.*

**D**eus totus est oculis, totus auditus, totus ad hominibus auxiliandum affectus. *Beneficia potentia ( aiebat Philo lib. de Somn.) Deus nomen est, regia verò Dominus.* Dei nothen largissimum beneficiorum fontem prodit, Domini appellatio potestatem regiam expressit. Cùmque tegia dignitas iustitiae incorrupta, & plausibili clementia exornetur, sèpè improborum excessibus æquitas videtur quasi coacta ad dignam sceleribus decernendam pœnam, expetendamque mulctam. Et licet Deus omnis sit materialis sensus expers, dicitur tamen videre, audire, olfacere, vt his metaphoris denotetur aut clementiae benignitas, aut leue ritatis asperitas. En David hostes testatur auxilium Dei implorasse, & Deum ad clamores obsurduisse: *Clamabunt, & non erit, qui saluet: ad Dominum, & non exaudiet eos.* Si inquietas: Cut precibus obsurdescat, & clamorosa vota non audiat? Respondebit Psaltes clamasse ad Dominum, qui cùm æquitatis sit vindicta, iniquorum ad clamores obsurdescit, ne, si clamores audiat, severitatis rigorem sopiait. Innuit Hugo Card. *Clamabunt, & non exaudiet, id est non iudicabit eos dignos exaudiri.* Videbant deorum cultores impendere sibi captiuitatis periculum, & sceleribus imbuti à Domi-

no quærebant remedium; ast Dominus cùm æquitatis prævaricator non sit, ad clamores obsurdeſcebat, quia clamantium iniquitas aures surditate obturabat. Magnum homini subsidium est clamor; nam dum misericordiæ aures pulsat, ſibi misericordiam accelerat: hoc tamen calamitatum leuamentum ipſe ſibi impedire ſolet calamitosus, dum exaudiri probatur indignus. Scelleſtissimus Antiochus non ferendis doloribus diuexatus, & fœtidis vermis ferè exesus ad Dominum clamabat, ſed Dominus non audiebat; nam clamorem non tam edebat ſcelerum contritio, quām virium corporiſque confractio; fouebat corde malitiam, & exertis clamoribus impeſtrare ſatagebat misericordiam. Orabat hic ſceleſtus *Dominum, a quo non eſſet misericordiam conſecuturus?*

*2. Paral. 9. v. 13.* Erat inanis clamor, quia ſurdus auditus. Ipſe ſibi, ne oratio tranſiret, nubem opoſuerat, clamabat ad Dominum, ſed cùm Domini nomen regiæ fit potestatis index, ſceleſti clamor exacuebat iustum ſeueritatem, impediēbat mansuetudinis dignationem. Opportunè August. ſerm. 66. de Tempore: *Omnis impij amaram habent in tormentis pœnitentiam, ſed non proſicit eis ad remiſſionem, ſed conſientia torquet ad augmentum paenarum, quas patiuntur.* Clamor denotat veri Numinis notitiam, exundans ſcelerum copia cum notitia arguit coniunctam ſcelerum copiam: ergo ipſe clamor, qui ſolicitatbat auxilium, iuſtitiam prouocat ad paenarum incrementum. Si ante à verum Deum ignorasset, clamans forſitan, eumque agnoscens clamore, aſsequutus fuifet misericordiam. Ast dum veritatis agnitione ſolum defervuit ad contemptum, non ad expoliendum virtutibus animum, dum clamabat ſceleſtus, prouocabat ſeueritatis rigorem, non negotiabatur clementiæ benignitatem: *Clamabunt, & non erit qui ſaluet: ad Dominum, & non exaudiet eos.* Exaudiret certè benignus, ni ſcelerum enormitate eſſet quodammodo ad expetendam mulctam coactus.

### TEXTVS.

VERS. 43. & 44. Delebo eos, vt puluerem terræ: quaſi lutum platearum comminuam eos, atque confringam. Saluabis me à contradictionibus populi mei: cuſtodies me in caput gentium: populus, quem ignoro, ſeruiat mihi.

### S. LVII.

*In caput iuſtorum eligendus, multis in periculis inuenitur cœleſti prouidentia ſeruatus.*

Cum cœleſtis perſpicacia non ſolum tangat, ſed præuideat etiam futura, ſapè ob futura merita præſentia propulſare ſolet discrimina. *Hic* (aiebat Sen. 4. de beneficijs cap. 30.) *magnos viros genuit, dignus eſt beneficijs: qualis cumque eſt, dignus dedit.* Adneſtit cap. 32. *Deos videre eſt, ut alios indulgentius trahent propter parentes, auoſque, alios propter futuram nepotum, pronepotumque, ac longe ſequentium posterorum indolem.* Nota eſt enim illis operis ſui ſeries. Cum operis ſui ſeries Deo in proſpectu ſit, magnis ſapè d' periculis eruit, quos glorioſa prole nobilitandos agnouit. Retulerat Dauid hoc in cantico à plurimis ſe eductum pericu-

lis, & ereptum captiosis laqueis, huius beneficij in primis ipsam Dei bonitatem ſtitiffe facetur cauſam; hoc tamen verſiculo aliquibus circumſtantijſ aſſerit duetam, nam cùm ſtatuerit Dauid caput gentium conſtituere, opus fuit à periculis liberare: *Saluabis me à contradictionibus populi mei; cuſtodies me in caput gentium.* Id eſt, decreuisti, me gentium caput conſtituere, & glorioſa ſobolis parentem, fontemque eſſe, vnde, vt à te ſtatuta fortirentur effectum, omne propulſati, quo adurgebar, periculum. Ita Abul. q. 5. *Id eſt quando cumque populus meus incepit contradicare mihi, vt expellat me de regno, tunc saluabis me.* Debet intelligi hoc de præterito, & ſic exponunt Hebrei, ſcilicet quod aliquando Iſraēlita contradixerunt Dauid, ſicut quando Saül volebat eum occidere; etiam Iſraēlita repugnauerunt ſcilicet Ziphai, qui inſidiabantur Dauid, vt traderent eum Saüli preceſ. lib. cap. 23. & 26. *Absalom quoque, & Achitophel, & torus Iſraël inſurrexerunt ſemel contra Dauid, & tamen Deus liberauit Dauid.* Conſonat Hugo: *In caput gentium, id eſt, vt ſim caput enīum.* Menti occurrit Sanctissimus Parens Ignatius, qui cùm periculoſo vulnere laboraret, Deiparæ, diuīque Petri fauore eſt ſaluti redditus, vt tantorum filiorum laude reſplenduerit ornatus. In aperto erat Numini, Ignatium pro virtute pericula deſpecturum, animarum zelo exurendum, honestis ſemper laboribus fatigandum: ergo futuri lucri notitia abegit, quæ adurgebant detrimenta. Ignatio adapto, quod Señeca iam datus cap. 32. de dijs aſſeret: *Iſi norunt illum quendam gloriæ ſequentis fugacissimum, eo vultu ad pericula eunt, quo alij ex periculo redeunt, nunquam bonum ſuum à publico diſtinguentem.* Præuidebat Deus Ignatium Dei fore gloriæ audiſſimum, gloriæ propriæ ſatis aduersum: præuidebat laturum probroſa conuictia, quo poſſet vultu, fauſta auribus percipere elogia: præuidebat bonum ſuum à Reipublicæ bono nullatenus diuifurum. Ergo, vt Iefu Societatis conſtitueretur Auctor, periculum propulſauit, & ſanitati miraculosè reſtituit. Iam, quis dubitet Deiparam ab omni labiſ periculo prouidenter exemplam, cùm indubium ſit, in Angelorum, & hominum Reginam fuifſe conſtitutam. Nam, ſi Dauid gentium caput non ſolum eſt à discriminib⁹ liberatus, ſed lauris triumphalibus redimitus, potiori iure reſplendere debuit triumphis redimita, quæ in Dei matrem ab aeterno decreta. Cūm vineæ dominus ſic ſum animaduerteret folijs ſolum viridianib⁹, luxuriae, fructuque carere, euelli iuſſit: *Succide illam, vt quid etiam terram occupat?* Luc. 13. v. 7. Vineæ cul-tor ſecurim orat differri, & inducias temporis poſcit: *Dimitte illam & hoc annos, ſquedum fodiam circa illam, & mittam ſtercora.* Periculo ficus exempla eſt, quia prænoſcebatur culturæ reſponsura, & fructuſ ſaporatiſſimos editura. Iſum audi cultorem ad Cant. 2. v. 13. *Ficus protulit grossos ſuos.* Ficus ſecuris iſtum non eſt experta, ne tanti fructuſ periret copia. Non folijs modò (ſcribit N. Delr. in Litt.) vernat ſculnea, ſed iam grossis luxuriat, fructuſ futuri ſpem facientibus. Per ſicum Cassiodorus apud datum Délrum Iudæam intelligit, quæ eti aliquid possessoris ſpem redundantibus folijs eluferit, Apoſtolos tamen peperit: eius verba ſunt: *Indæa protulit Apoſtolos.* Dulciſſimi fructuſ, qui in radice præuidebantur, ſic ſum à ſecuri liberarunt, & imminenti ferro cripuerunt. Ut noueris quām ſit verum, quod Dauid in ſua, ſanctorūmque perſona fatetur, ſcilicet à periculis ereptum, in mul-

torum

orum caput constituendum , & miris fructibus exornandum: Saluabis me à contradictionibus populi mei, constitues me in caput gentium.

## T E X T V S.

V E R S . 45. & 46. Filij alieni resistent mihi , auditu auris obedient mihi : filij alieni defluxerunt , & contrahentur in angustijs suis.

## §. L V I I I .

*Laudanda politices est , sic inimicos demulcere , ut grata vi feceris in amicos transire.*

**A**sidia sollicitudine demulcenda sunt ingenia naturaliter aspera , & cæca obstinatione proterua. Et licet nonnulli beneficijs exornati , & vrbanitate illecti , malint lites pericolosas excitare , quām amicitiam debitam colere ; plures tamen mansescunt , & ingenij asperitatem deponunt. Difficilem horum indolem prudens politicus non despexerat repetitis officijs flectere , & laudabili ad amicitiam vi cogere. Trux leo patientiam edocetur , & sauitiam mutare in mansuetudinem cogitur. Leonem ( aiebat Senec. 2. de Benef. cap. 19. ) in amphiteathro spectauimus , qui unum è bestiarijs agnitus , cùm quondam eius fuisset magister , prorexit ab imperio bestiarum. Leo pastus , & si fas est dicere , beneficijs obstrictus , depositus truculentiam , & indicium dedit colendi cum bestiario illo amicitiam. Politicus , prudensque fuisse probatur ille magister , qui nouit innatam leonis ferociam posse deliniri , & pro ipso contra impetus ferarum stare. Hanc etiam politicem factis ostendit Dauid , dum ait : *Filij alieni resistent mihi , auditu auris obedient mihi.* Contraria sibi protulisse censebis , nam qui resistit , refugit obtemperare ; qui morigerè obtemperat , nescit resistere : quomodo ergo ijdem referuntur deuotis officijs Dauidem prosecuti , & militaribus armis ad resistendum armati ? Quia Dauid ( respondet N. Sanct. ) quos experiebatur aduersos , & suis studijs contrarios , ita officiosis obsequijs deliniuit , ita gratis munieribus flexit , vt iam nobiliter degenerant , & ex hostibus demigrarent in officiosos , & transferint in obsequentes amicos. Sanctum accipe : *Sic illos beneficijs sibi demeruit Dauid , vt magno postea studio in ipsius causam contra domesticos , & extraneos hostes non minus prompto , atque constanti animo incubuerint , quām prius fuerant aduersati.* Abner prius constanter aduersatus , Dauidis postea causam promovit sollicitus , quia vrbanè , ac benignè exceptus , Amasa coniuratorum præcipuus mutauit animum , ad amicitiam inuitatus , & ad dignitatem promotus: Vnde ipsi , qui contra Dauidem anteà Martialis prænsarunt arma , ad deuota demigrauerunt obsequia ; nam Dauid laudabili , imitandaque politice usus , beneficijs amplissimis illos exornauit , & ex hostibus amicos effecit. Contrarium videtas aliquos modum tenere ; ex amicis imprudentia inimicos sibi procidunt , & quos experiebantur deuotos , intolerabili fastu , asperis verbis reddiderunt sibi prorsus aduersos. Nabal Dauidem , eiisque milites sortiebatur amicos: *Homines isti ( refert seruus ) boni satis fuerunt nobis , & non molesti , nec quidquam aliquando periret omni-*

*tempore , quo fuimus conuersati cum eis in deserto : pro muro erant nobis tam in nocte , quam in die omnibus diebus , quibus pauimus apud eos greges. 1. Reg. 1. Reg. 29. 25.v. 15. Hi ipsi , qui nuper laboriosis defatigabantur excubijs , vt securam exhiberent tutelam , iam armari noueris ad ruinam : Accincti sunt singuli gladijs suis. Si inquiras , Cur modò Nabal , eiisque domum penitus conentur euertere , qui anteà eius greges vigilanti procurauerant sollicitudine custodire ? Respondebit Textus , Nabal multo titulis debita officia denegasse , & audaci lingua Dauidis facta arrosisse. Quis est Dauid ? & quis est filius Isai ? Hodie increbuerunt servi , qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos , & aquas meas , & carnes pecorum , qua occidi torsoribus meis , & dabo viris , quos nescio , unde sint ? Auarus , iniuriusque ex amicis conflauit sibi aduersarios , & dum detrectat exiguo subsidio egeni succurrere , probatur contra se milites obarmare : iure ergo meruit stulti eloquium , cùm exiguum denegauit subsidium , & pericolosum contra se exciuit inurbanitate bellum. Secundum nomen suum stultus est , stultitia est cum eo. Prodest Theodorus : *Nomen Nabal , si transferatur in linguam Graciam , significat insipientiam... effluente enim , & extincta rationis , succedit affectio insipientie.* Quām erat Nabal stultus , dum ex amicis elaborauit sibi contrarios ; & quām erat Dauid prudens ; & politicus , dum ex contrariis deuotos reddidit , & amicos.*

## §. L I X .

*Qui à iustitia , & aequitate defecit , urgentissimas sibi angustias prematur auerit.*

**Q**uisquis sceleris conscientiam carnificem secum desert , implacabile malum fouet ; nam cùm imminentis periculi assiduus nequeat timor sopiri , nequit etiam culpis defœdatus quiescere : internis , continuusque perturbationibus externa superadduntur incommoda , quæ vti legitimum fructum parit malitia. *Qui omne bonum* ( aiebat Senec. Epist. 75. ) honesto circumscripsit , intra se felix est ; nam qui alia bona iudicat , in fortuna venit potestatem , alieni arbitrij fit. Honor male partus diuexat , felicitas iniuste adquisita discruciat , diuinitatum cumulus rapinis auctus rapaces etiam manus obarmat. Cùm conscientia nequeat pericula non ostendere , improbus cogitur , præcordijs palpitantibus , semper viuere. Hanc veritatem clarè prænuntiat Dauid , dum à iustitia , aequitatéque deficientes amaris , ait , coarctandos angustijs , & arctissimis obsidendorum fore periculis : *Filij alieni defluxerunt , & contrahentur in angustijs suis.* Id est , qui ab aequitate , honestatéque defluxit , ingentem sibi calamitatem elaborauit ; dum insanis appetentijs blanditur , auro , & salute nudatur , & dum vanis assentitur spebus , vndique turbulentis impetratur calamitatibus. Hic agi de Seba putant Hebrei ; nam cùm à Dauide defecisset , & ambitiosa temeritate ad coronam inhiasset , profugus ad Abelam ciuitatem acri timore perculsus confugit , & ibi carnificis gladio cervices præbuit. *Iste ( inquit Abul. q. 5. ) coangustatus est in clausuris suis , id est in urbe Abela , in qua clausus est , & occisus.* Daudi bellum intulit , aequitatem læsit , & exambiendo coronam , ingentissimam inuenit angustiam. O quot dum ambitioni , libidini , avaritiæque inservierunt , cæcas sibi calami

calamitates adaggerarunt! Viuere promittebant fibi felices, sed aut ignotum intrarunt carcerem, aut acerbam subierunt mortem. Isaías peccatoris incommoda referens, aiebat: *Ab alienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultrà addentes prauaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens.* Isa. 1.v.4. Internis annexuit externa: *Terra vestra deserta, ciuitates vestra succensa igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur, sicut in vastitate hostili.* Quam possit inferre calamitatem: interrogat, vt tot, tantisque admissa culpa attulisse edoceat, vt nullus iam locus aduentienti denuo reperiatur. Ita Galfridus in Alleg. Thylm. *Caput languidum est elatio sine sanitate, cor mœrens cogitatio sine consolatione.* Ideo quidam in corde suo manere nequeunt, ideo foris vagi, & profugi se fugiunt. Nequeunt consistere calamitatum vorticibus circumacti, qui amplam sibi fortunam promiserunt delusi: *Contrahentur in angustijs suis.* Seba amplam promisit sibi fortunam, si à Davide deficiens, insatis cupiditatibus inseruaret, sed delusus vitam perdidit, infamiam subiuit.

## T E X T V S.

V E R S. 47. & 48. *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ. Deus, qui das vindictas mihi, & deiçis populos sub me.*

## §. L X.

*Seueriorem Deus pro homine sumit vindictam, si ipse suam Numini dedicauit patientiam.*

Rom. 12. v. 19. **S**vmmus impatientiæ stimulus est vltionis libido, Antiquorum consuetudine fota, & exemplis frequentibus confirmata. Vindictam expetere gloriæ adscribitur; non expetere, ignauia datur: eiusmodi tamen gloria volatrica; & vana, & Domino semper odiosa. Qui patientiam suam Deo obtulit, de illatis iniurijs patientiam suam Numini offerendo ad vindictam Deum honestè vrget, & si fas est dicere, cogit. Cùm ipse per Apostolum dicat: *Mibi vindicta, & ego retribuam.* Ad Rom. 12. v. 19. En qui vltione culpam non reduplicat, sed modestus in Domini honorem vltionis impetum frænat, laudabiliter honori suo prouideret, & Deum seueriorum iniuriæ vltorem constituit. Dauid miris laudibus Dei deprædicat fortitudinem, & de inimicis eius dignam expetiuisse testatur vltionem: *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.* Deus, qui das vindictas mihi, & deiçis populos sub me. Acli dicat: *Dextera tua me de inimicis vindicauit, & dignissimam vltionem exegit.* Nam Saül suā transuerberatus hastâ dedit pœnas, & Seba decapitatus exsoluit ambitione temeritatis insanias. Et cur studiosè adeò Deus de Dauidis aduersarijs expetiuit vltionem? Quia ipse Dauid patientiam suam Deo consecravit, & generosè inimicis pepertit; cùm Saül in eius manus incidisset, vita donauit; cùm Amasa coniurorum dux esset, ad dignitatem extulit, proditoris Absalonis salutem eximia charitate curauit: ergo dum ipse mault, quam expetere vindictam,

gratam Deo offere aduersarijs indulgentiam, Deus eius honori prouidit, & hostes pedibus eius subiecit. Huc voco Tertullian. de Pati. cap. 10. *Seruulis nostris assumentibus sibi de conseruis vltionem, grauiter offendimur: eosque, qui nobis patientiam obtulerint suam, ut memores humilitatis, servitutis, ins dominici honoris diligentes non probamus modi, sed ampliorem, quam ipsi sibi presumpsissent, satisfactionem facimus.* Id nobis in Domino tam iusto ad astimandum, tam potenti ad perficiendum perclitur? Quid ergo credimus indicem illum, si non & vltorem. Cùm apud saeculum Dominus ob eius honorem de conseruo vltionem exigere nolentem remuneret, & seuerè iniurium castiget, potiori iure Deus expetet pro nobis vindictam, si, ne iuri eius quid detrahamus, obtulerimus gratam patientiam. En David cœlesti manu de inimicis est vltus: *Das vindictas mihi, & simul resplenduit honorabili patientia exornatus.* Deus Christo Domino promittit, omnes aduersarios eius sub pedibus sternendos, & procultandos: *Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Psal. 109. v. 1. En Christus placida Psalm. 109. quiete ad Patris dexteram fruitus, de aduersarijs v. 1. Proditur vindicatus: Deus de Christi aduersarijs dignam vltionem exegit, & pro scabello pedibus eius substerni compulit. Nec mirum, cùm Dominus inimicis non solum veniam fuerit largitus, sed pro eis etiam iudicem deprecatus: *Dimittite illis, non enim sciunt quid faciunt.* Luc. 23. v. 34. Preces fudit, & vltorem Petri gladium auertere conatus est, ergo Deus miserandam reimunerauit patientiam, & de aduersarijs expetiuit seueram mulctam. Redeat Tertullianus iam datum cap. 3. *Patientia eruditus non contendit, non reclamavit, nec quisquam in plateis vocem eius audiuit, arundinem quassatam non fregit, lignum fumigans non restinxit.* Cùm discipuli cœlestes ignes adducere ambirent, vt contumeliosam ciuitatem recipere Dominum auersantem castigarent, prohibuit, patientiamque edocuit. Ergo dum ipse aduersarijs laudabiliter offert veniam, Deus patientia delectatus, de inimicis tulit vindictam, vt constet ab vltione ob Dei honorem abstinentem, inultum non manere, imò Deum vltorem de aduersarijs sortiri.

## T E X T V S.

V E R S. 49. *Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.*

## §. L XI.

*Sæpè quò viuidius ardet inimicus nocere, inuenit præter opinionem commoda incrementare.*

**P**atitur hoc imprudentia mortalium plerunque conditio ( scribit Aurel. 7. Var. 47.) vt cum lädere putatur, consulat, & cum consulere videatur affligat. Sæpè inimici votum est grauiter lädere, sed effectus est præter opinionem consulere: conatur sibi odiosum necessitatibus duris constringere, sed ipsis machinationibus sollicitat eleuare. Hanc veritatem testatur Dauid, dum refert inimicorum contra se studia, & ex eis resultasse sibi clementia: *Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi*

*mibi eleuas me , à viro iniquo liberabis me . Sensus est : Sæpè diabolus captiosos temptationum mihi laqueos obtendit , vtque de Saüle expetrem vindictam per seruos meos proritantes suavit : hostem somno illigatum interimere potui , verùm cùm tuo auxilio pro iniuria retulerim gratiam , amptiorem assecutus sum gloriam . Saül dolosum mihi nuptiarum thalamum prætexens , & honoris specie præputia Philistinorum deposcens , graui me periculo obiecit ; sed cùm lædere suspirabat , consuluit ; nam de hostibus tuli victoriā , & Regis gener nouam honoris acquisiū excellentiam . Quasi dicat ( verba sunt Hugonis ) quanto magis illi insurgunt in me , tanto amplius exaltabis me . Itaque diabolus temptationibus Dauidis laudibus militauit , & Saül etiam scandalis amplificando honori inseruuit ; & cùm tot machinationibus , tot acerrimis arietibus promittebant sibi hostes Dauidem penitus subruendum , dolebant præter opinionem triumphis , & honoribus diuitatum . Diabolus licentiam , sine qua nihil potest , à Domino efflagitauit , vt penitus Iobum attereret : Dominus fecit licentiam , quia Iobi præuidebat victoriā . Ecce uniuersa , quæ habet , in manu tua sunt . Iob . I . v . 12 . Egressus hostis elementa coniurat , filios , filiāque ædificij ruinis tumulat , Sabeos , Chaldæosque prædonēs obarmat , eluctantes , quæ greges absument , flamas solicitat . Verūm pessimi hostis studium auferendo adauxit , nocendo profuit . Addidit Dominus omnia quacumque fuerunt Iob , duplicitia . Iob . 42 . v . 10 . Demonis votum erat affligere , & ab honore , virtutēque deturbare ; Verūm dum Iob cœlesti ope adiutus firmum scutum patientiam obiecit , de hostibus reportauit palmarum , & duplicitum honorum copiam . Opportunè Tertul . de Pati . cap . 14 . Nec enim à respectu Dei tot doloribus auocatus ille est , sed constitit nobis in exemplum , & testimonium , tam spiritu , quam carne , tam animo , quam corpore . Adnequit : Retusis omnibus iaculis temptationum lorica , clypeo que patientia , & integritatem mox corporis à Deo recuperauit , & quæ amiserat , reduplicata possedit . Itaque nequitiæ ille operarius plus Iob profecit iniquis votis , quam prodesset bonis studijs ; nam Iob resplenduit decantando sacerulis triumpho coronatus , & reduplicato diuitiarum censu copiosus , vt etiam Dauid à sibi resistentibus est eleuatus , & ampliorem gloriam assecutus : *A resistentibus mihi eleuas me .**

riam gestueris ampliare . Si quōd culpa inficit , & ignorantia obcaecavit , bonis moribus admittatis excolere , & veri Numinis notitia imbuere . Arigernus nobilitate conspicuus , vt accepta à Theoderico beneficia digna compensatione persolueret , titubantium corda studioſa solitudine confirmauit , & Principis imperio subiecit . Audi Cassiodor . 4 . Var . 16 . *Ad Galias estimauimus direndum , ut eius maturitate consilij titubantium potuissent corda firmari .* Sollicita Arigerni deuotio , dum Principis extendit imperium , laudabilis gratitudinis exsoluit tributum . Quid enim optabilius Principi , quam eius gloriam pretendi , & honorem nominis dilatari . Hinc est , quod Dauid ingenti beneficiorum mole quodammodo oppressus , vt Numini existeret gratus , decreuit eius nominis continua acclamationibus gloriam celebrare , & non solum voce , sed eleganti etiam carmine gentibus notitiam inferre : *Propterea confitebor tibi Domine in gentibus , & nomini tuo cantabo .* Quid denotet illud Propterea , ipse exprimit : *Educis me ab inimicis meis , à resistentibus mihi eleuas me , à viro iniquo liberabis me .* Audis referentem accepta , audi sperata : *Magnificans salutes Regis sui , & faciens misericordiam Christo suo Dauid , & semini eius in sempiternum .* Cùm tanta à Deo accepta soluere ex cogitaret , gentes ad eius notitiam proposuit adducere , & ab erroribus liberare . Ipsum audi : *Propreterea confitebor tibi Domine in gentibus , & nomini tuo cantabo .* Legitimum horum verborum hunc esse sensum tradit Litanus : *Propterea confitebor tibi Domine in gentibus , quia psalmi facti à Dauid derivati sunt ad gentes .* Consonat N . Sanct . Curaturum se dicit concinnandis , pangendisque carminibus , vt gentes etiam externe diuina maiestatis gloriam agnoscant . Non solum vocis sono , sed eleganti , eruditōque calamo gestiuit gentes ad Dei agnitionem adducere , & eius magnalia deprædicare ; deuota gratitudine compensauit accepta , dum Dei nominis decantauit elogia , & eius gentes imbuit notitia . Cùm Christus Dominus , vt famelicis turbis subueniret , panes multiplicasset , mensam explicuit extempore : Apostoli plura præ cæteris accepserunt : *Impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum .* Ioan . 6 . v . 13 . Chrysost . in Cat . rogat : Cur plura discipulis fuerit dilargitus ? Respondetque , vti futuros orbis magistros honorasse , & quodammodo , vt gentes adducerent , compulisse : *Quare non turbis dedit fragmenta portanda , sed discipulis ?* Interrogationi respondet : *Orbis terrarum debebant esse magistri .* En orbis terrarum magistros præcipuo honore nobilitat , & Discipuli , vt accepta compensauerint , ad capiendos peccatores prædicationis expandunt retia . Vterque recte : Christus , dum continua prædicationis laboribus defatigatos speciali fauore nobilitat , & discipulus , dum ad Magistri gloriam adducere , & expiscare peccatores anhelat . Moyses vt dignas Deo pro acceptis grates aliquomodo exsolueret , ad Dei agnitionem totum mundum adducere conatus est ; nec solum voce , sed scriptis etiam notitiam tradidit . In principio ( inquiens ) *creauit Deus cœlum & terram .* Gen . I . v . 1 . Vnum Deum protulit , vt creaturam ab errore liberaret , & idololatriam destrueret : ergo dum mores comit vocis sono , & obliuioni occurrit , conscripto libro , gratus existit , & Numini morem gerit . Audi Basil . Ora . 34 . *Iudeorum populis in solitudine Moysis doctor presidebat : verūm ne notitiam furaretur oblitio , ne vocis celeritudo sensum effugeret aurium , doctrinae modum*

## TEXTVS.

VER S . 50 . & 51 . Propterea confitebor tibi Domine in gentibus , & nomini tuo cantabo . Magnificans salutes Regis sui , & faciens misericordiam Christo suo Dauid , & semini eius in sempiternum .

## § . LXII .

*Accepta à Deo beneficia bene compensas , si peccatores ad Dei adducere famulatum exambias .*

**Q**ui à Deo magna recepit beneficia , curare debet , vt ad Domini deseruant gloriae crementa : nec gratius potes benefactori tributum soluere , quam si totis viribus eius nominis glo-

Ioan . 6 .  
v . 13 .

Gen . I . v . 1 .

dum

dum ex cogitauit immortalem, ut lingua quidem notitiam praebeat, manus vero per litteras memoriam consignet. Dum voce, litterisque notitiam ingerit, gratitudinem ostendit: David etiam eleganti carmine, vocēque Dei notitiam extendere adnititur, & ac-

cepta soluere comprobatur: Propterea confitebor tibi Domine in gentibus: & nomini tuo cantabo. Quid enim Deo gratius, quam errantes ad veritatis agnitionem adducere, quam cæcis tricis implicatos exsoluere, quam deuios ad rectam viam reuocare?



## C A P V T   X X I I .

1. **H**ÆC autem sunt verba David nouissima. Dixit David filius Isai: Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psalmus Israël. 2. Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. 3. Dixit Deus Israël mihi; locutus est fortis Israël, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei. 4. Sicut lux auroræ, oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra. 5. Nec tantæ est domus mea apud Deum, ut pactum aeternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quidquam ex ea, quod non germinet. 6. Praeparatores autem quasi spinæ euellentur uniuersi: que non tolluntur manibus. 7. Etsi quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igne succensæ comburentur usque ad nihilum. 8. Hæc nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. 9. Post hunc, Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortis, qui erant cum David, quando exprobauerunt Philisthijm, & congregati sunt illuc in prælium. 10. Cumque ascendissent viri Israël, ipse stetit & percussit Philisthaeos, donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam in die illa, & populus, qui fugerat, reuersus est ad castrorum spolia detrahenda. 11. Et post hunc, Samma filius Age de Arari: & congregati sunt Philisthm in statione; erat quippe ibi ager lente plenus. Cumque fugisset populus a facie Philisthm, 12. stetit ille in medio agri, & tuitus est eum, percussitque Philisthaeos, & fecit Dominus salutem magnam. 13. Necnon & ante descendenterant tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam: castra autem Philistinorum erant posita in Valle gigantum. 14. Et David erat in presidio: porro statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem. 15. Desiderauit ergo David, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, que est in Bethlehem iuxta portam! 16. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, que erat iuxta portam, & attulerunt ad David: at ille noluit bibere, sed libauit eam Domino. 17. dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam. Noluit ergo bibere: hæc fecerunt tres robustissimi. 18. Abiā quoque frater Ioab filius Sarui, princeps erat de tribus: ipse est, qui leuavit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus. 19. & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non peruererat. 20. Et Banaias filius Ioiada viri fortissimi, magnorum operum, de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis. 21. Ipse quoque interfecit virum Ægyptum, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægypti, & interfecit eum hasta sua: 22. Hæc fecit Banaias filius Ioiada. 23. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: verumtamen usque ad tres non peruererat: fecitque eum sibi David auricularium, à secreto. 24. Asael frater Ioab inter triginta, Elehanan filius patrui eius de Bethlehem. 25. Semma de Harodi, Elica de Harodi, 26. Heles de Phalti. Hirah filius Acces de Thetua, 27. Abiazer de Anathoth Mobonnai de Husati. 28. Selmon Ahohites, Maherai Netophathites, 29. Heled filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabbaath filiorum Beniamin, 30. Banaia Pharatonites, Heddai de Torrente Gaas, 31. Abialbon Ar-bathites, Azmaueth de Beromi, 32. Eliaba de Salaboni. Filii Iassen, Jonathan, 33. Semma de Orori, Aiam filius Sarar Arorites, 34. Eliphelet filius Aasbai filii Machati, Eliam filius Achitophel Gelonites, 35. Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi, 36. Igaal filius Nathan de Soba, Bonni de Gadi, 37. Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filii Sarui, 38. Ira Iethrites, Careb & ipse Iethrites, 39. Frias Hethaus. Omnes triginta septem.

## TEXTVS.

VERS. 1. & 2. Hæc autem sunt verba Dauid nouissima. Dixit Dauid filius Isaï: dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israël: spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.

## §. I.

*Iusti in vita ingemiscant afflicti, sed in morte  
Deo laudes concinnunt latus.*

**A**ntiquum est, miris virtutibus expolitos deabilitari, constringi, & laboribus multis vrgeri, ut etiam solitum, malos integra salute frui, & prospera fortuna potiri; sed quibus dispar vita, & mors dissimilis etiam est. Iustus imminente morte lætatur, quia sperat gloriam, grandi iniquus horrore concutitur, quia veretur durissimam pœnam: alter prosperæ nauigationis naufragio cursum finiendum timet, alter enauigatis fluctibus ad securam portus stationem appulsurum se credit. *Isti* ( aiebat Senec. de Prouid. cap. 6.) quos pro felicibus aspicitis, si non qua occurrunt, sed qua latent, videritis, miseri sunt, sorridi, turpes ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culii. Non est ista solida, & sincera felicitas, crux est, & quidem tenuis. Malis dum stare licet, & ad arbitrium suum vivere, nitent, sibi que imponunt: cum rapiuntur, angustijs, afflictionibusque replentur. Vir moratus superstes gemit, discessurus ridet. Dauid magnis calamitatibus ingemuit sapissime diuexatus, sed moriens cecinit carmina lætus. Postquam retulit Sacra Scriptura elegantissimum Dauidis carmen, attexit: *Hæc autem sunt verba Dauid nouissima: id est, Deum laudans, animam lætus efflavit, qui in vita tot ærumnis diuexatus ingemuit. Hugo* nomen audi: *Nouissima, quia hanc laudem Dauid in articulo mortis Domino deuotè cantauit. Cygnus in fluctibus viuit, in morte canit; & iustus in morte canit, & tribulationibus pressus viuit. Malo* cum iustis ingemiscere, dum in morte possim cantare, quam fallaci felicitate nitere, & in fine horroribus concuti. Iob de morte sua loquens aiebat: *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.* Iob. 29 v. 18. Gregorius 19. Moral. cap. 16. aptissime iustos palmæ assimilari tradit; nam palma iuxta terram angustatur, & asperis vestitur corticibus: cœlo iam proxima triumphales ramos protendit, nitore perpetuo fulget, & fructibus saporatis ditescit. Nec aliter iustis accidit, dum in hoc sæculo versantur, afflictionibus magnis anguntur, ast in fine non fordan, sed nitent, non internis angoribus discruciantur, sed mita tranquillitate fruuntur. Gregorium accipe: *Nec immerito iustorum vita palma comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obvoluta: superius vero & visu, & fructibus pulchra: inferius corticum suarum inuolitionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchra viriditatis expanditur.* Iob iustus innumeris tribulationibus coangustatus est, sed moriens tribulationum recepit præmium, & patientia peperit gaudium. Sæculi amatores temporali gloria resplendent, sed morti proximi lugent. Dauid

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.*

iustus in vita tribulationes pertulit angustiatus, sed in morte cecinit lætus.

## §. II.

*Vera celsitudo non est dignitatum calminibus  
resplendere, sed virtutibus exornari.*

**Q**uae humanis oculis nitent splendida, deci-  
dua sunt, nesciunt diu consistere, sed fugaci inueniuntur nitore fallere. Quidquid ad corpus pertinet, citò elabitur: solum felix est, qui sp̄itum cœlestem sortitur. *Inter bonos viros, ac Deum* ( aiebat Seneca de Prou. cap. 1.) *amicitia est, conciliante virtute.* Virtus hominem ad Dei amicitiam euehit, quidquid extra virtutem est, ad speciem effert, sed fallit. Dauid se cœlesti spiritu ornatum ait: *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israël: Spiritus Domini loquitus est per me.* In Hebræo habetur: *Qui eleuatus est in altum, vñctus à Domino Israël.* Abul. q. 3. existimat hic non agi de vñctione, qua ad regnum est promotus, sed de cœlesti lumine, quo eius fuit animus illustratus; nam prudentes rerum æstimatores solidam altitudinem non censem regni solium, sed luminis cœlestis augmentum. Verba Abulensis sunt: *Eleuatus est in altum, scilicet lumine propheticō. Cœlestis spiritus ad veram, solidamque euexit celsitudinem;* nam inauguration ad thronum altitudinem tenuit fugacem. Quæ hominibus videntur alta, prærupta sunt, quæ ad spiritum pertinent, non sunt prærupta, sed celsa. Zachæus altam inscendit arborem: *Ascendit in arborem sycomoram:* Luc. 19. v. 4. sed elatus adhuc erat statura pusillus: *Statura pusillus erat.* Luc. 19.  
v. 4. Iussus descendere, exceptit Christum, & dum exceptit Christum, altitudinem non amisit, sed tenuit. Eleganter Chrysol. Ser. 54. *Descende, ut deponas tantæ fraudis onera, pondera cupiditatis, usurarum molem, magisterium publicani, exaltionis crudelissima principatum, expeditus intres paupertatis scholam, discipulatum misericordie, pietatis usum, patientia disciplinam, studia virtutum, scientiam diuinitatis, tolerantiam passionum, philosophiam mortis, atque inter vitalis ligni ardua iam perfectus ascendas.* Ut labilem altitudinem vera altitudine commutaret, iussus est ab animo sordes expungere, diuinitatis scientia imbui, nosse mortis philosophiam, patientiæ disciplinam. Sic enim inter proceri, vitalisque ligni ramos eminebit altus, non inter fatuæ fucus brachia casui effetur obnoxius. Dauid altitudinem suam censem non de regni splendore, sed de superno spiritus lumine.

## §. III.

*Prudens inter fortune prospéra, primordia re-cordatur humilia.*

**Q**ui prosperæ fortunæ fanore elatus odioso fastu intumescit superbus, & humilia nuper exordia à memoria expungit oblitus: tumore cæteros proritat, & calamitatem sibi sàpè elaborat. Modestus originis, humiliatisque memoria tumorem deprimit, & à se iniuidiam excludit. *Humanæ mentis felix illa conditio est* ( aiebat. Casiod. 7. Var. 26.) *que arbitrium prouotionis sue intra terminum moderationis includit.* Feliciter prudens, & prudenter est felix, qui humilia incunabula tenaci memoria retinet, ne inter fortunæ prosp-

ra titubet. Hanc prudentiam Psaltes edocuit, dum se Isaï filium meminit, cùm ad regni culmina eleuatum agnouit. *Dixit David filius Isai: dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psaltes Israël.* Interpretes nonnulli hanc constitutionem intelligunt de vocatione ad Regnum: *Quasi dicat* ( inquit N. Sanct.) *se ilium esse virum, quem Deus constituit vngum, aut Christum, id est Regem.* Itaque eodem tempore filium se Isai commincorat, & Regis etiam vittis redimitum denuntiat: Et quidem æmuli Isaï filium appellantes, veluti caliginem, qua innubilaretur, adnitezantur effundere, & pastoricia cunabula in memoriam omnibus reuocare. Vnde Nabal despicabilem, obscurumque fugillans, Isaï filium appellauit: *Quis est David? & quis est filius Isai.*

*1. Reg. 25. v. 10.  
v. 10.*

Acs diceret: Ab alienigenis originem duxit, & pastoralem vitam nuperrimè exercuit. Audi Litram: *Quasi dicat: nullius valoris, quia descendit de alienigena muliere.* Itaque cùm Isaï nomen originem, pastoralèque olim munus prodiderit, silencio videbatur tegendum, non in memoriam studiosè reuocandum. Verum David laudabili prudentia imitandam omnibus politiam tradidit; et si eximiam potitus fuerit felicitatem, pastoriaciam non obliuisceratur soloem, si à primordijs oculos amoueret, inuidiam sibi obliuione crearet. Nam, vt omnium init gratiam in prosperitate modestus, ita fastidium ingenerat, humiles latres oblitus. Ioseph summam Reipublicæ gubernationem adeptus, & pro arbitrio omnia moderatus, seruitutis antiquæ meminit, & pro aurea torque ferream olim tulisse catenam fratribus confessus est: *Ego sum Ioseph frater vestris, quem vendidistis in Aegyptum.*

*Gen. 45. v. 4.* Si inquiras:

Cur abiecta seruitutis renouarit memoriam, qui amplam adeò sortitus erat fortunam? Respondebit Philo Lib. de Ioseph, rem longe tempore retinam reuelasse, & prudentiam ipsa renouatione ostendisse. Philonis verba sunt: *Rem longo tempore correctam, & obliuioni mandaram, ut putatis, nunc reuelaturus solus solos appello: fratrem, quem in Aegyptum vendidistis, me ipsum presentem nunc cernitis.* Iam Proter, & præ cæteris magistratibus in Reipublicæ administratione præcipius, grata omnibus modestia prælucebat, antiquam fortunam memoria retinens, & eiusmodi recordatione veluti gubernaculo actiones dirigens. Clementiam (adnectit Philo) charitatem, prudentiam, pietatem omnes uno ore laudabant. Si superbia, tumorèque inflatus, olim se obliuisceretur seruum, alij meminissent incarceratum, & ferreo compede vinclum; verum dum antiquæ sortis memoria præsentem felicitatem temperabat, omnium animos alliciebat. Si olim seruus, adspirante modò abuteretur fortuna, & superciliosa cæteros despetaret superbia, plurimorum contra se pernicioſa conflaret odia: modestus placuit, & prudens à se omnem inuidiam amouit, vt David etiam supremum regni culmen potitus, se Isaï esse filium est recordatus: *Dixit David filius Isai.*

#### S. IV.

*Quo quis apud Deum clarior, eo apud se dectior est, & humilior.*

**C**irca Deum augetur gratia, si humilitatis custodiatur modestia: & tanto pluſ humilitatis crevit modestia, quantò acceptis à Deo fauori-

bus excrescit gratia; nam Deus humilibus frequenter abstrusa reuelat arcana, & dulcissima miscere cum modestis gaudet colloquia. *Consuetudinem deuotionis impendens* ( aiebat Theodor. de Cassiod. 1. Var. 3.) *et nos obligasti munere, quo tibi putamus omnia reddidisse, inde amplificando debatum, unde credi poterat absolutum.* Consuetudinem humilitatis custodiens, Deum obligat, & dum ipsis muneribus fit humilior, ipsa humilitate ad potiora inuenitur aptior. *Sola Deo placet humilitas* ( verba sunt Bernardi in Allegor. Thylm. ad Isaï. 6.) *sue in Angelo, sue in homine, & qui sedet in throno, solos elegit subditos, è quibus repletum.* Vbi Isaï plus se deiecit, & indignum, qui arcana prophetica referret, confessus est: *Pollutis labijs ego sum.* Isaï. 6: v. 5. Propheta delegatur, Isa. 6: v. 5. & ad populum mittitur, Ieremias etiam, dum se loqui nescientem asserit: *Ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Ierem. 1. v. 6. Dei illi commissa sunt Ier. 1. v. 6. verba, & secretiora panduntur arcana. *Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Cum Ieremia misceret sermones, quia pueri humilitatem custodit, & Ieremias studiosius humilitatem custodivit, dum arcana verba percépit. Nec aliter Dauidi contingit: Isaï filium vocari non refutit, cùm ad secretiora admittitur, & ad secretiora admittitur, dum deiectioni humilitate exornatur. *Dixit David filius Isai: dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psaltes Israël: spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.* Saui Isaï filium appellabat, vt denotaret in gloriam, Nabal, vt fugillaret obscurum. Ergo qui se Iesse potuit filium appellare, Isaï filium dixit, & humilitatem præelegit. Ergo humili Deus commisit arcana, & participauit abstrusa. De ipsis donis humilitas etenit auctior, & gratia de humilitate floridior, In Hebreo habetur: *dictum viri, qui eleuatus est in altum, vñctus a Domino Israël.* Vñctus est spiritu propheticō, quia humilitatis resplendebat elo-gio. Ita Abul. q. 3. *Istud est dictum viri, qui eleuatus est in altum, scilicet lumine propheticō.* Humilis est eleuatus, & dum prophetico spiritu ad altiora contendit, humilitatem plus coluit. Cùm Isaï felici vaticinio Christum promitteret, cœlesti spiritu afflatus Iesse appellauit filium, cùm dicere potuisset à Rege Dauide exortum. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Et requiescat super eum spiritus Domini. Isaï. 11. v. 1. Isa. 11. v. 1. Rupertus inquirit: Cur regiae originis gloria fuerit à Propheta silentio tecta, & de Iesse origo vulgata? Respondetque de quo loquebatur, laudabiliter adulatum fuisse, cùm prænosceret humilitatem, & spiritus plenitudinem custodire. Itaque ab ipso, de quo loquebatur, edictus, & ad nostram eruditionem instructus, regia præteriuit, humilia prodidit. Verba Ruperti sunt lib. 2. in Isaï. cap. 7. *Quarendum est: Cur Propheta hoc loco Iesse maluerit nominare, quam Dauid?* Disere de radice Iesse, quam de radice Dauid? Quæstioni iam responderet: *Quia Dauid pro maiestate regia persona fuit sublimis, Iesse vero, qui & ipse dictus est Isaï, ordine, vel statu longe humilior fuit.* Vbi Dei spiritu plenum deprædicauit, & humilitate exornatum prodidit, vt potè qui originis regiae claritatem voluerit tegi, & Iesse filium prodi, vt huminum inflatiſſimam superbiam damnet, & consociatam cum spiritu humilitatem ostenderet: nam virtutibus clarior, deiicii probatur humilior, & qui deiicitur reuerà humilior, cœlesti spiritu inueniuntur ornatior.

TEXTVS,

## T E X T V S .

VER S. 3. Dixit Deus Israël mihi: Locutus est fortis Israël, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei.

## §. V.

*Dei timor Principes edocet aequitatis custodire mensuram, & aequitas tuctur coronam.*

**Q**uis dignitatis resplendet luminibus, ne-cessum habet, laudabili Domini timore fulciri, & probatae conscientiae virtutibus exornari. *Eft* ( aiebat Théod. 1. Var. 4.) *indigni animi signum fame diligere commodum, & lucra potius odisse causarum.* Indignus dignitate probatur, qui euanidam sitit gloriam, & colere in causis nescit iustitiam. Ut sine gubernaculo nauis rectum cursum non tenet, nec reflantibus vndeque ventis resistit, ita qui Dei timore non fundatur, circumagitur tumore inflatus, & plurimo errori obnoxius. Dei timor innocentiam custodit, actiones dirigit, & scandala longè propellit *Nescis* ( scribit Plutarc. lib. ad Princip. indoct.) *assessorem Iouis, Deorumque iustitiam, & fas esse? Quo quidquid actum à dominante fuerit, id ius, & fas sit.* Quidquid à dominante factum, fas esse debet, & legibus consonum; hanc tamen nequibit factis ostendere laudabilem obseruantiam, qui Dei timoris non didicerit disciplinam. Audi ab ipso Domini ore: *Locutus est fortis Israël, Dominator hominum.* Quid locutus fuerit, iam subiicit: *Iustus dominator in timore Dei.* Acs dicat: Nullus iuste quiuerit dominari, immo nec dominati diu quiuerit, ni Dei timore fundarit imperium, & suffuleret iustitia regalem thronum. Huius timoris defactu plutes exorbitarunt, & à culmine ceciderunt. *Communiter Domini* ( scribit Abul. q. 3.) *inter homines plura agunt voluntate, quam lege, & plura passione, quam ratione, & quanto fuerit dominus maior, tanto magis sequitur voluntatem, velut non subiectus legibus.* Principes hoc errore sapè tenentur: tunc se putant amplioris dignitatis luminibus præfulgere, si decreuerint iustis legibus contraire. Ergo hanc à Procerum animis insaniam abigens, testatur Dominorum Dominus, Dei timorem esse fidam imperiorum anchoram, & cum timore associandam fore iustitiam: *Iustus dominator in timore Dei.* Acs dicat: Qui dominatur alijs, sciat sibi opus esse, Deum timere, & equitatem colere, si exambit regnum constabilire, & lucere. *Ruben primogenitus meus* ( aiebat Jacob ) *tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio.* Richardus in Allegor. Thylm existimat in Ruben Dei timorem adumbrari, & de eiusmodi timore sub hac metaphora Jacob loqui, cum ait, Rubenum eius iniunctæ fortitudinis fuisse principium, ut etiam penitutinis salubris exordium: ergo hic timor ad cœlestia excienda dona aditum aperit, & accepta fulcit. Richardi verba sunt: *Per Ruben intelligitur timor Dei... recte ergo primogenitus, quia timore Domini omne bonum inchoatur: recte fortitudo dicitur, quia per timorem Domini cor contra concupiscentias roboretur.* Fixum stabileque erat imperium Domini timore fundatum, & felices erant subiecti, dum sortiebantur rectorem eiusmodi timore expolitum; nam Dei timor dum noxiā cupiditatem. *Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.*

Gens. 49.  
y.3.

ratem expungit, colere iustitiam suadet, & culta iustitia regnantis fulcit coronam, & parentis auget fortunam: vt noueris, quā sit verum, Dei timorem regna stabilire, & aequitatem firmare.

## §. VI.

*Deum timens, specialem fortitudo tutelam, & salubris adauget metu fortunam.*

**D**eum time ( monebat Eccles. cap. 12. v. 13.) & mandara eius obserua: hoc est enim omnis homo. Acs dicat: Omnis hominis felicitas de timore Domini, quasi de lucidissimo fonte profluit, & viuere virtutes facit. Ad rem Hugo: *Hoc ab illo requiritur, & per hoc beatitudo acquiritur.* Ut cœlestis beatitudo prosperam adducit fortunam, & omnem excludit pœnam, ita Dei timor afferit secum fortunam, dum criminis excludit offendam. Seruulos honeste timoratos, & laudabili metu deuotos speciali Deus probatur regere prouidentia, & custodire maiori cura, testatur Dauid, dum ait: *Locutus est fortis Israël, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei.* Idem esse, dominatorem in timore Dei appellare, ac dicere Deum timentibus dominari, testatur Lira. *Dominator in timore, quia à subsiditis suis vult timeri timore filiali.* Si iam retulerat huius domini imperio omnes homines esse subiectos: *Dominator hominum:* Cur dominari timoratis, iterum retulit? *Iustus dominator in timore Dei?* An quia Deum filiali timore colentes, à cœterorum collegio moribus separantur, nec generali numero comprehenduntur? An quia non timentes, sic à ratione, videntur degenerare, vt in brutorum debeat numero recenseri; & solū sint homines appellandi, qui Dei timore ex politi? Abulensis existimat. q. 3. Dauidem bis Dominatorem vocasse, vt doceret, Deum omnibus dominari maiestatis iure, sed specialiter timoratis attendere teneriori affectione. Abulensis verba sunt: *Quanquam Deus sit Dominator omnium, tamen specialiter illorum, qui timent eum; quia ipse specialiter attendit ad illos.* Deus se timentes speciali regit prouidentia, & solicitor protegit cura. Ergo licet Dauid erga omnes homines Dei asseruerit amplum protendi imperium: *Dominator hominum:* timoratos sciunxit, vt erga eos speciale explicuerit dominatoris studium: *Iustus dominator in timore Dei.* Cùm Laban Iacob fugientem, assumpta armatorum manu, persequeretur, eius Deus impetus retardauit, malūisque reprimere minis, quām infictis punire pœnis. *Cave ne quidquam aspere loquaris contra Iacob.* Gen. 31. v. 24. Ni Deus speciali Gen. 31. Iacobum protexisset tutela, auarus Laban gregum v. 24. denudasset copia. Quod si inquiras: Cur erga Iacob Deus speciale gesserit curam? Respondebit ipse Iacob, Isaac eius parentis filiale, religiosumque Dei timorem hoc meruisse, & hostiles impetus retardasse. *Nisi Deus pateris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses, & afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri.* Sup. 42. Isaac timor posteris affuit, dum Numinis tutelam promeruit; est namque Deus se timentium specialis protector, & felicitatum promotor. *Timor Isaac* ( inquit S. Thom. in Gen. ad cap. 31. ) id est: *Deus quem timet Isaac, vel sanctus timor, quo ipse eum colit, & timet.* Nomine enim timoris intelligitur aliquando totius cultus Dei. A timore Dei emanabat cultus, & ob timorem specialis erga Iacob

Dei resplendebat etiam affectus: nam Deus se timentes speciali tutela protegit, & ab aduersarijs prouidentia singulari defendit. Ergo dicat Dauid timoratis: *Iustus Dominator in timore Dei: tutela peculiari consulere, & eorum causas promouere.*

## T E X T V S.

VER. 4. *Sicut lux auroræ, oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra.*

## §. VII.

*Deum timens, cœlestibus ornatur anima donis, & specialibus fruitur priuilegijs.*

**D**ei timore doctus agricola animi agrum dumosis sentibus purgat, & suauissimis planterijs amœnat. Domini timori Cassiodori verba. 5. Var. 39. mirè adaptantur, & conuenire noscuntur: *Agrum suum à dumosis sentibus doctus purgat agricola, quia laus excolentis est, si agreste solum dulcissimis fructibus amœnetur.* De timore Dei venit, quod animus dulcissimis fructibus amœnetur excultus, & quod expunctis vitiorum sentibus mira virtutum varietate fulgeat decoratus. Hanc laudem ei Psaltes adscribit, dum fœcunda, germinantique telluri comparat, & Phebæ lampadi solis exæquat: *Sicut lux auroræ, oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra.* Id est: timoratus animus miro splendore resplenderet, quia exorto timore, tenebrarum caligo fugit; & sicut tellus pluuiis cœlestib[us] irrigata renidet fructuum vbertate deco[ra], sic conscientia floret virtutum prærogatiis ornata. Hunc esse horum verborum sensum tradit N. Sanctus. *Hec de iusto intelliguntur, cui Dominus Deus est, cuius vita, vt splendet animi donis, atque ornamenti, sic etiam alijs fortuna bonis, & ornamentis cumulatur.* Quia præmisserat, Deum se timentium specialem esse Dominatorem: *Iustus Dominator in timore Dei.* Subiunxit, fortunæ donis cumulandos, & fulgentissima etiam luce exposiliendos. Qui timet Deum, faciet bona, & non solùm in futura, sed in hac etiam vita cumulata recipiet præmia. Pharao amplificandi regni ambitionis, sed contrarij medijs abusus, obstetricibus imperauit, ipso in exortu potiorem sexum extinguere. Verùm piæ fœminæ à Domini timore edocet impium despicerunt mandatum, & impertiuunt fructuosæ solertiae nascentibus beneficium: *Timuerunt autem obstetrics Deum, & non fecerunt iuxta praeceptum Regis Egypti, sed conservabant mares.* Exod. 1. v. 17. Timor timorem expunxit, & laudabilis metus obstetricum fortunam adauxit. Bene ergo fecit Deus obstetricibus... & quia timuerunt obstetrics Deum, adficanit eis domos. Deus, ne quid ab impi Rege paterentur, protexit, & amplius munieribus cumulauit. Prodest Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 7. Nullas quasi mendacij tenebras adscribam lucido charitatis operi, ubi sic homicidam illum sefellerunt, vt vitam reseruarent hominum, præsertim cum Deus hoc ipsum lande, & remuneratione dignum duxerit, Scriptura continuò dicente: *Bene igitur fecit Deus obstetricibus, & quia timuerunt Deum obstetrics: adficanit illis domos, subanditur, aternas.* Vides ob Dei timorem obstetrics periculo exemptas, & donis etiam temporalibus cumulatas. Timor fœ-

mineam fragilitatem muniuit, potentiam Regis impijissimi contemnere edocuit, innocentum vitam seruare suavit, & tenebras ab animis obstetricum expunxit, vt lucentem imitarentur avaram, & amplam hoc in mundo recipieren donorum mensuram. Ergo si honestè desideras resplendere, disce Deum filiali timore colere.

## §. VIII.

*Virtutibus hoc in sæculo amplissimus debetur honor, & in futuro numquam decidiens splendor.*

**V**T culpa grauius sui ipsius inuenitur esse supplicium, ita virtus sui ipsius agnoscitur esse præmium; quid enim optabilius quam ad rationis regulam facta dirigere, & sordibus errorum carere? Verùm multa alia virtutem comitantur præmia, quæ honoris ambitiosos debuissent allucere, & fortunæ cupidostrahere. Opportune Senec. Epist. 82. *Omnis res, quod non habuit decus, virtuti addita sumit.* Ut, recedente sole, omnia turbida, & caliginosa sunt, redeunte verò, nitida, & tenebris expurgata, ita, absente virtute, omnia sunt in honora, & fœda, si verò adsit, nitentia, & honore digna. Hanc veritatem expressit Psaltes, cum de iusto, & virtutibus expolito disserens, ait: *Sicut lux auroræ, oriente sole mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra.* Aci dicat: *Iustus adinstar auroræ rutilat, & sicut pulcherrimus flos limpidissimis irrigatus laticibus germinat,* ita veræ philosophiae studiosus apud sæculum fortitudo honorem, & lucem. De eiusmodi debitibus virtuti præmijs hic agi, testatur N. Sanctius, cuius verba sunt: *Hac porrò similitudine iustorum exprimitur tam sanctitas, & puritas, quam qui sanctitati debetur honor, & splendor.* Ut nequit aurora carere luce, vt tellus supernis imbris irrigata viduari non potest germinare, ita virtus nequit honore carere, nec dignis prouentibus viduari. O quanta stultitia tenentur, qui virtutem honoris audi non sequuntur! Vitium diuitijs exuit, honoribus priuat, vires minuit, formam deformat: quas infelicitatis nubes oriens virtus depellit, & cumulatam fortunam affert. Vbi Prodigiis è domo paterna excessit, & fœtulento gregi inseruuit, vitam duxit ætumnis plenam: fames redire ad patrem consuluit, & vbi peruenit, stola, & annulo fulsit: *Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius.* Luc. 15. v. 22. Famelicum pascere, nudum vestire paterna charitas exigebat, & filij dura necessitas postulabat, annulo ornare, videbatur otiosum. Cur ergo pater annulo nobilitat dexteram paulò ante agollo sordecentem, & porcorum saginam solicitantem? Quia annulus (respondet Chrysolog.) erat honoris insignium, & nequibat, dum virtutem constabat colere, honore virtutis comite denuari. Paterna pietas (inquit serm. 3.) contenta non est, innocentiam reparare solam, nisi pristinum restituat & honorem. Adiectit serm. 5. *Posuit annulum in manu eius, annulum honoris, titulum libertatis, insigne pignus spiritus.* Manus, quæ iam virtuti didicerat inseruire, nequibat honoris titulo non fulgere; est namque honor indiuividus comes virtutis, vt splendor solidus sanctitatis. Ergo Dauid hanc de prædicans veritatem, iustum, ait, auroræ adinstar lucidissimis radijs refulgere, & vt fœcunda, cœlestique rore impinguata tellus saporatis fructibus exundare:

exundare: *Sicut lux aurora, & sicut pluuijs germinat herba de terra.*

## TEXTVS.

**V E R S . 5.** Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus, atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quidquam ex ea, quod non germinet.

## §. IX.

*Deus nostra merita impensis beneficij transgreditur, & longè favoribus euincit se probatur.*

**D**eus inexhaustus beneficentia thesaurus, veluti delato imbre arentia sæpè corda irrigare cognoscitur: & quæ olim conscientia squalebat horridis sentibus defœdata, de cœlestis rotis largitate venustis iam floribus micat, & copiosis fructibus vernat. Miratur David firmo, fidelique pacto Deum promisso regiam sedem eius posteris conseruandam, cum merita, aut exigua fuerint, aut nulla: *Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus, atque munitum.* Aci dicat: si domus, familiae que merita expendo, talia non sunt, quæ perpetuo sceptro remunerentur, & fidelis inito pacto, dignatum splendoribus augeantur; gaudet tamen diuina munificentia dilargitis præmijs merita longè euincere, & omnes in admiratione trahere. Notauit Caietanus, haberi in Hebræo: *Quia non sic domus mea cum El.* David domus erga Deum aliter se gerebat, ac Deus erga domum: nam domus sæpè detrectabat obsequia, & Deus continuò largissima effundebat beneficia. Notauit Abul. q. 3. In Hebræo habetur: *Non est sic domus mea; ubi nos dicimus: Non est tanta domus mea...* & idem est: *Non est tanta domus mea, id est non est tanti meriti.* Meritum non exigebat regium in sempiternum firmati thronum, sed meritum vicit pactum, & violandum numquam promissum. Repetere posset Cassiodorus, quod de Rom. Var. 5. *Vrbs ornata tot eximijs Senatoribus, beata tam nobilibus populis, landes debet nostrum Principum personare, quas homo nationis exteræ se miretur audiisse.* Non solùm homo nationis exteræ mirabatur cum domo David pactum initum, sed David ipse demirabatur æternandum in posteris regnum. Contrarium videoas homines morem seruare: inita violent pacta, nec præmijs exæquant merita. Expertus est David ipse, nam cum Saül hostilibus copijs impeditus, & gigantis minis deterritus militum animos propositis præmijs ad certamen acueret, & promissis maioris filiæ nuptijs ad cum gigante duellum prouocaret. *Virum, qui percererit eum, ditabit Rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet.*

**I. Reg. 17. absque tributo in Israël.** **I. Reg. 17. v. 25.** David in certamen prosiluit, & immane monstrum deiecit: verum ei nec nuptiarum promissio implera, nec præmijs competentibus audacia laudabilis munera. *Cum deberet dari Merob filia Saül David,*

**I. Reg. 18. 7.** *Data est Hadrieli Molatiæ vxor.* **I. Reg. 18. v. 19.** David reportauit triumphum, sed Hadriel tulit

præmium: nam Saül mendax in promissis, dolosus in præmijs. *Apparuit ( inquit Lira ) non solum inuidia Saül, sed etiam eius falsitas, non implenda promissum.* Ecce Saül non solum non studebat præmia laboribus digna reddere, sed captiosis benemeritum fraudibus irretire; nam, ut Deus præmiorum largitate meritum vicisse probatur, sic homo non exæquare conuincitur.

## §. X.

*Cui peccatis contigit aliquando inseruire, conetur miris virtutum fructibus exundare.*

**Q**ui cœci appetitus sequuti castra, si ad virtutum prudenter se contulerunt vexilla, gloriosis tenentur factis ingloriam notam expungere, & dedecus abolere. David nihil in se ait, quod virtuti non seruiat, & fructus honestatis producat: *Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quidquam ex ea, quod non germinet.* Aci dicat: Olim illecebrosis blanditijs proritatus deliqui: Verum iam nihil in me erit quod indesinenter virtuti non seruiat, & honestarum fructus actionum producat. Sic ad rem moraliter Hugo: *Sic nihil debet esse in domo penitentis, quod non germinet dignos fructus penitentia. Cor doleat, os confiteatur, manus operetur, oculus ploret, venter ieiunet.* De semine suo nasci meruit Christum, qui fœdum commiserat adulterium, dum nihil in se permisit mirandis virtutum fructibus non ornatum, & nouis sanctitatis germinibus non amœnum. *Oculus lectulo non dormitabat, sed largissimis lachrymarum vndis culpæ eluere maculam* studebat. Os confessum culpam, cœlestem erga se adaugebat benevolentiam, manus flagris obarmata incutiebat salubrem tergoribus plagam; & quia aliquando culparum tenebris sorduit, continuis iam virtutum fructibus micuit. *Sponsa oculos refugiebat, ardore solis decolorata, astūque percussa.* *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol.* Cant. 1. v. 5. Ambrosius hanc fuscedinem appetitus ardore existimat procreatam; nam vitia faciem decolorant, & venustatem demutant. Audi egregium doctorem in Collect. *Amisi colorem vultus mei, obtusa facta est acies oculorum meorum, quibus ante solem videbam: in tenebris ambulo, quia diem Christi negcio.* En facies fuscedine aliquando sorduit obscura: sed attende quomodo resplendeat mutata. *Quam pulchra es amica!* ( verba sunt sponsi Cant. 4. v. 1. ) *quam pulchra es!* Ut laudem certis argumentis confirmet, subiungit: *Oculi tui columbarum... capilli tui sicut greges caprarum... dentes tui sicut greges tonsarum... sicut vitta coccinea labia tua.* Et adnectit: *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Ipsa est fons, & hortus, nam sicut hortus fecundis, purissimisque laticibus irrigatus, fragrantibus vernat floribus, & saporatis exundat fructibus, sic sponsa lachrymarum imbris superflua animum virtutum floribus amœnauit, & continuis operum parturitionibus pulcherrimum reddidit. Iam hoc in horto nil inuenies senticosum, nil obscurum; imò si aliquando de sæculi puluere facies contraxit maculam, amaris iam lachrymarum vndis deterfa nitet. *Pulchra* ( inquit Honor. apud Delr. in Tropolog.) ab actuali criminis: cuius oculi sunt ratio, quia vera à falsis discernit, & intentio, qua facienda prouideret. Iam columba est Sancti spiritus receptaculum,

iam turtur multiplicat gemitum, iam ouis mortificationis patitur cultrum, & quam amiserat venustatem, reduplicat colendo virtutem.

## §. XI.

*Fundata humilitas est virtutum disciplina, & sanctitatis iuvela.*

**H**umilitas custos virtutum est. Ut plantaria, ni crystallinis irrigentur laticibus, horrido equalore fordescunt, ita virtutes, ni humilitatis cultura nutriantur, marcescere citò inueniuntur. *Humilitas* (inquit Vuerricus in Alleg. Thylm. ad Luc. 15.) non solum peccatores iustificat, sed etiam iustos consummat; ipsa siquidem est omnium virtutum maxima, cum tamen virtutem esse se nesciat, ipsa ferè omnium radix, & seminariū, fomes, & incendiū. *Ipsa cumulus, & fastigium, & custodia, & disciplina.* Ut à focunda radice promicant nitidi fructus, ita ab humilitate virtutum emanauere profectus. Vbi David suam vilitatem agnouit, à Deo eleuari promeruit: *Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum aeternum iniret tecum firmum in omnibus, atque munitum.* Propriæ vilitatis agnitione meruit Christo promisso remunerari, imò & dignere. In Hebræo habetur: *Ordinata in omnibus, & custodita.* Acsī dicat: *Cum domus mea nullius sit meriti, inviolabili pacto throno resplendebit nobilitata, & contra adsultus temporum firma.* Ita Abul. q. 3. *Potest referri ad domum David, scilicet quod Deus fecit, quod domus mea esset in omnibus ordinata, & custodita.* Humilitas omnes Davidis actiones bene direxit, & felicitatibus cumulauit. Humilitas factum repressit, ambitum effugauit, charitatem nutriuit; nec solum virtutes custodiuit illæsas, sed etiam incrementis amplificauit adauatas, vt Deus inviolabili pacto statuerit ex Davide carnem assumere, & quam humilis parvus pendebat, domum mirandis dotibus exornare. Humilitas Christum genuit, quia sine humilitate nec Deus in animo nasci, nec virtus quiuit proficere. Qui se indignum prorsus agnouit, ad patris peruenit amplexum, & virtutum induit ornatum. *Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Luc. 15. v. 21. Qui miris virtutum dotibus videbatur senior nitere, vbi humilitas defuit, paternam non meruit dominum intrare. *Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum praterius, & nunquam dedisti mihi hadum, ut cum amicis meis epularer.* Seruitute ostentabat superbus, exaggerabat obseruantiam inuidus, nullum querebatur accepisse præmium ingratus. Et licet tempore diuisionis magnam sustantiae partem acceperit, maiora sibi arbitrabatur deberi, & parentem pientissimum de avaritia cognatus est fugillare. Hieronymus ad hunc locum in Cat. ait, Pharisæi hunc filium imitatum fuisse superbiam, & superbiam omnium virtutum obscuruisse elegantiam. *Quod dixerat iactantia est.* Prodigus, qui se virtutibus erubuit nudum, citissimè humilitate prima stola eniuit ornatus, & seniore in ornatum iactantiæ reddidit nudum. Nam vbi humilitas deest, citissimè virtus arescit, vbi adeat, virtus citissimè floret; est namque virtutum fomes, sanctitatis radix, splendoris vena, perfectiois custodia. David Christum meruit habere, dum nouit se generosa humilitate deiijcere.

## §. XII.

*Qui se totum in Dei voluntatem transfundit, Deum sibi in omnibus salutarem inueniet.*

**E**gregia Demetrij de dijs querela fuit, quia iuellerant filium exceedere, quem ipse maluisit cœlesti voluntati dicare, si deorum voluntatem contigisset prænouisse. Audi Senec. de Prouid. cap. 5. *Hanc quoque animosam Demetrij fortissimi viri vocem audisse me, memini: Hoc unum, inquit, dij immortales de vobis queri possum, quod non ante michi voluntatem vestram notam fecistis.* Prior enim ad ista venissem, ad qua nunc vocatus sum. *Vultis liberos sumere? illos vobis sustuli.* *Vultis aliquam partem corporis? sumite.* Non magnam rem promitto, citò totum relinquam. *Vultis spiritum? quidni? nullam moram faciam, quominus recipiatis, quod dedistis, à volente feretis quicquid petieritis.* Profctò Demetrius vnicum, & verum Deum agnoscentes edocet, in eius voluntatem transfundi, & virtutem perfecit sequi. Adnectit Seneca: *Quid ergo est? Maluisse offerre, quam tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuisti. Sed ne nunc quidem aufereris, quia nil eripitur nisi renitenti: Nil cogor, nil patior innatus: nec seruo Deo, sed assento.* Qui Deo lubenter assentit, supra omnem fortunam constitit, imò sibi prosperam elaborauit fortunam; nam Deus deuota conformitate oblectatus, præmijs responder largissimus. Hanc etiam utilissimam philosophiam nos David edocet, dum testatur se ita diuinæ attemperatum voluntati, vt nullatenus resiliat, imò parere expromptissime gaudeat. *Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas, nec est quidquam ex ea, quod non germinet.* Acsī dicat: *Ego propria voluntate sum iam utiliter denudatus: Deus mea est voluntas, quia penitus in ipsius meum transfudi arbitrium, nec trahor, sed decretis eius lubens assentior.* Vnde nec mihi decesse potest copiosus fructus, quia vberim germinare facit confensus. Siue temporalia respicias commoda, siue æterna consideres præmia, ab hac conformitate promanare reperies. Audi N. Sanct. *Et omnis voluntas, nempe mea, ipse est, illum amo, illi adhærere studio.* Huius adhæsionis enumerans fructus, Sanctius adnectit: *Reuerà ita accidit: sic enim erat instruta domus opibus, splendore, omnibus denique rebus, qua numerantur in bonis, ut ager videri potuerit irrigatus è cœlo, & omnium florum, fructuumque varietate distinguitus.* In omnibus experiebatur David Deum sibi salutem; cum in omnibus diuinam secutus sit voluntatem, nam religiosa subiectio, & subiecta deuotio fructus producebat vberimos, & mira varietate conspicuos. *Nec est quidquam ex ea, quod non germinet.* Isaac immolandus in montem ducitur, lignis humerus prægrauatur, manus ligatura constingit, pedes vinculum etiam premit. Inter haec puer non solum à patris voluntate non resilit, sed lubens vinciendas extendit manus. Quid tunc? Copiosa benedictione exundat, & sidera fulgentissima luce exæquat. *Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in litore maris, possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum.* Gen. 22. v. 17. Dum non solum obediuit, sed Deo assensit, flammarum adspexit intrepidus, imò gaudio delibutus, supra fortunam se erexit, omnimodis in Dei voluntatem transfusus, & ob id cœlo, terraque prodit fortunatus. Audi Basil. Seleuc. Orat. 32. *Suspice in Isuaco animi aquanimitatem,* Gen. 22. v. 17.

nimitatem, qui vinctus ad cedem, obvolutante ferro, lumen erat. Isaac sequebatur, quæ pater vellet, siue per montis aspera, siue declinia: vigebatur pondere, ferebat alacritate, parenti semper subiectus, & in nullo ab eius voluntate diuitus: ergo dum vtriusque voluntates discrepant solum numero, non assensu, Isaac inimicos subigit, felicitatibus floret, Olympo nitet, dumque se totum Dei arbitrio tradit deuotus, ubique eminet fortunatus.

## T E X T V S.

V E R S . 6. & 7. Præuaricatores autem quasi spinæ euelluntur vniuersi, quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur usque ad nihilum.

## §. XIII.

*Duro, intractabilque ingenio prædicti, citè euelluntur, & sibi a/ciscere calamitatem probantur.*

**M**inaci vaticinio terruntur, qui horridum spinarum ingenium imitari probantur. Iure, quos nec Dei amor ad obsequendum inflamat, nec timor ab appetentijs insanis frænat, exquantur spinis, quæ asperitate intractabiles, fructuque carentes violento ferro præciduntur; aut ab aliorum consortio penitus remouentur. Languent ( aiebat Senec. de eiusmodi ingenij lib. de Prouid. cap. 2.) per inertiam saginata, nec labore tantum, sed mole, & ipso sui onere deficiunt. Enervata felicitate videntes permadescent, & ad instar sentium cæteros pungunt: in omnium utilitatem probantur auelli sentes, quia solum ad laedendum nati, & ad expungendum exorti: Præuaricatores quasi spinæ euelluntur vniuersi: quæ non tolluntur manibus: & si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur usque ad nihilum. Pro diueritate ingeniorum adhibenda medela est: docile, humilitate est tractandum, senticosum, & durum dure corrigendum. Cur sentes non appelles, qui aliorum famam cruentant, honorem dilacerant, profapiam obscurant, ac in se denique ferrum armant? Audi Abul. q. 3. Spine non tolluntur manibus, quia sunt pungitiae valde; ita & mali, quando sunt indurati, sicut spines, corrugantur à Deo dura punitione. Doctus agricola in euellendis laborat spinis, quia plantarijs fructifetis nocent, & accedentes horrore terrent. Ager, si spinæ succrescant, sylvestrunt, & mitibus pomis caret: in omnium utilitatem euelluntur, quæ viuere in perniciem omnium probantur. Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc: vepres enim, & spine erunt in vniuersa terra. Isa. 7. v. 24. Qui inter vepres incedit, sollicita eget cautela, ut effugerit vulnera. O quoties spinæ, dum pungunt, contra se ignem, & ferrum exacuant! Per spinas, vepresque intelligi peccatores, indubium est: ergo dum, spinarum adinstar, omnes pungunt, contra se indignationem accidunt. Cum sagittis, & arcu ingredientes illuc ( inquit Lira) propter feras, & serpentes ibi latentes inter fructa ibidem crescentia; ideo subditur: Vepres enim, & spine erunt in vniuersa terra. Inter huiusmodi horridos, intractabilésque vepres la-

tat serpentum venenum, ingenium fouetur ferum. Ergo omnes arcu, & sagittis armantur, & auellere prorsus nituntur. Sunt spinæ, quæ feris præstiterint patrocinium, sunt vepres, qui serpentum foueant venenum: ergo arcus sagitta instruitur, & iaculum contorquetur. Si nonnulli asperitatem deliniissent, si intractabiles motes temprassent, diu viuerent, & florent; ast dum omnes pungunt, dum cunctos laedunt, infortunia sibi maturant, & contra se plures armant.

## T E X T V S.

V E R S . 8. Hæc nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenuerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.

## §. XIV.

*Virtus sibi nomina aternat, vitium caliginibus retris obscurat.*

**S**i statum Reipublicæ Romanæ viri fortis dextera tueretur, si omnium fortunas, ac liberos armis, aut consilijs vindicaret, ei decernebatur statua, vt gratitudinis esset pro lingua. Hoc præmio ad similia opera cæteri inflammabantur, & hostium vires reprimebantur. Premia vincentium ( aiebat Cassiodor. 6. Var. 1. ) nomen annorum compensatio sola, cui debebantur omnia. Victores eximia fortitudine aternabant sibi nomina, & digna consequebantur meritis præmia. Hinc est, quod Scriptura fortium David nomina ad æternæ memorie laudem protulit, & famam honestis factis florescere semper ostendit: *Hac nomina fortium David.* Nec imbellies indebito fruebantur præmio, nec debito carebant fortis elogio. Notauit Abul. q. 5. *Animositas vocatur fortitudo, quæ est virtus moralis, & est valde laudabilis, ideo isti pro illa laudari debent.* Sibi nomen fecerunt strenuis factis, laudéque dignis; nec enim eximia virtus nomen potuit non aternare, nec temporis iniuriam sentire: *Hec nomina fortium.* Ni fortitudine resplenduisse, nomina iacerent obliuionis tenebris tumulata, ast, deuictis hostibus, permanerunt æterna. Vnde gloriæ cupidus debet virtutibus resplendere exornatus; nam, vt corpus umbra, sic virtutem sequitur fama. Ioannes equum album, & fessorem intuitus, nomen expressit: *Vestitus erat ueste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei.* Apoc. 19. v. 13. Non prius nomen protulit, quæ uestem inimicorum sanguine rubore v. 13. conspexit, quasi nominis gloria de operum luce radiaret, & de honestis factis niteret. Transi ad Apoc. 6. v. 4. & videbis equitem sine nomine. Exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum. Et v. 4. cur huius equitis nomen celavit, qui alterius prodidit? Quia huius opera eius obseverauerant nomen. Audi quod sequitur: *Datum est ei, ut sumeret pacem de terra, & ut inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.* Eques hic pacem turbabat, inhiabat cædibus, studebat stragibus, ergo priuari meruit nomine, qui abusus est potestate. *Qui sedebat* ( inquit Anselm. hic) *diabolus... datum est ei, permisum à Deo, ut sumeret pacem de terra, ut afferret omnem quietem.* Eques diabolicus, virtutum corruptor, litium seminator, auctor perturbationum, artifex

artifex cædium, nomen sibi abstulit, & tenebris caliginosis occuluit, at eques alter gloriofis factis nomen sibi fecit, & faustis celebrandum acclamationibus æternauit. Quam est miserum clarissimis natalibus exornatum, indignis factis sordescere, & maiorum stemmata actionum caliginibus obscurare! Econtra quam est gloriosum, virtute maiorum claritatem augere, aut posteris conciliare. Qui exambit nominis gloriam, conetur virtutum ingredi viam, nam fama est virtutis consequentia, ut appendix scelerum ignominia.

### §. X V.

*Præmium dignis diligitum cæteris vires inspirat, indignis, robur eneruat.*

**V**ituperabile est (aiebat Cassiod. 11. Var. 6.) inferiorem erigere, nisi meritis alios videatur excellere. Grandi Reipublicæ præjudicio alijs præponitur, qui virtute inferior habetur. Econtra, si cæteris industria, fide, virtute excellenter deligatur, spes aliquotum honestè acceditur. *Talia tibi* (aiebat Princeps apud datum Cassiod.) pro excellentibus meritis conceduntur, dum crederis, omnes industria, fidèque superare, quem nos constat elegisse. Qui credebatur cæteros virtutibus anterie, à Principe ad dignitatem electus est; nec cæteri electionem potuerunt audaci lingua mordere, quia electi meritum ora cogebat taciturnitate signare. Hinc est, quod sacer Textus dum fortium Davidis nomina causa honoris expressit, in diuersas classes distinxit. *Hæc sunt nomina fortium David.* Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres. Tres hos ab alijs seiuinxit, & ex ipsis sapientiorem euexit; nam si gradus, qualitatesque confunderet, nihil esset ipsa æqualitate inæqualius. Notauit Abul. q. 6. *Quare fuerunt isti viri fortissimi distincti per ordines tres, & non fuerunt omnes enernati quasi sub uno cumulo?* Dubio respondet: Respondendum quod sicut Scriptura voluit laudare omnes istos, quia omnes erant fortis, ita voluit cuique secundum meritum fortitudinis diuersam dare laudem. Omnia expressit ad laudem nomina, ea tamen distinctione, ut meritis præmia congruerent, & disparibus meritis æquales non exhiberent honores. Post miseram Absalonis stragem ad mentem redierunt coniurati, & culpam deleuerunt confessi: *Omnis populus certabat in cunctis tribubus Israël, dicens: Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum.* Supra. 19. v. 9. Iam ambiebant obsequi, qui male suasi nuper decreuerant resilire. Morosior erat Iudæ tribus, de qua David urbanam dedit querelam, & persequebantur suam reconciliauit ad gratiam: *Quare nouissimi reduxit Regem?* Iuda obediebat tardior, Israël occurrit Regi maturior. Verum ordo in honoribus inuersus est: nam David ad solemnem reductionis ad curiam celebritatem visus est præposuisse Iudam, quod adeò asperum Israëlitis fuit, ut ad Regem accesserint queruli, nec sine ratione indignati. *Quare refurati sunt fratres nostri viri Iuda?* Honorem viris Iuda exhibitum asserebant, sibi debitum, & furto querebantur ablatum. Quid tunc? Hac occasione emanauere dissidia, & Israëlitæ sequi noluerunt Davidis castra: *Separatus est omnis Israël à David.* Supra. 20. v. 2. Iam decertare pro Davide renuunt, iam animo cadunt. Si quæras huius divisionis causam, respondebunt Interpretes, ægræ tulisse in exhibi-

bendis seruitijs tardos honore sibi fuisse præpositos. Prodest N. Sanctius: *Tribus alia magnam sibi irrogatam iniuriam interpretabantur, & de hac apud Regem cum stomacho, & penè cum coniunctio querebantur.* Omnes seruendi animos Israëlitis præcidit impensis in obsequio tardioribus honor; nam ut collatus dignioribus cæteros ad imitationem inflamat, sic minus dignis (ut iactabant) impensis quietem turbauit, & lites periculosas ingessit.

### §. X VI.

*Mira laus est, sapientiæ radiare, & simul fortitudine bellica prælucere.*

**G**loriosa est sapientia, quia in homine mores excusat, linguam instruit, geminatique beneficio & animum componit, & ad externos actus lumen refundit. *Digna planè* (aiebat Cassiodor. 2. Var. 3.) *scientia, in qua mens, honestissima conquiescat, que animo semper aliquid salvare complebitur, cui accidere nulla possunt ingrata, dum sibi commendat omnia mundarum rerum: sola cui labilis fortuna non imperat.* Sapientiæ clarus stat supra fortunam excelsus, non conuoluitur varijs casibus circumactus. Verum splendidior sapientia radiat, si fortitudinem sibi consociat: est enim pulcherrimum armorum tractatorem polleat sapientiæ, & sapientissimum armorum peritiæ. Inter commendatos Dauidis fortis, cæteros anteuiuit, qui hostilibus spolijs diuitatus, & luminibus sapientiæ præcipius: *Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenerinus ligni vermiculus, qui otingentes interfecit impetu uno.* Iure optimo laude cæteros anteuiuit, qui in campo armis aduersarios prostrauit, & in cathedra sapientiæ riuos effudit: fortitudini adauxit sapientia plausum, fortitudo sapientiæ addidit etiam elogium. *Hunc Principem fortium* (scribit Rabbanus apud Glos.) *Hebreans suspicatur esse David, de quo dicitur: sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, cuius sapientia ostenditur in sapientissimo, humilitas in vermiculi exemplo, in imperfectione otingitorum fortitudo.* Fortitudo erat sapientiæ ornamentum, sapientia fortitudinis erat æncomium; est enim singulare altera manu pugnare, altera scribere. Cœlum aperitur, & candido æquo appetit secessor adeò fortis, ut inimicorum sanguine rubeat; adeò sapiens, ut ipsa sapientia fuerit. *Vestitus erat ueste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei.* Apoc. 19. v. 13. *Omnem laudem paucis verbis conclusit,* dum sapientem, & fortem retulit. Non erat sapientia imbellis, nec fortitudo erat imprudens: de consortio utraque virtus præluebat; nam sapientia ignorantiae fugat tenebras, & fortitudo vires atterit contrarias. *Rex institutus* (inquit Lira) *statim cœpit dilatare nobiliter regnum suum.* Regnum ampliavit prudenti fortitudine, prudenter fortis, & dum utrumque consociat, laudem æternat.

### §. X VII.

*Omnibus debet virtutibus exornari, qui ad dignitatum culmina probatur efferri.*

**Q**ui ad dignitatum alta conscendit, utilis prudentiæ facibus fas est prælucere, & omnium

nium virtutum dotibus expoliri. Constat *Senatum populis vivendi regulam prestiti*, iſſe (aiebat Theod. 2. Var. 24.) nam quod ornat nomen Romanum à vobis legitur institutum. Ad hoc Patres in illo principio nominati, ut quasi filiorum per vos posſit vita componi. Vos enim deuotionem prouincij, vos priuatis iusta decreuisti, & ad omnes iustitiae partes subditis parere libenter docuisti. Et ideo non decet inde signum resultationis exire, unde exemplum potuit moderationis effulgere. Principes, Proceresque, vt cæteris vivendi normam præscribunt mandato, ita confirmare debent exemplo. Dedeceat auaritia sordidari, luxuria pollui, inflata præsumptione distendit; vnde purissimo debet nitore micare, quem constat populis præsidere. Inter Dauid fortis qui cathedram possedit refertur, elogijs competentiibus commendatur: *Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*, qui oclingentes interfecit impetu uno. Sapientia vermiculi condiebatur humilitate, & humilitas resplendebat plus fortitudine. Hugo Card. Dauidem intelligit, qui manu fortis, facie conspicuus, humilitate cæteros anteiuit ornatus. Eius verba sunt: *His verbis describitur, qualis debet esse, qui eligitur in prælatum. Primò debet esse Dauid, id est manu fortis, aspectu desiderabilis, id est fortis in operibus, conspicuus in moribus.* Cùm hæc nequeant confociari, nisi contraria vitia penitus constet expungi, adnectit Hugo, debellasse leonem, vrsum, & Philisthaem, auaritiam, luxuriam, & superbiae hieroglyphica, antequam edoceret è cathedra. Nec enim, ni eiusmodi vitia radicibus euellantur, dignitatis lumine augmentur. Redeat Hugo Card. Dauid interfecit leonem, & vrsum, & Philisthaem. In leone superbia, in vro luxuria, in Philisthaeo auaritia designatur. Ista tria debet interficere quilibet, antequam promoveatur ad regimen aliorum, sicut Dauid antequam fieret Rex istos tres interfecit. Luxuria in prælato fædior, auaritia sordidior, superbia odiosior: ergo regiminis cathedram timet adire, qui eiusmodi vitia non decreuerit subiugare. Sponsus priusquam sponsam præficeret regendis gregibus, equitatui assimilauit, qui Pharaonis euerit currus. O pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hados tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea. Cant. 1.v.7. Ni prius subiectos paseret, à Pharaonis artibus non defenderet: nam si desint temporalia subsidia, delinquerent famis licentia, & ni pulchreficeret omnium virtutum elegantia, periculose obiret regiminis munia. Regendos accepit greges, quæ, curribus Pharaonis deletis, nec unum ex hostibus remanere permisit, imò extintis omnibus, integro triumpho resplenduit. Nec unus quidem superfluit ex eis. Exod. 14.v.28. Vbi sic contrarios attriuit, vt nec unus residuus fuerit, gregum adiuit curam, & assecuta est immortalem regiminis famam. Et nota superiorem prius debere se agnoscere, ne contigerit superbire; nam sunt, qui se Deos fingant, si dignitatum culmina inscendant. Audi Ambros. in collect. *Quid est se noscere, vt sciat unusquisque hominem ad imaginem, & similitudinem Dei factum, rationis capacem, qui terram suam excolare tanquam bonus agricola debeat aratro quodam, & falce sapientæ, vt vel dura vindantur, vel luxuriantia rescindantur, qui inferiorem sibi portionem animi imperio debeat gubernari?* Nequirit curandis gregibus præfici, ni prudentia aratro propriam tellutem coluisset, ni sapientia falce lu-

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

xuriantia extirpasset, ni iniuncta fortitudine Pharaonis adsultibus restitisset. Verum dum omnium virtutum nitore pulchrescit, dignè ad subiectorum vtilitatem eligitur, & ad fastigium euehitur.

### §. XVIII.

*Sapiens non inflatur aura superbia, nec circumvoluit flatibus arrogante.*

**Q**ui primis (vt aiunt) labris scientiam gustarunt, inani plausu sèpè intumuerunt. Solidi sunt qui sapientia pleni, & adnituntur æquare factis, quos egregios agnouerint disciplinis. Quo passu augetur sapientia, & decora humilitatis accrescit gratia. Audi Cassiod. 2. Var. 3. de Felici Sapientia, & meritis instructissimo: *Commendauit studiorum bona per benignitatis insignia: sciens imperitiam magis inflari aura superbia, que levibus flabris exponitur, quia virtutum radicibus non tenetur.* Qui inter fortis Dauid sic eminuit, vt luminibus sapientiæ rediaret, imitatus est vermiculum, qui ligni visceribus latitat honestè absconditus, & insidiosos effugiens plausus: *Sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus.* In vermiculo humilitas denotatur, cùm cæteris sapientior dignoscitur. Nam prudens sapientiam suam humilitate commendat, parùm doctus indigestam sapientiam ruat. Prodest Rabban. apud Glos. *Sapientia ostenditur in sapientissimo, humilitas in vermiculi exemplo.* Si minus saparet, superbiret odioſo fastu, quia sapientissimus floruit humilitatis affectu. Cùm Ioannes equitem luce fulgentissima coruscantem esset intuitus, cuius nomen cæteris ignotum est attestatus: *Oculi eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse.* Apoc. 19.v.12. Profectò si scriptum nomen geret, ab oculos habentibus legi poterat, & sciri. Quomodo ergo ipse solus nouit, si cunctorum oculis patuit? Quia bona sua (inquit Lira) sic abscondebat humilitatis studio, vt niteretur humili tegere, quod circumfusus luce nequibat abscondere. Liræ verba sunt: *Bona opera sua, quantum poterat, colabat à laude humana.* Non stiebat hominum plausum, non ambiebat repetitis acclamationibus celebrari, imò animitùs satagebat abscondi. Nam verè sapientes sibi vilescent, cùm admirationem cæteris faciunt. Ligni vermiculus lucem fugiebat, & laudem, cum in cathedra miranda cunctis scientiarum luceret eruditione.

### §. XIX.

*Inanis est sapientia fructibus viduata, nec proficere alijs attenta.*

**I**nueniuntur plures sapientiæ luminibus exornati, sed lucere solùm contenti: euanidum quærunt plausum, aliorum non attendunt profectum. Horum profectò sapientia vt probatur fructibus vacua, sic laude inuenitur indigna. De quodam sapientia claro aiebat Cassiodor. 2. Var. 3. *Fuit quidam nostrorum temporum Cato, qui abstinentia vitijs, alios formaret exemplis.* Qui litterarum studijs dicatus doctissimis disciplinis ætatem excolit, qui ad virtutem cæteros trahit, veræ sapientiæ luminibus fulget; qui verò euanidam sitit gloriam, inutilem possedit sapientiam. Inter Dauidis fortis celebratur sapientissimus, qui inscendens cathedram,

Psal. 33.  
v. 12.

dram, edocebat; non elegantibus fabulis oblectabat. Sedens in cathedra sapientissimus Princeps interres. E cathedra aiebat: *Venite filij, audite me; timorem Domini docebo vos.* Psal. 33. v. 12. Hic conabatur proficere, non lucere. Notauit Hugo: *Sapientie prælatorum tres sunt gradus. In primo est sapiens, in secundo sapientior, in tertio sapientissimus.* Primus gradus est, ut sciat peccatores ad se attrahere. Secundus, ut sciat attractos in via salutis dirigeret: tertius, ut sciat attractos, & directos ad melius promonere. Fructus copia sapientiae probatur esse mensura; nam de plausu sibi blandiri, sapientiae lumina est obscurare. Inter tres, qui cathedra eminuit, vocatur sapientissimus, quia non tam quarebat volatica gloria fulgere, quam ad virtutem alios alicere; nec solum culparum tenebras sapientiae, & sanctitatis tenebras luminibus depellebat, sed ad virtutum summa promouere ceteros studiosa auditate curabat: *Sapientissimus inter tres.* De quodam, qui ructabat sapientiam, aiebat Ezechiel cap. 28. v. 2. *Eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris.* Dum sibi de sapientia plaustrit, dum in cathedra sedit, ut tumeret superbus, non ut ceteros erudiret proficius, sapientiam dicitur perdidisse, & inuidiam sibi conciliasse: *Eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.* v. 17. Cherub iste sapientiae luminibus excedebat, sed superbia etiam tumida superabat. Ergo hic solum habuit sapientiam, ut conciliaret inuidiam. *Cherub interpretatur* (inquit Hier. apud Glos.) *multitudo scientie.* Adnebit Lira: *Eleuatus fuit in superbiam, qua obnubilat intellectum, & sic destruit sapientiam.* Sapientia niteret fructu, sed amissa dicitur fastu; est enim sapientia, si honestis fructibus videtur, non solum inanis, sed confusibilis, dum quæ promouere debuit virtutem, solum volaticam innutriuit vanitatem.

### §. XX.

*Prælatus iusto zelo debet in ardescere, nec Magnum ab æquitate terroribus deuiare.*

**S**icut qui dignitatem accepit, æquitatis esse tutorem, sub eo non deceat, mores probabiles non habere; nam si dissimularit errores, Procerum minis, aut potestate deterritus, aut blandiente gratia corruptus, se dignitate ostendit indignum, & æquitatis prodidit aduersarium. *Sto innocentie templum, temperantie sacrarium.* (monebat Theodericus ad dignitatem elatum 1. Var. 12.) *ara iusticie.* Innocentia veluti in sæculo rea, eget profugio, quia potentis ferè semper aut dolosis thecnis opprimitur, aut calumnijs factissimis diuexatur. Quod si dum ad iustitiae recurrit aram, æquitatis inuenit corruptelam, carebit debito patrocinio, & ipso in litore opprimebit naufragio. Qui inter Dauidis fortis princeps dicitur, vermiculo tenerimo comparatur: *Sedens in cathedra sapientissimus inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus.* Vermiculus arboris altitudine non terretur, duritie non frangitur, sed morosa lentitudine, & leni ore paulatim terebrat, & silentiose corrodit: huius ergo vermiculi imitari tenetur ingenium, qui dignitatis occupauit fastigium: sine strepitu corrigit, sine ostentatione proficiat, non impetu, sed sensim empliat. *Ligni dicitur* (scribit Hugo) *quia ver-*

*miculos licet partus, tamen lignum fortissimum tererat, in quo zelus iustitiae, & odium peccatorum designatur, que debet habere Prælatus.* Qui in Procerum gratiam ab æquitate degenerat, qui iustitiam timidus violat, qui innocentiam opprimi tolerat, Prælati est larua, dignitatis iniuria, politices corruptela. Dauid se regno dignum factis ostendit, dum ferocienti leoni, ut innocentem agnum defendebat, obuiauit. *Veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebat eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me.* 1. Reg. 17. v. 34. Si alius esset, mallet perire innocentiam, quam leonis experiri truculentam sauitiam: verum qui parabatur regimini, obuiauit leoni. *Intellexit Saül cum videret audientem puorum, aliquid in eo divinitatis esse.* Non humanus, sed cœlestis est iudicatus, quem ab execundo ritè munere nec sua derruit leonis truculentia, nec insolens ursi audacia. Non ignorabat Dauid periculosem se subitum bellum, si defenderet innocentum agnum. *Illi insurgebant aduersum me;* sed interritus despiciebat periculum, ut ritè muneric suscepit perficeret ministerium; ergo meruit à Deo in Principem deligi, & magna Reipublicæ utilitate regnare.

### TEXTVS.

**V**ER. 9. & 10. Post bunc Eleazar filius patrui eius A hohites inter tres fortis, qui erant cum Dauid, quando exprobauerunt Philisthijm, & congregati sunt illuc in prælium. Cumque ascendiissent viri Israël, ipse stetit, & percussit Philisthæos, donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam in die illa, & populus, qui fugerat, reuersus est ad cæforum spolia detrahenda.

### §. XXI.

*Plures laboris expertes, utilitatis anhelant esse participes.*

**P**lures, periculo imminenti, diffugerunt, & solum inter aduersariorum spicula desertarunt; si vero triumphum de aduersarijs tulerit socius, inuolabit, qui se substraxerat territus, spoliorum sitibundus. Alieno sudore plures demetere cupiunt segetem, & sine laboris impensa honorem. Hædera firmo parieti adhæret, & textili sylua bladit, dum spibus ulterius progrediendi incitatur; at si periculum immineat, aliorum ramos infletit, & discrimini se subducit. Eleganter Tertul. de Anima cap. 19. *Video & hæderas, quantum velis premas, statim ad superna conari, & nullo præente, suspendi, quod malint parieribus inuehi textili sylua, quam humi teri voluntaria iniuria.* Contra, quibus de edificio male est, ut crescendo recedunt, ut refugium censeas, ramos aliorum destinatos, & animationem arboris de dinorio parietis intelligas. Ramos aliorum destinat hædera, quia ædificium floribus non vestiebat, ut exornaret, sed ut succresceret; quodsi spibus careat, & periculum de parietis confortio timeat, diuortium facit, & aliorum ramos extendit. Cum Eleazaro conuenerunt plures contra Philisthæos, insolenti eorum despectu provocati,

prouocati, & contumelijs perculsi. Verum, cum, feruente Marte, eos vngeret periculum, indecorè verterunt dorsum, Eleazar maluit gloriòse succubere, quām infamis fugæ præsidium quererere; ipsa necessitate compulsus, & laudabili fortitudine eretus tulit triumphum: & iam, qui solum reliquerat socium, inuolauit ad spolium. *Fecit Dominus salutem magnam in die illa, & populus, qui fugerat, reuersus est ad casorum spolia retrahendum.* En populus fugit periculum, ambiuit spoliū, spe utilitatis Eleazar astitit, cum discrimen imminebat, aufugit. Hebraicè habetur: *Populus reuertendo post eum: anū ad spoliandum; id est non ad prælium, sed ad spoliū.* Notauit acutè Caiet 9. Ex eo quod dicit: *Tantum ad spoliandum, significat, quod non ad præliandum, sed duntaxat ad prædam reuersus est,* sequendo Eleazarum. Socios habuit Eleazarus dum inuitabant spolia, non habuit dum præstrepebant inimicorum arma, dubiaque prælia. Cum ab Scriptura relata mysterijs grauidentur arcanis, & utilibus ad mores excolendos deseruerint disciplinis, iuuat expendere Sansonem sine comite leonis tulisse impetum, & non sine comite comedisse repertum fauum. *Apparuit catulus leonis senus, & rugiens, & occurrit ei.* Iud. 14. v. 5. Ei occurrit à ceteris sciuncto, & semitam priuatam ingresso. Fortè si communi, publicaque via graderetur, periculum non incureret, ast peculiari, nec communi itinere gradiens, in leonem incidit; & nisi Dei speciale adfuisset auxilium, non assequeretur trophæum. Postea deuicti in leonis ore mellis fauus inuentus est, quem patri, matrique diuisit: *Veniens ad patrem suum, & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comedebant.* Ad comedendum fauum adhæserunt cognati, ad certamen cum leone nullas tulerunt suppetias amici, vt his symbolis nos Sacra edoceret Scriptura, plures excusare laborem, & mercedis ambire partem; alieno sudore demetere volunt dulcedinem, sed recusauere certaminis anxietatem. *Solus diuerterat illuc,* inquit Hugo Card. Cum leone decertatur illuc diuerterat solus, sed fauum inuentum comedit associatus, vt videoas, quām sit verum, plures laboris expertes, ambire præriorum esse participes.

### §. XXII.

*Salus honeste despœcta viget, indecorè quæsita marcat.*

**F**requens casuum experientia ad cautiora defet prodesse iudicia. Qui mauult inglorie prouidere saluti, amittere solet vitam, & famam; qui verò maluit honestis periculis pectus obijcere, quām fugam confusibilem carpere, generoso vitæ despœctu, & saluti consuluit, & decantandam de hostibus victoriam accepit. *Natura humana* (aiebat Cassiodor. 1. Var. 39.) *scit duris laboribus instruitur, ita per oria torpentina fatuatur.* Duris laboribus vita humana instruitur, & sappè unde videbatur imminere vrgentissimum detrimentum, profluxit certissimum commodum. *Horatius cocles* (scribit Seneca Epist. 120.) *solus impleuit pontis angustias, adimique à tergo sibi redditum dummodo iter hosti auferretur, iussu, & tandem restitit prementibus, donec revulsa ingenti rhina, tigna sonuerunt, postquam respexit, & extra periculum esse patriam periculo suo sensit: Veniat, si quis vult, inquit, sic euntem sequi, deditque se in præceps, & non minus sollicitus in illo rapido alueo fluminis, ut armatus,*

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

quām vt saluus exiret, retento armorum viætricium decorè, tam tutus rediit, quām si ponte venisset. *Hec, & huismodi facta imaginem nobis ostendere virtutis.* Ut Horatij factum imaginem ostendit virtutis, sic factum Eleazaris exemplum præstis probitatis. Philistinorum opprobrijs prouocatus, Israëlitarum in campum prodicerat exercitus: ibi aut hostium copia, aut minis audacibus exanimatus, in honestæ fugæ arripuit consilium; Eleazar verò socijs destitutus maluit honestam mortem pugnando oppetere, quām fugiendo vitam ignobilem conseruare: ergo Deo fisis, & causa merito armatus in aduersarios irruit, & mira fortitudine profligauit. *Cum ascendissent viri Israël, ipse stetit & percussit Philisthaos, donec deficeret manus eius,* & obrigesceret cum gladio; fecitque Dominus salutem magnam in die illa, & populus, qui fugerat, reuersus est ad casorum spolia detrahenda. Aggressus non est tantum opus temeraria desperatione instigatus, sed cœlesti auxilio consilus, & dum elegit pro virtute gloriosam mortem, sibi, & populo optabilem acquisiuit salutem. Notauit Abul. q. 11. *Ipse iuit ad bellum contra Philistinos cum reliquo populo Israëlitarum, & forte si fuisset solus, non iuisset illuc.* Deinde ceteri fugerunt ante ipsum de bello, unde ipse non poterat iam fugere, quin hostes persequerentur eum, & occiderent: ideò valde melius fuit, quod expectaret hostes, & pugnaret, quām quod fugeret. Etsi Eleazar vir esset fortissimus, & bellorum satis doctus, non se periculo ingessit; verum à suis derelictus, & honesta causa protectus prodegit vitam, mirabilèmque reportauit victoriam. Quod si ad spiritualia certamina transferas, inuenies sappè dæmones virtutis signa secutos minis territare, temptationibus adurgere, & ab statione deiçere procurare; plures terga vertunt, & desertis virtutis castris, ad fallacias deliciosas configiunt, sed dum recusant honestum prælium, immaturum subeunt excidium. Strenuus Dei miles mavult salutis pati detrimenta, quām deponere ignobiliter arna, & honestæ constantiæ subsidio armatus, aëreas potestates fugat, triumphis immortalibus redimitus. Dum mavult Eleazar pro virtute pugnare, quām rebus corporis prouidere, & virtutem asséruit, & saluti etiam prouidit: aduersarius incommodorum peticularumque ostentatione terribat, elegit tamen Eleazar vitam contemnere, quām aduersarijs seruire: laudabili vitæ despœctu est tutatus vitam, & reportauit victoriam. Cū Philistini exercitum coëgissent, Israëlitæ timore perculsi, agnoscentesque illius expeditionis finem esse Sansonem capere, vt recusarent prælia, promiserunt illigatum afferre; latitabat ille tunc quietus, & ab hominum consortio semotus; sui verò præ hostibus oppugnabant, & ligatum tradere disciebant. Sanson, accepta vitæ tessera, vinculis manus iniecit. Iam hostes sibi plaudebant, & Sansonem opprimere festinabant. Ille verò vitam non ignauit tradere, sed honestè certando decreuit vendere. Ergo vincula, quibus impediabatur, disrupti, & vili, obviisque instrumento armatus, ea est depræliatus dexteritate, vt mille viros prostrarit, & in fugam ceteros verterit: *Interfecit in ea mille viros.* Iudic. 15. v. 15. Non exoculata audacia sibi quæsivit periculum, sed necessitate compulsus deuenit in campum: & licet fractis iam vinculis, quiret fugere, maluit gloriosam mortem, quām vitam turpem: ergo, dum honesto vitæ despœctu intrepidus init pugnam, miram reportauit victoriam. Inimicorum multitudo constanti fortitudi-

Iud. 15.  
v. 15.

ni cessit, & plurimis stragem passis, pars resi-  
dua celeri veltigio aufugit. *Si fugisset* (inquit Abu-  
lens. data. q. 11.) *pugnauissent contra eum Philisthi-  
ni, & occidissent*. Expendit Sanson fugam, et si vi-  
deretur vita consulere, studia aduersariorum iu-  
uare, nec esse salutis tutelam, sed maioris fore dis-  
criminis causam; ergo certamen viriliter aggres-  
sus est, sperans quod licet afferret vitæ dispen-  
dium, non afferret finem inglorium. O si Sanso-  
nis plures sequerentur exemplum! profectò infeli-  
cem vitassent casum; ast dum nolunt vincula rum-  
pere, dum detrectant cupiditatibus bellum infer-  
re, dum eligunt inconsulti vitæ consulere, amitte-  
re citius solent salutem, & pati molestissimam  
ægritudinis anxietatem. Eleazar, quo videbatur  
certamine vitam amisurus, seruauit, & fuga inde-  
cora perderet. Ut hinc hominum in spirituali cer-  
tamine agnoueris fatuitatem: à virtutis castris  
aufugiunt, & vitiorum signa sequuntur, vt saluti,  
vitæque consulant; sed dum saluti inquis artibus  
cupiunt prouidere, eisdem inueniuntur amittere.  
Iustorum est imitanda prudentia, qui dum ma-  
lunt, quam à virtute deficere, vitam perdere, ipso  
honorablem respectu vitam suffulciunt, & gloriam  
etiam intenuent.

## §. XXXI.

*Vir fortis, deficiente etiam corpore, integro ani-  
mo constat, & contra fortunam pugnat.*

**C**Vm alijs, nobis esse negotium censemus, ma-  
xiuum negotium nobiscum est: melius ho-  
nesta probamus, quam sequimur: erga corporis  
tutelam plus, quam oporteret, curarum impendi-  
mus, & quia corporis studium floret, virtutis mar-  
cat. *Cum proposuisti tibi* (aiebat Senec. Epist. 21.)  
*illam securitatem, ad quam transiurus es, retinet te  
huius vita, à qua recessurus es, fulgor, tanquam in sor-  
dida, & obscura casurum.* Non ignoramus virtutis  
pulchritudinem, sed occurrit nobis, si eam am-  
pleteamur, corporis incommode, virtum detri-  
mentum, continuum cum appetitu dissidium; &  
insanus hic amor, & utilis timor nos detinet, &  
ne nos virtuti tradamus, apparenti rhetorica per-  
suadet. Vir fortis, strenuusque inter corporis an-  
gustias virtuti locum facit, & stat mente erectus,  
quantumvis vrgeatur ærumnis corporis diuexa-  
tus. Inter primos Dauidis fortis Eleazar relatus  
est, & iure quidem; nam cum pro Dei populo  
prælium ageret, laboraque manus fatisceret, &  
rigeret, non attendit corpori, sed virtuti: *Ipse stetit  
& percussit Philistheos, donec deficeret manus eius, &  
obrigesceret cum gladio: fecitque Dominus salutem  
magnam in die illa.* Si attenderet manus lassitudi-  
ni, ab hoste persequendo desisteret, nec constan-  
ti perseverantia adurget, essetque commoditatis  
studium, grande triumphoru impedimentum. Ve-  
rum dum obrigescente etiam dextera, animo per-  
seuerat firmus, probatur triumphis decantatissi-  
mis coronatus. Notauit Caïtanus: *Agglutinata  
est manus eius, concurrentibus multitudine cruoris, &  
lassitudine manus tanquam semiuinæ.* Manus deficie-  
bat, sed vires animus conseruabat: non attende-  
bat Eleazar dexteram obrigescere semimortuam,  
vt arma deponeret, sed cogebat manum laborare,  
quousque aduersarium penitus vinceret: deficien-  
tibus etiam corporis viribus, constabat animo,  
nec ab incœpto cessabat prælio, vt qui pluris fa-  
ceret, quam corporis salutem, virtutis honestatem.

Non suadeo, specie virtutis corpus imprudenter  
affligeré, & diuexare; nam cum sit necessarium  
ad virtutem instrumentum, non est prorsùs viri-  
bus denudandum, suadeo tamen nimiam hac in  
parte prudentiam non habere, nam sàpè obrepit  
nobis ignavia colore prudentia induita. Eleazar  
suis factis plurimum molliciem fugillat, dum semi-  
uiua manu decertat, cum plures, si ex ieunijs, vi-  
gilijs, corporisque castigatione leue virium, aut  
bonæ habitudinis suspicentur detrimentum pro-  
manare, statim ab incœptis cogitant resilire: hos  
fortes non dixeris, sed inertes, nam pluris faciunt  
ad corporis commodum spectantia, quam salu-  
tem animæ promouentia. Magna salus facta est,  
dum Eleazar semiuiua etiam manu, fatiscente  
etiam dextera, non destitit, sed hostes, contempto  
corpore, attruit. Cum sponsa indulgere somno  
decreuisset, & vt facilius conciliaret, pedes lauaf-  
set sponsus, pulsatis foribus, aperiri sibi deposce-  
bat: verù illa, quæ iam stragulis intepuerat, &  
intemperiem temporis formidabat, inerti otio ma-  
luit consulere, quam vocanti respondere: *Expolia-  
ui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes  
meos, quomodo inquinabo illos?* Cant. 5. v. 3. Friuolas Cant. 5.  
excusationes prætendit, quibus vocantem exaspe-  
v. 3.  
rauit: excuso iam somno, surgit, & in circuitores  
incidit, à quibus plagas accepit: *Percusserunt me, &  
vulnerauerunt me, & tulerunt pallium meum mibi cu-  
stodes murorum.* Tot afflictata ærumnis, ab sponsi  
inquisitione non destitit, sed quoisque inuenierit,  
prosequi tenacissimè statuit. Hinc oritur quæstio:  
Cur modò medendis plagiis non studeat, quæ nu-  
per intemperiem temporis recusabat? Cur modò  
denudata pallio, nudaque via insistat, quæ discale-  
ccata gressus aliquos ponere extimescebat? Sed  
solutio facilis est, dicente ipsa: *Ego dormio: non  
erat restituta rationi, quæ attendebat, ne pes in-  
frigidaretur, ne corpus stragulorum commodis  
priuaretur: excuso somno agnouit plagarum  
etiam detimento sponsum inquirendum: senten-  
tiam de rebus contrariam tulit, & censuit etiam  
per vulnera, per nuditatem, per opprobria ad  
sponsum tendendum, & properandum: iam non  
attendit corpori, sed virtuti, mavultque vitam ho-  
nestè amittere, quam ab inquisitione cessare. Va-  
pulat illa* (inquit N. Delr. in Litt.) *sed non deter-  
retur: frigida hec adfusa, oleum flamma fuit: magis  
inardescit.* Si olim delicata studioſa solitudine  
corporis tuebatur salutem, iam fortis effecta sic  
despiciebat corpus, vt eius incommidis magis  
gaudeat, si sic sponsum inueniat. Iam fortis, defi-  
ciente etiam corpore, animo constat, & ad virtu-  
tem cursum perficere anhelat.

## TEXTVS.

**V E R S . 11. & 12.** Et post hunc Samma fi-  
lius Agæ de Arari: & congregati sunt  
Philistijm in statione: erat quippè ibi  
ager lentè plenus. Cúmque fugisset po-  
pulus à facie Philistijm, stetit ille in  
medio agri, & tuitus est eum, percussit  
que Philistæos, & fecit Dominus salu-  
tem magnam.

## §. XXIV.

*Fortitudo non minus lucet in minutis rebus asseruandis, quam in magnis aggrediendis.*

**H**umani generis hostis plus acceditur, dum extinguitur: non deficit malitia sua, tentat exigua, ut peruerterit ad maiora, si possit oculos leui oblectatione ferire, aut cor aliquali cupidine inflammare: si haec leuia spolia à viro probotulerit, non solum solatur, sed grandiori fiducia potiora aggreditur. Vnde vir probus nec reculam despicit, nec aduersario permittit, ut qui nouerit, non minus lucere virtutem in exiguis obseruandis, quam in maioribus aggrediendis; imò opus esse non permettere hosti exigua, cupienti illæsa asseruare maiora. Philistini antea tentarant prælium, sed à primo fortium Daudis attriti sunt: victi non abstinuerunt, sed obstinato animo, instructoque delectu bellum instaurarunt, iterum ingemuerunt retusi, & spebus fraudati: Tandem cum assequi nequivissent magna, tentarunt exigua, scilicet agrum lente fœcundum exurere, & illato damno Israëlitis nocere. Verum Samma aduersariorum restitit votis, & tuitus est agrum, ne vel exiguis sordeceret detrimentis. *Stetit ille in medio agri, & tuitus est eum, percusisque Philisthaos.* Ipsa fructuum tuitio erat Philisthais enor-missima læsio, dissecabantur namque impurati spiritus, videntes Israëlitas fructibus exundare, nec illis quid posse auferre, aut impediri permit-ti. Et licet lens res esset satis exigua, non erat exiguum virote integro illam conservare, & hostium desideria reprimere. Non minus lucet perfectio-nis laus in minutis asseruandis, ac in maioribus custodiendis. En commendatur Samma fortitudo, quia lentem ab hoste non permisit exuri, aut per-di; nam licet exigua recula esset lens, retundere aduersarium, non erat victoria exigua, sed eximia fortitudine parta. Samma inter fortes debuit re-censeri, dum nec lentem hostibus permisit furari. *Cum nec haberent Palestini ( inquit N. Sanct. ) in quos antiquum, & penè naturale odium euomerent,* in ilorum agrum lantis, & hordei plenum conuerterunt impetum, sive incendendo aridam materiam, sive virentem adhuc conculcando. Suo furore blandirentur Palestini, si vel lentem ab Israëlita eri-perent, & auferrent. Verum Samma nec in exiguis tulit succedere inimicorum votum; quod eximiæ fortitudinis fuit indicium. Plures dissidia inter rationem, appetitumque sic aggrediuntur lites componere, ut magna appetitui non conces-serint, rationem veriti, exigua tamen permiserint, eius importunitati blanditi: hi tamen fortes non sunt, & dum putant concessis reculis bellum sopire, inueniuntur magis incendere. Nam quid-quid adieceris, non est cupiditatis finis, sed gra-dus: & vnde petebatur quietis subsidium, inquietudinis procedit augmentum. Licet Saül Daudis egregia experiretur facinora, opera spectaret miranda, à rabida persecuzione non destitit, nec sibi Daudem regnaturum omnimodis persuasit; vbi verò eius in manu oram regiae clamydis est intui-tus, Regem iam futurum & nouit, & prænuntia-uit: *Nunc quia scio, quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël, iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me.* *1. Reg. 24. v. 21.* Viderat contra impuratum cantu spiritum præualentem, viderat giganteam, superbamque

molem vnicō iactu prostrantem; & licet non va-nis futurum Regem coniceret suspicionebus, non tamen certe, ut modò purpura se spoliandum prædixerat, nec ad speciem prænouerat. Quod si inquiras: Cur aduersarium detriumphaturum iam doleat? Respondebit Lira, in Daudis manu vi-disse purpuræ frustulum imminentis cladis indi-cium: regiae clamydis splendor imminutus est, pars eius ab aduersario præcisa est: ergo non inani timore credidit Saül maiora hostem aggrediu-rum, & præcisam oram infelicem sibi præsagium. *Dicunt aliqui Hebrai, quod hoc scivit per signum sibi datum à Samuele, quia ille regnaret post eum, qui scinderet vestem eius.* Priùs oram scidit, poste aquæ scyphum abstulit, regni insignium lanceam etiam eripuit: ergo et si paalatim, iam fortitudo minuebatur Saülis, & iam crescebat robur Dauidis; de ora peruentum est ad scyphum, de scypho ad sceptrum. *Tulit igitur David hastam, & scyphum aqua qui erat ad caput Saül, & abierunt.* *1. Reg. 21. v. 12.*

## TEXTVS.

**V**ER. 13. Necnon & antea descendente-rant tres, qui erant principes inter tri-ginta, & venerant tempore messis ad Daud in speluncam Odollam, castra autem Philisthinorum erant posita in Valle gigantum.

## §. XXV.

*Opus est in secessu armis spiritualibus commu-niri, ut in aperto possis cum hoste ma-nus conserere.*

**P**ericulosè miles armorum indoctus procede-re probatur in campum, & stulta ambitione præsumit triumphum. Qui in secessu membra exer-cuit, qui militia præcepta didicit, qui robur col-legit, & sibi vires ædificauit, in arenam descen-dat, palmamque exambiat. Nemo miles ad bellum cum delicijs venit, nec de cubiculo procedit ad aciem, sed priùs papilionibus substrictis degit, ibique omni duricie, & imbonitate induratus in campum prodit bellandi doctus. Qui nec fossam moliendo, nec testitudinem densitando, nec campum excurrendo, robur ædificauit, sed transiuit de inertia ad loricā, de delicijs ad clamorem, de otio ad cerramen; urgente periculo stupet obturbatus, ut armorum inexpertus. *Qui spiritu vos unxit* ( aiebat Tertul. ad Martyr. cap. 3.) & ad hoc sciamma produxit, voluit vos ante diem agonis, ad durior-rem trahctionem à liberiore conditione seponere, ut vires corroborarentur in vobis. Vires contra animæ hostes in secessu ædificantur, dolosæ thecnæ medita-tionis luce eluduntur, doli fucata speciosi-tate obliti denudantur. Vnde qui in secessu non priùs se armorum exercitatione adaptauit, in arenam periculosa audacia profiluit: econtra, qui à seculi rebus segregatus etiam in pace certare didicit, & se armis necessarijs instruxit, anda-

cius procedit in campum , & felicius assequitur sāpē triumphum. Retulerat Scriptura vnum è Dauid fortibus oītingentos continuato impe- tu interfecisse , alterum , fatiscente etiam ob la- borem manu , aduersarios trucidasse , alium ad- uersariorum acies deterruisse , vtque nosceremus vnde illis fortitudo tanta proinanarit , diū eum Dauid Christi fuguram gerente , in speluncam Odollam latitasse afferuit. Necnon & ante descen- derant tres , qui erant principes inter triginta , & ve- nerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odol- lam. Descenderant ad spelæum tanquam ad humi- litatis scholam , ad patientia disciplinam , ad edo- mandi passiones cathedram: ergo in spelunca cum Dauide agentes eximium adeo robur collegerunt , vt cum hostibus palam congressi retulerint de- cantandam palmam , & sœculis demirandam vi- ctoriam. Quidam illos tres esse putant , quorum pro- ximè nomen audinimus , aiebat N. Sanctius. Con- sonat Lira : De tribus primis simpliciter videtur intelligi. Quorum triumphalia nomina nuper fuerant relata , hi cum Dauide in spelunca latuerant , sœculum fugientes , & ad agonem se cum hostibus comparantes. In spirituali certamine hosti præda est armis nudatus , disciplinis nullis instructus , bellique indoctus. Eximia hi tres fortitudine præ- fulgebant , & nihilominus ante congressum Da- uidis subierunt discipulatum , substricta spelunca deguerunt ieunijs aridi , & ad vigilias militares semper attenti. Ezechiel. cap. 37. v. 4. ossa intuetur arida ab hominum conspectu semota , & Domini verba auscultantia. Ossa arida , audite verbum Do-

Ezech. 37. v. 4. min. Dum plus carne exsucce , plus ad audiendum Dominum apta: Dei verbo compaginata , & iam de sepulchris educata instruuntur armis , aptantur bellis. Steterunt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Omnia hæc arcana , & nobis utlissima documenta. Prūs sepulchro absconduntur , ornati nudantur , Dei audire verba edocentur , & post hæc egregiè tractant arma , & aduersarijs in- gerunt bella : Exercitus grandis. Contra spiritua- les nequitias legitimè certaturus , fugiat hominum conspectum , quidquid terrenum exuat , spiritum coelestem induat , nam sic assequetur triumphum & opprimet feliciter aduersarium. Mirum(aiebat Interl.) quod ad ossa arida loquitur. Ossa arida audiunt , obesis forte carnibus exuberantia surdes- cerent , & occludere aures affectarent. In secessu , in sepulchro disponitur exercitus , vt veluti ex mortuis viuentes , & scitè arma spiritualia tra- stantes prosluerint in publicum , & felicius pro- triuerint aduersarium.

### TEXTVS.

VERS. 14. & 15. Et Dauid erat in præsi- dio: porrò statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem. Desiderauit ergo Dauid , & ait : O quis mihi daret potum aquæ de cisterna , quæ est in Bethlehem iux- ta portam !

### §. XXVI.

*Superflua Principum desideria periculosa sub- iectorum tentamina.*

**I**n aulis , curijsque à pluribus ignorantur iura , sed inuestigantur studiosissimè Principum desi-

deria. Quisque gestit blandiri , quisque cupit be- neuolentiam , desiderijs obtemporando , mereri. Hinc sit , vt superflua vota grauissima suadeant subditis adire pericula. Tanti ( aiebat Athalar. 9. Var. 24. ) non est examinanda , sed veneranda sen- tentia est. Quid Princeps cupiat , quidve decernat , à plurimis non discutitur , sed cæcissima adulata- tione adimpletur. Vbi Dauidem Bethlehemiticam aquam expetiuisse inter milites vulgatum est , tres cæcā audaciā , & Principis votis adulandi au- dacii concupiscentiā se in manifesta pericula con- iecerunt , & frigidam illi asportarunt. Desiderauit ergo Dauid , & ait : O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna , quæ est in Bethlehem iuxta portam ! Quid tunc ? Irruperunt ergo tres fortes castra Philis- thinorum , & hauserunt aquam. Principis deside- riū his tribus pro stimulo fuit , vtque inirent gratiam , non attenderunt conscientiam ; nam , vt placet Abulensi , ea audacia non caruit culpā. Audi Iterlinearem : Desiderauit , vt suos tentaret. Consonat Lira : Volebat audaciam suorum experiri. Sed melius Caiet. Apparet quod non eo animo di- xerat , cupere se aquam illam , vt irent aliqui pro illa , sed ad manifestandum ( vt accidere solet ) appetitum suum inter calores tempore messis : sed illi inuenes cu- pientes satisfacere appetitui Regis iuerunt ex seipsis. Non deerat in præsidio aqua , qua ardenter solari- tur sitim , sed quam tunc non habebat , veluti dulciorem desiderauit : & milites , vt blandiren- tur inutili ad speciem desiderio , grauissimo se ex- posuerunt periculo , mallentes Principi compla- ceare , quām prudentiæ iura seruare. Iezabel deliro furore succensa occidendi Eliam desiderium ma- nifestat : *Hec mihi faciant dīj , & hac addant , nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis.* 3. Reg. 19. v. 2. Elias timore per- cellitur , & salubrem arripere fugam admittitur. v. 2. Timuit ergo Elias , & surgens abiit , quocumque eum fe- rebat voluntas. Bene eit , qnōd Elias fœminam timeat , sed congruum optato fīlii esse non vide- tur , quod Iezabel nec militem armari , nec quid- quam præter desiderij manifestationem effecerit. Cogat contra Prophetam delectum , militarem obarmet manum ; quid enim proderit desiderium proferre , & à medijs opportunis cessare ? O vt- lem nobis eruditionem ! Cum Regina esset , satis esse censuit impijssimum prodere desiderium , ar- bitrata non defuturos adulatores , qui Prophetam perquirerent , & adulari insanis appetitibus stu- derent. Huic thesi adaptō , quod aiebat Ambros. epist. 33. Asperiores tentationes has esse cognouimus. Vehemens erat tentatio , vt contra ius , fāsque , subiectus inhiaret perficere Prophetæ homicidium , Reginæ agnouisse desiderium : ergo iure Elias timuit , & sagaciter Regina , euulgato desi- derio , ab alijs medijs cessauit. Nam Principum desideria , subiectis inueniuntur esse tentamina.

### TEXTVS.

VERS. 16. & 17. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum , & hause- runt aquam de cisterna Bethlehem , quæ erat iuxta portam , & attulerunt ad Da- uid : at ille noluit bibere , sed libauit eam Domino , dicens : Proprius sit mi- hi Dominus , ne faciam hoc : num san- guinem hominum istorum , qui profe- cti

Et sunt, & animarum periculum bibam?  
Noluit ergo bibere: haec fecerunt tres  
robustissimi.

## §. XXVII.

*Contemnunt sèpè Principes suorum vitam, ut  
futilem expluerint appetitiam.*

**P**ro ratione in Principibus non semel voluntas est, non attendunt, quām graue subiectis afferat periculum futilissimum desiderium. *Ad circum* ( aiebat Cassiod. i. Var. 27.) *nesciunt conuenire Catones.* Renuntiat prudens circi oblationi, quia Athletarum sanguine constat, & de pugilum plagiis emanat. *Casus in meridianum spectaculum incidi* ( aiebat Seneca Epist. 7.) *lusus spectans, & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruro acquiescant.* *Contra est: quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit.* Nunc omis̄sūs nugis, mera homicidia sunt. In spectaculis indigna, euandaque voluptas de gladiatorum cæde, de athletarum plagiis nascebatur, & plurium doloribus, immo necibus oblectamentum quarebatur. Contemnebatur hominum vita, dum voluptas expleretur insana. Ecce Dauid Bethleemiticam concupiscentis aquam suis occasio periculi fuit; nam ut superfluo blandirentur desiderio, se grauissimo obiecerunt periculo. *Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam.* Respublica patetetur graue dispendium, si huiusmodi fortes milites disperirent, ut Dauidi aquam dulciorē affarent. Audi Abul. q. 20. *Quod interdum homines exponant vitam suam graui periculo pro aliqua causa necessaria, vel valde honesta, non est vituperabile: quod tamen, vt Danis seruiret desiderio suo, bibendo de aqua Bethlehem, poneret tres viros fortissimos in morte, erat irrationalē valde.* Dauidis animus non fuit, suorum periculo sitis ardorem solari, neque allatam frigidam voluit haurire; verum in historia velut imagine constat exprimi, quod Magnatibus solet accidere, vt leui, futilique desiderio blandiantur, ingentes seruorum labores, immo sèpè mortes parui estimare inueniuntur: non attendunt sanguinis pretium, vt confusibile expleverint votum. Fortium plurium sanguine empta fuit aqua, vt expleatur Dauidis utilis appetentia. Abner, Ioabque, vt se ludicro certamine oblectent, ex suis aliquos ludere desiderasse prodiderunt. *Surgant pueri, & ludant eoram nobis.* 2. Reg. 2. v. 14. Expressè, qui pueri luderent, non designarunt; satis verò fuit exprimere desideriū, vt ambirent plures periculum. Oblectamentum inutile detrimentum pueris attulit graue. *Ceciderunt simul: ludricum certamen indicit,* inquit ad hunc locum N. Sanct. Non seruum, sed certamen ludricum indixerunt oblectamenti causa Duces, sed Ducum oblectamentum fuit puerorum excidium. Ludentium sanguine ager ille irrigatus est, vt pro fructu afferret perniciose spectantibus oblectamentum, ferale gaudium. *Ceciderunt simul.* Principes ille oblectauit ludus: &, vt inhumano fruerentur oblectamento, arena maduit humano sanguine violenter effuso. Summates, namque, vt appetentijs futilibus, aut insanis gesserint moxem, alios subire cogunt durissimam anxietatem.

2. Reg. 2.  
v. 14.

## §. XXVIII.

*Principum gratia emi solet animæ piaculo &  
salutis etiam periculo.*

**E**Gregiè aiebat Tertullianus, homines in causa votorum suorum pericula despiceret, & peccata paruipendere. Nec pudet ( inquit lib. de Poenit. c. 11.) nec piget incommodis anime, & corporis nec incommodis tantum, verum & contumelijs omnibus eniti in causa votorum suorum. Affectus totum hominem rapit, & quod vult, ducit; inter alios vero errores Principibus placendi ambitus, eorum cæcus elucrandi gratiam adfectus nihil recusat, vt ad desiderata perueniat. Vbi Dauid Bethleemitica aquæ desiderium prodidit. O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam! Blandiri Principis desiderio tres fortes aggressi sunt: magnis erat difficultatibus implicatum, & discriminibus magnis obnoxium, hostium castra irrumperet, & aquam afferre, & tamen milites cæco impetu, & audaci ad speciem temeritate impedimenta depretiarunt, aquamque attulerunt: *Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam.* Cum aperta pericula, nulla, aut leui causa adire, culpa esset grauis, querunt Interpretes: Quomodo ciusmodi fortes non fuerint retardati conscientia, nec imminentia salutis exhorruerint pericula? respondentque, arbitratos, allata aqua, præcipuam præ reliquis gratiam Principis inituros, & de placandi studio commilitones anteuertisse, & per intenta aduersorium tela properasse. Eleganter N. Sanct. *Vix dum audierant isti viri heroes Davidis vocem, cum se se ad explendum Regis votum expediunt, parati quiduis agere, & pati, dummodo Regis satisfaciant desiderio, & sibi militarem gloriam captent.* Inanis sibi gloria, & regalis studiosissimi gratiae, in manifestum se periculum coniecerunt, & per medias inimicorum acies irrumperet, satis audacter tentarunt. Exambita Principis gratia nec attendit conscientiæ piaculum, nec salutis periculum: sic ambitus dementat homines, sic infatuat principalem gratiam fitientes. Cum iam Absalom à plurimis crederetur regno inaugurandus, duo eius serui Amnon aggrediuntur occidere: nequibant sine ingenti crimine votum Absalonis explere, nec inter tot fratres multiplici satellicio circumdatos, sine ingenti periculo Amnonis proditorum homicidium quibant tentare; tentarunt tamen, & perfecerunt. *Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon sicut præcepérat eis Absalom.* 2. Reg. 13. v. 29. 2. Reg. 13. v. 29. Cum fratrem inter fratres occidere res esset ardua, & magnis difficultatibus impedita, maluerunt aggredi, quām Principi displicere. Si inquiras: Quomodo ingens adeò periculum non horrerint, immo crimen, & discriumen fuerint amplexi? Respondebit Hugo desiderasse assequi Principis gratiam, & eius affectasse cæcissimam obedientiam. *Ego sum, qui præcipio vobis:* promisit gratiam, promisit tutelam. Ergo ambitio despexit periculum, & peccatum. Hugonem audi: *Ego sum, qui præcipio vobis, quasi dicat: Ego sum filius Regis, & defendam vos.* Apud Regis filium habere gratiam ambierunt, siue anima criminosis sordibus defendarerunt, siue corpus indubij periculis vrgeretur. Nam apud sæculum adulandi Principibus est certamen, nec attenditur, dum captetur benevolentia, quibus artibus comparata sit gratia.

## §. XXIX.

## §. XXXIX.

*Noxia sitis potationibus non est sedanda, sed interdicto potu extinguenda.*

**S**apiens medicus, et si videat ægrotum morbi-  
dis ardoribus æstuare, frigidam adstantibus  
vetat porrigere, imò seriò præcipit sitim siti ma-  
cerare. *Medicum quoque miraberis* ( aiebat Tertul.  
aduersus Gnoft. cap. 5. ) etiam in illo, quod fer-  
mè pares adhibet qualitates medelarum, aduersus  
qualitates querelarum, cum quasi de peruerso auxiliar-  
tur, per ea subueniens per quæ laboratur; nam & ca-  
tores caloribus amplius onerando compescit, & ardo-  
res siti potius macerando restringit. Si capaces scy-  
phos permitteret, calor plus inardesceret, & sitis  
vehementius adureret: sitis siti extinguitur, &  
calor caloribus maceratur. Nec aliter in animi  
morbis contingit. Quidquid cupiditati adieceris,  
non erit finis, sed gradus. Luxuria plū vsu ac-  
cenditur, non satiatur. Dauid Bethlehemiticam  
vehementi desiderio concipiuerat aquam, eam  
tamen nactus, censuit Domino consecrandam,  
& sic melius fallacem illam sitim fore sopian-  
dam; hic namque morbidus appetitus ardor non  
largo potu restringitur, sed accenditur: *Noluit  
bibere, sed libauit eam Domino.* Sitis aquæ absti-  
nentia restricta est: continere se profuit ad re-  
finguendam flamma. Notauit Theodor. apud  
Glos. *Rex optimus non induxit in animum bibere,*  
*sed pia consideratione superauit cupiditatem.* Expen-  
dit prudens cupiditatem ipsa cupidinis materia  
adipari, & in maiores vires excrescere: ergo ve-  
ritus est inde accrescendum damnum, vnde spe-  
rabatur remedium. O si plures sibi persuaderent  
vsu libidinem non sedari, sed viuidius accendi,  
& habenas appetitibus dilaxare, idem esse, ac  
sibi mortem consciencere! Cùm Samaritana alto  
de puto haustura latices, vt sitim refrigerauerit,  
aduentasset, Christus Dominus, vt meliorem  
præberet aquam, præstolabatur, & quam mu-  
lier quærebat, testatus est incrementum esse ar-  
doris, non leuamen sitis. *Omnis, qui bibit ex aqua  
hac, sitiet iterum.* Ioan. 4. v. 13. Ad edomandam  
sitim edocuit satius esse hydriam relinquere, &  
ab ipso fonte recedere. Iam si inquiras: Cur  
cum ipso liquore sitis biberetur? Respondebit  
August. in Cat. eam aquam voluptatis folidæ  
fuisse symbolum, & ipsis vndis insitum esse vr-  
gentioris sitis clementum. *Aqua in puto, voluptas  
est saceruli in profunditate tenebrosa, hinc eam hauri-  
unt homines hydriæ cupiditatum: nam qui non pre-  
misserit cupiditatem, peruenire non potest ad volup-  
tatem.* Cum peruenierit quisque ad voluptatem saceruli  
huius, nunquid non iterum sitiet? ergo de hac aqua  
qui biberit, sitiet. Ipso laboratur remedio; nam  
hec sitis siti est maceranda, non potationibus  
extinguenda. Ergo Dauid, quam concipiuit,  
aquam expauit, & vt sitim depelleret, liquorem  
effudit: *Libauit eam Domino.*

## §. XXXX.

*Qui commisit prohibita, pœnitens deneget sibi  
concessa.*

**L**Icet plura licetè humanis vībus sint conce-  
sa, verè pœnitens, dum recordatur cupiu-  
se legibus denegata, vt dignam de se expetuerit

vltionem, repudiare admittit etiam licita. Ada-  
mo licuit ex omnibus præter vnam, pomiferis  
plantis vesci; vbi verò ad vetitam manum ex-  
tendit, Cherub, dum nuper concessas prohibuit,  
pœnitentiæ formam edocuit. *Ne forte mittat ma-  
num suam, & sumat etiam de ligno vite, & come-  
dat, & viuat in aeternum.* Et emisit eum Dominus  
Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram,  
de qua sumptus est. Gen. 3. v. 22. Si de ligno vita Gen. 3.  
edere fuerat concessum, cur manui indicitur v. 22.  
interdictum? Certe vt pœnitentes ediscerent sibi  
licita denegare, dum recordantur illicita appeti-  
uisse. Prodest Gregor. apud Glos. ad 2. Reg. 23.  
*Cogitandum est, vt qui illicita commisit, à quibus-  
dam eriam licitis abstineat, vt per hoc Conditoris  
suo satisfaciat: vt qui commisit prohibita, absindat  
sibi etiam concessa.* Concessa Adamo fuerant pa-  
radisi poma, oportuit tamen, à sibi licitis antea  
abstinere, & pœnitentibus sequendam formam  
præscribere: Hinc est, quod licet Dauid arden-  
ti desiderio aquam Bethlehemiticam suspirasset,  
ab ea abstinuit, & Domino consecravit: *Noluit  
bibere, sed libauit eam Domino.* Quærunt Inter-  
pretes cur libauit, & sitim cum aqua obtulerit?  
respondentque meminisse, admisisse se illicita,  
vtque veræ pœnitentiæ argumenta proderet, con-  
fessasse Domino sibi concessa: fas erat allatæ  
aquæ dulcedine recreari, sibi tamen denegauit li-  
cita, quia adulterij perpetratarat errata. Redeat  
iam datus Gregorius: *Malum, quod perpetra-  
uit, per pœnitentiæ lamenta correxit.* Adnectit:  
*In sacrificium Domini aqua conuersa est: quia culpm  
concupiscentia maſtauit per pœnitentiam.* Lictio ca-  
rere voluit oblectamento, quia se illico fordi-  
darat adulterij piaculo. Nam qui verè dolet adni-  
titur compensare, licitis renuntiando, quod non  
ignorat scelus admisisse, illicitis perfruendo.  
Ioannes mirabilis Concionator turbas admone-  
bat, dignum pœnitentiæ fructum ambire, & ope-  
ribus prodere. *Facite fructum dignum pœnitentiæ.*  
Mat. 3. v. 8. Acs dicat: vt dignam vestram esse  
pœnitentiam ostendatis, abstinete vos à iucun-  
diori potu, à molliori vestitu à saceruli plausu;  
nam dum vos à licitis abstinentes punitis, veram  
esse culpæ admissæ pœnitentiam demonstratis.  
Audi in Cat. Gregorium: *Notandum est, quod non  
solum fructum pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ ad-  
monet esse faciendos, sciendum enim est, quia quisquis  
illicita nulla commisit, hinc iuri conceditur, vt li-  
citis utatur.* At si quis in culpm lapsus est, tanto à se  
debet licita absindere, quanto se meminit & illicita  
perpetrassæ. Illicita admissa abdicatis licitis sunt  
punienda, & dignis pœnitentiæ fructibus ca-  
stiganda.

## §. XXXI.

*Fortior est, qui seipsum edomuit, quam qui  
adversarios euicit.*

**F**ortitudinis mensura ex gestorum qualitate est  
sumenda; magnum est roboris argumentum  
reportasse de efferatis hostibus triumphum; ve-  
rum cùm irrationabiles appetitus interius inuisce-  
rentur, & fucatis oblectamentis blandiantur,  
difficilius est internas, gratasque affectiones  
restringere, quam armatorum copias euertere.  
Non est quod dubites ( aiebat Senec. de Const.  
Sapientis cap. 6. ) an attollere se homo natus supra  
humana possit, an dolores, damna, ulcerationes,  
vulnera

vulnera magna , motus rerum circa se frementium securus adspiciat , & dura placide ferat , & secunda moderate , nec illis cedens , nec his fretus , unus idemque inter diversa sit , nec quicquam suum , nisi se pueresse , ea quoque parte , qua melior est . Inter prospera animus tumore inflatur , inter aspera mœrore deicitur ; cumque arduum sit hos passionum motus restringere , magna indubium est animi constantia indigere . Ardentis desiderio David aquam Bethlehemiticam concupuerat : tres ex eorum fortibus aut militaris gloriae ambitiosi , aut Principis desiderijs blanditi , per intenta hostium tela ausu intrepido penetrarunt , & frigidam attulerunt . David quam concupuerat , aquam expauit , nec admouere labris sustinuit . Noluit bibere , sed libauit eam Domino . Glossa eximium , ait , militibus fortitudinis exemplum præstis . Exemplum fortitudinis , & constantie militibus præbuit , vincens naturam , ne sitiens biberet . Profecto milites excellenter fortitudinis habere videbantur exemplum , fortis scilicet formidinem proculcantes , hostilia irrumpentes castra , & aduersariorum frustrati tela ; quid ergo opus erat Davidis informari facto , quando admirando sociorum erudiebantur exemplo ? O expende , amabo te , Davidis fortis timorem externis hostibus incussisse , & veluti omne eorum robur expectorasse , Davidem vero euicisse naturam , flagrantissimam restinxisse sitim : cumque sit fortius naturam subigere , quam aduersarium proterere , egregius fortitudinis David militibus præbuit exemplum , et si fortis stupore repleuerint aduersarium . Salomonis lectulus viris fortissimis ense super femur cinctis munitur , & contra nocturnos casus armatur . En lectulum . Salomonis sexaginta fortis ambient ex fortissimis Israël : omnes tenentes gladios , & ad bella doctissimi : unius cuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos . Cant . 3 . v . 7 . Video enses , sed fortissimos non video : merentur certè fortium elogium , si gladius hostili ruberet sanguine , si effuso maderet cruento : Gladium super femur gerere infirmum est fortitudinis testimonium , cum ignavi , imbellisque accingantur gladio , & inepti inueniantur prælio . Cur ergo adeò eximia fortitudine ornati deprædicantur , dum super femurensem habere dicuntur ? Quia horum gladius , inquit Ambrosius , super femur non quiescit otiosus , aut reconditus vagina , sed noxia præcidens carnis desideria , & rationi aduersantia vota . Cumque maiori fortitudine resplendeat ornatus , qui seipsum vincit , quam qui phalangas aduersariorum euertit ; hi fortissimi habentur , qui insanientes carnis motus subingare comprobantur . Audi in Collect . Ambros . Hac est iniuncta animi fortitudo , qua bellum cum vitijs gerit , qua sola defendit ornamenta virtutum omnium , & indicia custodit , & qua inexpiabili prælio aduersus vitia omnia decernit , iniuncta ad labores , fortis ad pericula , rigidior aduersus voluptates , dura aduersus illecebras . Nil tam gloriosum , nil tam forte , quam illecebris non vinci , quam blandienti voluptati non cedere , quam deliciarum præstigijs non falli , cum frequenter pulsis hostibus , victor vinci soleat aut triūphorum superbiā tumidus , aut spoliorum cupiditate inæscatus , aut acclamacionibus faustis delusus . Saül ipsa victoria vietus est , & dexteram hostium cruentum pulchre perfusam ad exuias extendit , auaritiam carissimam sordidatam . Hostem subegit , à cupiditate subactus est : ergo Salomonis lectulum ambientes dicuntur fortissimi , quia contra proprios appetitus depræliati , & Eman . de Naxera in Reg . Tom . I V ,

victoriam decantandam adepti : David etiam maius fortitudinis exhibuit exemplum , dum fitibundam restinxit flamman , quam tres fortes , dum hostium eneruauerit valentiam .

### §. XXXII.

Plures gestiunt perpetrare peccatum , ut insatum alij expleuerint appetitum .

**V**T laudabile est alios ad virtutem honestis actionibus proritare , ita est plectibile alienis occasionem appetitibus exhibere ; inueniuntur tamen , qui iniussi alienis desiderijs adulentur , & proprio animæ , corporisque discrimine concinnare opportunitatem nitantur . Illa vita vere hominum est , qua iuris ordine continetur : aiebat Cassiod . 5 . Var . 39 . Non hominum , sed belluarum est vita , quæ conscientia non regitur , sed cupiditate ducitur ; imò brute cæxitatis metam transgreditur , qui non , vt proprijs , sed alienis appetitibus inseruiat , legi aduersari probatur . Sed proh ! Inueniuntur plures , qui cum fallacia sibi oblectamenta non perquirant , insana aliorum disponunt expleri vota , opportunatatem solicitantes , & conscientiam propriam contemnentes . Cum David Bethlehemiticam sitire aquam significasset , tres ex fortioribus milites per intentas aduersariorum hastas penetrarunt , & aquam felici haustam temeritate adduxerunt : Irruperunt ergo tres fortis castra Philistinorum , & hauserunt aquam . Rogant Interpretes : An , qui Davidis adulari siti tentarunt , ipsa se vnda inquinauerint , quandoquidem culpanda videbatur temeritas in apertissima conciencia se pericula ? Respondentque placendi studiose vitam discriminibus exposuisse , & audaci temeritate peccasse . Ita Abul . q . 21 . Cum se gravis periculo opponerent , videbantur peccare . Admissa culpa satagebant Davidis perfidie desideria . Sæpe namque amicus , vt amici votis blandiatur , culpis se inficere non veretur . Sicuti obtulerunt tres fortis aquam , vtque offerrent , criminis patuipendebant offensam . Holophernes ubi eximiam Judith pulchritudinem est intuitus , proprijs oculis referatur captus : Statim captus est in suis oculis Holophernes . Judith . 10 . v . 17 . Insano flagrantis desiderio Judith 10 . Vagao satagit subministrare materiam , & Judith v . 17 . allicere magnis spebus delusam : Tunc introiit Vagao ad Judith , & dixit : Non vereatur bona puella in troire ad Dominum meum , vt honorificetur ante faciem eius , vt manduget cum eo , & bibat vinum in insunditare . Judith . 12 . v . 12 . Achi dicar : Si consenseret Judith 12 . Iris , splendebis pretioso ornatu , vteris lectiori ci- bo , iucundiori potieris potu ; cur ergo eligis sordere captiuam , quādo potes cæteris iniuidiam faceare amata ? Hugo Card . illicitas ait , sua fuisse voluntates vt appetitum expleuerit Holophernes . Que Vagao hortatur , ad illicitas voluptates pertinent . Itaque vagao illicita suadendo , peccabat , & alterius concupiscentia seruiebat : vt Holophernes frueretur carnis oblectamento , seruus Vagao sordidabatur persuasionis delicto . Sunt namque , vt dicebam , plures , qui non tenuant , imò qui sponte se ingerant ad perpetrandam peccata , vt alij insana perfecerit desideria . Ecce fortitudini ducunt Davidis socij , vt exsatiauerit sitim , manifestis se discriminibus obijcere , culpisque fordescere : Cum se gravi periculo opponerent , videbatur peccare .

## §. XXXIII.

*Bonus Princeps suorum non babit sanguinem,  
ut inutilem satiauerit suum.*

**D**icit prouincias Principi subiectas legibus ordinari, & diuitijs competentibus adaugeri: vt ager floribus micans, & fructibus ditegens est elogium excoletis, sic Respublica bonis moribus florens, & rerum abundantia fruens sumptuosius encomium probatur esse regnantis. *Agrum suum* (aiebat Cassiodor. 5. Var. 39.) à dumosis sentibus doctus purgat agricola, quia laus excoletis est, si agreste solum dulcissimis fructibus amaretur. Sic quies suauissima populi, & tranquilla dispositio regionum praecōnium probatur esse regnantium. Agricola accusat inertiam ager horridus, & fructibus viduatus, & rectoris avaritiam euulgat populus commodis competentibus destitutus. Hinc est quod prædicabiles domini non sustinent lurida feruentium ora, tristia subiectorum suspiria. Qui puerorum curam susceperebat, aiebat: *Si videbit vultus vestros macilenteres præcateris adolescentibus coenis vestris, condemnabitis caput meum Regi.* Dan. 1. v. 10. Et etiam qui efferebatur ad regnum, alimentis se carere respondit: *In domo mea non est panis, nec vestimentum: nolite constituere me Principem populi.* Isai. 3. v. 7. Recusat principatum adire, ad quod potuisset desiderare. Si non habet panem, dignitatem adeat, vt acquirat, nam facilius poterit ab habentibus exigere, aut extorquere. O prudentiam! o doctrinam! Nouerat Principis esse, panem, quo alantur, subiectis subministrare, non, vt ipse lautiū aleretur, auferre; ergo respuit dignitatem, & respuendo utilem regnabitibus exhibuit eruditionem: Qui, vt euaniidis fruatur delicijs, vt vitandis aurum consumat impendijs, subiectos premit, & ad paupertatem reducit, dignitatis claritatem innubilat, & inuidiam sibi parat. Vbi Bethleemitica aquam Dauid sitiuit, tres ex eius fortibus attulerunt magno vitæ discrimine, & non modico sudore. Quid tunc? Dauid bibere renuit, quia suorum sanguine constare vidit: *Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere.* Expendit excusabile sitis refrigerium subiectorum sanguine acquisitum, & ingenti periculo comparatum: ergo non duxit fas, subiectis exanguinibus sitim explere, quando sine incommodis subiectorum quibat reprimere. Opportunè Nazianz. apud Glos. *Nec sitim suam per aliorum cruentem explorare sustinuit.* Si aliis esset, suorum despiceret detrimenta, dum sibi aquæ, quam effunderet, esset copia; verum Dauid maluit pati sitiā, quam suorum bibere sanguinem. Discant Principes superfluis renuntiare delicijs, ne subiectos ingrauarint, & extortis tributis presserint. Tributarins offerre debet expromptus aurum ad Reipublicæ subsidium, ad bellorum cum aduersarijs impendium, & Princeps curare debet, ne subiectus lugeat dispoliatus, vt superfluis redundauerit ornatus, aut sumptus. Iam Pharaonis regnum occasui accedebat, cùm pueros vndis Nilii tradi imperabat. *In flumen proiecite:* Exod. 1. v. 22. Vbi inualidorum sanguine tintantibz bibebat aquam, sitiū sopiebat, sed imperij ruinam matrabat. Consistere nequibat firmum imperium, cuius Princeps Pharaeo subiectorum sanguinem ebibebat, & naturam suis fructibus dispoliabat.

Recta æquitatis, ac iustitiae virga vndas percussit, & sanguinolentas ostendit. Eleuans virgam, percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius, que versa est in sanguinem. Exod. 7. v. 20. Rogant Interpretes: Cur aquam, qua Pharaeo nutritur, & qua sitis ardor extinguebatur, non crystallinam, sed sanguineam Moses ostenderit, antequam eadem virga contra Pharaonem fluctus armari? Respondentque, voluisse edocere, non posse Pharaonis regnum consistere, cùm constaret inualidorum sanguinem bibere, & ingenti suorum detimento ardoribus adulari. Prodest Hugo Card. *Egyptis in aqua fluminis parvulos Hebreorum submerserant, & ideo aqua fluminis versa est in sanguinem.* Inualidi disperibant, & sanguinem ad sedandum Pharaonis sitim ministrabant; ergo vbi inualidorum sanguine falsæ Pharaeo blandiebatur siti, & plestibili adulabatur ardori, potatus sanguine, in profunda perijt demersus, & potestate nudatus. Et licet parvuli inutiles ad speciem emiserint gemitus, adauetus est contra Pharaonem gemitibus fluctus. Dauid, cuius stabile sceptrum erat futurum, noluit suorum cruentis ardorem placare, imò maluit sitim laudabiliter sustinere. *Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere.*

## TEXTVS.

V E R S . 18. & 19. Abisaï quoque frater Ioab, filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipse est, qui leuauit hastam suā contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non peruenierat.

## §. XXXIV.

*Crucis Christi Domini elevatio est inimicorum euersio.*

**P**ars crucis est omne robur ( aiebat Tertul. in Apolog. cap. 16.) quod erecta statione defigitur. Adnectit: *Omnis illi imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt. Syaria illa & exillorum, & cantabrorum, stola crucium sunt.* Victoriam crucis virtute testatur Septimiū partam, accepta spolia, & reportata trophya. Et quidem nil est, quod sic dæmonum vires encuet, ac crucis signum: ad eius conspectum pauit, & veluti enormi fascino debilitati tentant arripere fugam, & concedunt cruce munito victoriam. Crucē Constantinus armatorum phalangas euertit; cruce Dominus dæmonum acies prostravit. Hinc est, quod Abisaï trecentis aduersarijs obfessus, & imperitus, hastam crucis imaginem elevauit, & omnes veluti uno impetu hostes deuicit. Abisaï quoque frater Ioab, filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipse est, qui leuauit hastam suā contra trecentos, quos interfecit. Hastæ, hoc est crucis elevatio, fuit inimicorum euersio: nec poterant statione persistere, quos crucis aspectus, & exaltatio nequibat non deturbare. Periisset Abisaï, nisi muniretur hasta, & crucis defenderebat vel umbra. Hoc additur ( aiebat N. Sanct. ) militaris virtutis illustre documentum, quod tantam hostium multitudinem aut uno, aut pluribus congressibus pugnando substulerit. Abisaï ligno trium

triumphauit, & nos crucis insigni armatos in campum prodire edocuit. Nam Christi Domini crux aduersariorum robur expectorat, vires debilitat, ausus retardat. Angelus Hebræorum castra promouit, & Pharaonis temeritati obuiavit. Tollens se Angelus Dei, qui precedebat castra Israël, abiit post eos. Exod. 14. v. 19. Angelus toto noctis tempore Hebræis præstítit securam tutelam, furentem Ægyptiorum retardauit infaniam; victoria vero non est perfecta, quousque Moyses manum virga obarmata extédit, & fluctus Ægyptios hauit: Extende manum tuam super mare, ut reuertantur aquæ ad Ægyptios, super currus, & equites eorum. v. 26. Via cum persecutore delecta est, ubi Moyses virgâ crucis Dominicae umbrâ armatus Pharaonis vires confregit, & disruptorum volumina fluctuum opposuit. Notauit Basil. Seleuc. orat. 9. Nec istius vindicta cursus ante potuit abrumpi, quam virga percussum mare his iter, illis sepulchrum fuerit. Mare continentis adinstar ab Hebræis calcabatur, & Ægyptius confusis ruentium impetu vorticum voluminibus mergebatur. Crux inimicis naufragium fuit, & cruce muniti reportauere trophaea, qui Ægyptiorum timuerant castra. Angelorum Iacob timore perculsum tuerunt exercitus, & Esau ardentes vltionis apparent retardaturi conatus: Fuerintque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt. Gen. 22. v. 1. Castris Angelicis stipatus, adhuc trepidat, & fratrī exercitū reformidat. Timuit Iacob valde. Transi ad cap. 25. ubi ad scalæ locum iubetur configere, ut quinerit hostium furorem euadere. Ascende Bethel, & habita ibi; sicque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Gen. 25. v. 1. Hic Iacob, omni timore expuncto, audet, & aduersariis perculsus pauido terrore timet. Cum profecti essent, terror Dei innasit omnes per circuitum ciuitatis, & non sunt nisi persequi recedentes. Hinc oritur quæstio: Si Iacob cœlestibus instructus copijs exigua armatorum manum pertimescit, quomodo hic tot ciuitates commotas indignatione non timet? & si Esau non veretur accedere, cur modò offensus hostis ausus non est propinquare? Non sunt nisi persequi recedentes. Profecto discriminis in aperto est ratio. Antea Angelorum defendebatur acie; modò scala Domini cruce: ergo, ut hostis animaduertit ad scalæ locum configere, extimuit bella tentare. Nam Domini crux tutum est fideli profugium; & cruentum hostibus telum: ergo dum pro Iacob stat scala, hostis eneruatur valentia. Huc voco Rupertū lib. 7. in Gen. c. 21. Ad destinatum tendunt, vigilantque, & in omnibus laborant, & sobrij sunt, nihil fescire iudicantes, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Ad locum destinatum, ubi Christum scalæ innixum anteä confexerat, tendebat modò Iacob: ergo horruerunt hostes crucis conspectum, quia non dubitabant tutissimum fore accedenti Iacob profugium. Ergo Abisaï hastam leuat, crucem exaltat, & tot aduersariorum vires eneruat. Leuat hastam suam contra trecentos.

### §. XXXV.

*Qui cum alijs degit singularitatem fastu non ambiat, sed strenuis operibus excellētiam sibi conquirat.*

**Q**ui cum alijs communem vitam gerit, non debet presumptionis priuilegio præexcēdere. Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

lentiam ambire, sed laudem strenuis sibi operibus comparare. Ipsa facta evulgent inter cæteros prætantiam, superbia ambitus singularem non affectauerit gloriam. *Quidquid aliud ambitiō nem peruersa via sequitur* (monebat Sen. Epist. 5.) deuita. Frons populo concordet, intus omnia dissimilia sint; est namque odiosum operibus non excedere, & tumide supra cæteros eleuari; Laudabilis singularitas decantandis factis elaboratur, non queritur. Abisaï cum alijs numerari non renuit, sed mira fortitudine ipso in numero fuit singularis. Abisaï quoque frater Joab, filius Saruia, princeps erat de tribus: ipse est, qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nomen natus in tribus. Cum socijs numerum faciebat, sed singulariter factis emicabat: aliorum non dignabatur consortium: *Nominatus in tribus*; sed ipso in consortio factis studuit acquirere principatum: Princeps erat de tribus: ipse est, qui leuauit hastam suam contra trecentos. Non sibi arrogabat tumidus principatum, sed triumphis præ cæteris elaborabat elogium: *Princeps in tribus*. Est enim laudabilis ambitus operibus vincere, & modestia singularitatem vitare. Nabucho æstuanti accedens fornaci, quatuor intuetur viros vndantium inter flamarum globulos prorsus illæfos. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est; & species quarti similis Filio Dei. Dan. 3. v. 92. Cum pueris Dan. 3. degebat quartus; verum quem humilitas loco v. 92. vltimo collocarat, sidereus vultus à cæteris distinguuebat: non sitiebat primatum, sed clarissima luce speciale inter cæteros merebatur elogium, cæteris erat consuetudine æqualis, splendore tamen dissimilis. Notauit Lira: *Propter irradiationem vultus in corpore assumpto, bene apparebat, quod Angelus non erat filius hominis, sed magis aliquid supra hominem, & quid diuinum*. Frons cum socijs conueniebat: Ecce ego video quatuor viros. Vir apparebat, ut cæteri, sed communi illa specie singulari fulgebat luce, & numero quartus, claritate inuentus est primus, vltimum elegit locum laudandum modestiam, sed cæteros est supergressus operum, & virtutum præstantiam. Abisaï cum cæteris annumerari non renuit; sed factorum claritate principatum obtinuit: *Princeps in tribus*.

### TEXTVS.

**V**ERS. 20. Et Banahiæ filius Ioiadæ viri fortissimi magnorum operum de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis.

### §. XXXVI.

*Vir perfectus, aliis tepeſcentibas, contra vitia inardeſcit, delerisque exambit.*

**A**d virtutem via est difficultatibus plena, quibus plures cedunt, & licet videant, ubi posita sit felicitas vera, ad euincendas difficultates retorpescit ignauia. Vir fortis cliuum intrepidè inscendit, & infraacto animo vitijs inferre bellum exambit, nec aliorum inertia detinetur, immo ad fortiora exacuitur. *Hic est magnus animus* (aiebat Senec Epist. 95.) qui se Deo tradidit: at contra, ille pusillus, ac degener, qui obliuctatur. Fortis, magis nnn nnapimi

Banimique est, se virtutibus tradere, & vitijs bellum inferre: fortitudo plus micat, si alij difficultatibus cedant, & malè sibi prouideant. Banahiae fortitudo non solū commendatur leonis cæde, sed temporis qualitate. *Percussus leonem in media cisterna in diebus niuis.* Id est, cūm cæteri algerent, Banahias spiritu incanduit, & leonem rugitu deterrentem euicit. Notauit Glos. Moral. *In diebus niuis, id est tempore refrigerescens charitas.* Leo rugitu insultabat, quia charitas refriquerat. Banahias niuis tempore in leonem irruit, & Zeli ardore interfecit, vt victoria non solū de leonis claresceret cæde, sed micaret etiam de temporis qualitate. Discant à Banahia probi tempori non cedere, sed pro virtute in statione persistere. Attendum non est, quid tempus suadeat, sed quid æquitas exigat: Viro forti fugienda est cæterorum ignavia, & ineunda pro virtute intrepide pugna. Niuis tempore, id est, refrigerescens charitate, leo insultabat, & rugitu deterrebat; ast Banahias plus tunc incanduit, & animosus prælum iniuit. Omni populo claudicante, Elias pro virtute stetit, & in arenam solitus profiluit. *Ascendens Elias ad omnem populum, ait: Vsquequā claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum.* 3. Reg. 18.v. 21. Totus populus sic colebat virtutem, vt ei etiam adinngeret voluptatem: claudicando tendebat, & insanas cupiditates virtutibus associabat. Verū Elias populi non est sequutus vestigia, sed eximia fortitudinis præbuit exempla; elegit omnibus contrariam viam sequi, & virtutem etiam cum periculo colere. Prodest Theodoret. q. 55. apud Glos. *Deum adorabant, & idola colebant; nec Deus, inquit, vult deos, qui falso nominantur, colli, nec ipsi verum Deum adorari! Vos autem & hac, & illa facientes, neutri conservatis benevolentiam.* Semper Elias vitijs bellum intulit, cuius tamen diuini honoris Zelus resplenduit, cūm claudicante populo, firmis vestigijs constitit, &, impietate glidente, pro vera religione pugnauit: passus non est aliorum factis seduci, non sustinuit consuetudini cedere, imo tunc animosior profiluit in campum, cūm populus colebat idolum. Nam vir fortis, & laudabili constantia prædictus non sequitur obliqua aliorum vestigia, sed sequenda præbet exempla.

### §. XXXVII.

*De leonibus triumphum reportauit, qui iram, & concupiscentiam edomuit.*

**I**ntra alias morum pestes iræ lues præcipua est: prudentiam è mentis arce deturbat, oculorum visum hebetat, & homines in feras irrationales transformat. Chrysost. Hom. 30. ad populum sic scribit: *Tabes quadam, & tinea mentis nostra radicem corrodens.* Ut, radice vitiata, folia marcent, flores decadunt, fructus fallunt, ita homo iracundia tenebris obscæcatus verba profert prudente indigna, & tentat à ratione prorsus aliena. Nihil (aiebat Theogenes apud Stob. cap. 20.) tam iniustum est, quam ira, que dominum suum ledit, vt animo commoto misere gratum faciat. Consentit Menander ibidem: *Ira peior quandoque est insania.* Ut nihil non audet homo, si recrudescat insania, ita nihil non tentat, si gliscat ira; est namque, licet brevis, insania prudentiæ corruptela, rationis tinea, & omnium delictorum schola. Banahias duos leones interemisse refertur, & encomijs dig-

nissimis celebratur: *Banahias filius Ioiada viri fortissimi, magnorum operum, de Cabseel, ipse percussit duos leones Moab.* Eximium Banahiae robur interfici commendauere leones, & brutorum strage cunctis miranda se prodiderunt virtutes. Glossa Moralis his in leonibus adumbratas existimat concupiscentiam, & iram. Et quidem ira deseuientis leonis ad instar dilaniat homines, multiplicat cædes, suspirat strages, & ferè omnes iracundia perdere censemur virtutes. Glossam audi: *Interfecit irascibilem, & concupisibilem, significatas per duos leones Moab.* Non immerito leo dicitur ira; nam ira truculentissima fera est, quæ ad nullius periculi paucet occursum, & inferre gestit interitum: ergo leonem egregia fortitudine occidit, dum effratam iram repressit. Leoninam contra se etiam sauitiam nutrit, qui iram pectoribus fouet. Huius soror concupiscentia est, quæ vbi animum blandissima adulatione possedit, secum ingentem vitiorum cateruam affert. Eleganter Cassiod. 12. Var. 1. *Reginam illam procacium vitiorum avaritiam fuge, cui cuncta crimina detestabili devotione famulantur: que dum pectus hominis ingressa fuerit, congregat quoque male fidas cohortes admittit. Ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria.* Cupida semper avaritia, auara concupiscentia grata adulatio ne sensus fascinat, & persuasibili instantia ad omnia scelerata inuitat. *Agmen habet blandissimum (adnectit Cassiodor.) arma suscipit ex talentis, & per dulcedinem superat, quos amara deceptione captiuit.* Dum leo in spelunca latens improviso adsultu insurgit, hominem incautum discerpit; nec aliter cupiditas insidijs blandissimis incautum animum decipit, & omnia vitia spebus euanidis persuadet. Qui concupiscentiam non expunxit, nec iram auferet; nam sorores sunt ira, & concupiscentia strieto coniunctæ, immo nexu indissolubili consociatae. Nabuchodonosor triumphis elatus Israëlitæ suo subiçere imperio concipiuit, & contra resistentes indignatione inflammatus effebuit. Tunc indignatus Nabuchodonosor Rex aduersus omnem terram illam, iurauit per thronum, & regnum suum, quod defendere se de omnibus regionibus his. Iudith. 1. v. 12. Daniel, vt inextinguibilem hanc concupiscentiam, & insanam indignationem describeret, leonis metaphoræ est vsus. *Quatuor bestie grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habebat aquila.* Dan. 7.v. 3. In prima bestia Nabuchodonosorem adumbratum fuisset testatur Hieronym. in Comment. vbi sic ait: *Nota ordinem, quod in imagine caput aureum dicitur, hic leæna.* In statua Nabucho erat caput aureum, hic ferox brutum; & iure quidem, nam dum nimio ambitu gloriam euanidam concipiuit, insana ira etiam effebuit, & leoninam sauitiam contra innoxios pueros fouit. Leænam denicisset, si candentem iram, & insanam ambitionem frænasset: Vnde datur intelligi, benè in leonibus iram, & concupiscentiam adumbrari. Et iure Banahias leonum interactor dicitur, quia iram edomuit, & cupiditatem restinxit.

### §. XXXVIII.

*Prouocatus sapè ferocissimum hostem vicit, & de laceffente triumphauit.*

**S**unt qui cum pace bellum gerant, & sponte in bella profiliant, robore fisii, & stuanti superbia elati alios ad certamina prouocant, & nulla

nulla occasione suadente, irritant. Hi dum sponte mouent bellum stragis inopinæ tulere dignum supplicium, & inferior virtutibus præter opinionem vincit, & prouocantis audaciam frangit. *Inhumanus* ( aiebat Pindar. in Hypocr.) *impious, & ferox est ille, qui bellum cupit in populo detestabile*. Infans arrogantiæ est digna poena, inficta à prouocato, lacefitoque plaga. Sua hoc testantur strage duo viri, qui ob eximiam fortitudinem appellabantur leones: hos legitimo certamine interemit Banahias. *Ipse percussit duos leones Moab: Id est duos milites, qui habebantur belli fulmina, & ingenti intumescabant superbia.* Iam, si inniras, que fuerit occisionis occasio: Respondebit apud N. Sanct. Iosephus, fretos virium præstantiâ, & insolenti audaces superbiam Banahiam prouocasse ad pugnam, qui lacefitus in arenam profiluit, & leones legitimo certamine vitâ priuauit. Sanctum audi: *Iosephus duos hos Moabitas fratres fuisse tradit, à quibus prouocatus Banahias utrumque confecit.* Iosepho concinit Caietanus: *Duos leones Moab, hoc est fortes, ut leones.* Dum insolentes prouocant, inopinam sibi stragem maturant; dum leo prouocat arrogantior, Banahias prouocatus extitit pugnâ felicior: *Prouocatus Banahias utrumque interfecit.* Pæones, vt refert Herodot.lib.5. in princ. oraculo acceperunt, vt bellum Perinthijs inferrent, si tamen prouocarentur. Herodoti verba sunt: *Admoniti diuino responso ut bellum Perinthijs inferrent, si à Perinthijs ex aduerso confidentibus prouocarentur.* Ipsa audax prouocatio Perinthijs erat ominosa, Pæonibus auspiciata: & quidem prouocans insolenter audacia, ingenti fuit sæpè castigata ruina. Cum nescirent Assyrij decollatum Holofernem, viderentque Israëlitæ in arma ruentes, veluti securum victoriæ omen, prouocationem habuerunt. *Egressi mures de cœnernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.* Judith 14. v. 12. Ad prælium prouocati sibi promittebant triumphū, pro felici auspicio ipsam prouocationem sortiti. Huic rei apto, quod aiebat Noster Sanct. ad 1. Reg. 14. *Accipiunt illi omen.* Pro fausto omni habuerunt prouocari, & prouocantes, veluti mures, sibi promiserunt occidere. Et quidem sæpè qui ad virium ostentationem alios prouocauerunt ad pugnam, dignissimam stragis tulere poenam.

### TEXTVS.

VER. 21. & 22. Ipse quoque interfecit virum Ægyptum, virum dignum spectaculo, habentem in manu sua hastam: itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, & interfecit eum hasta sua: Hæc fecit Banahias filius Ioïadæ.

### §. XXXIX.

*Qui insolentem contra Deum linguam gerit, miserè frequenter occumbit.*

Prou. 18. v. 21. Lingua eucharis amicos sibi multiplicat, effrenis, & audax inuidiam sibi, & calamitatem parat. Ex linguacis ore eius mors oritur, & dum alios ferit, contra se gladios ex-

cuit. Garruli lingua est fœcunda infelicitatis vena, lues pestifera, pestis amara. *Qui hec tanta impudemia euomisti ( aiebat Sophoc. in Oeip.) ante impunè effugiturum puta?* Dementer promittit sibi salutem, qui impudenti lingua propriam elaborat stragem; verum eti lingua moderamine prudentiæ non cohibita, pericula sibi asciscat, tunc præcipue, cum in Deum audet blasphemus miserabilis corruit ruina. Ægyptius corpore procerus, & pro modo corporis hasta armatus, à Banahia facilè prosternitur, & occiditur. *Ipse quoque interfecit virum Ægyptum, virum dignum spectaculo, habentem in manus sua hastam.* Quærunt Interpretes: Quomodo Banahias inermis adēd facile robustum, & armatum confecerit inimicum? Respondentque mortem non tam à Banahia dextera infictam, quam ab ipsa Ægyptij lingua concinnatam; nam cum in Deum auderet blasphemus, inuisibili dextera corruit occisus: Banahias visibile fuit instrumentum, blasphemia tamen lucretum attulit casum. Audi Hugonem Card. *Glossa Marginalis exponit sic: Imitatorem Ægyptij, Deum blasphemantis quem Moyses, iubente Domino, interfecit.* Ægyptius Ægyptum blasphemantem imitabatur; nec satis fuit illatum alteri, vt linguam contineret, supplicium, sed potius detestabile sequebatur exemplum. Ergo qui in Deum armatam gerebat linguam, miserè occubuit, & cum vita animam perdidit. Plures leui, aut nulla causa per Sanctorum vitam iurant, in Deum execrandas blasphemias iactant, nec cogitant impunè non abituros, sed morte misericordia castigandos. *Docuit iniuntas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium: condemnabit te os tuum: & non ego, & labia tua respondebunt tibi.* Iob. 15. v. 5. Quod blasphemus à labijs suis experitare potest responsum, nisi imminere sibi lucretum, & miserabile excidium? In blasphemum propria lingua profert sententiam, & testatur imminere ruinam. *Siquid in hoc mundo aduersitatis euenirit* ( scribit Greg. 12. Mor. c. 15.) *hoc ei contingere ex ipsa hac iniuria sua confessionis, dicunt.* Adnectit: *Labia ei afferunt respondere, ut culpa eloquij sit causa flagelli.* Blasphema lingua esse probatur flagelli cauila. Si blasphemari interroges de euentu labia, respondebunt, se calamitatem asciuisse, & iracundiam Numinis prouocasse. *Hoc ei contingere ex ipsa hac iniuria, dicunt.* Otiosa erant contra Ægyptum Banahia arma, quando ei offerebat, qua ipsum transfoderet, hastam linguam. O expaueant, qui in Deum linguam iactant, daturos se horribilem poenam, & nouerint, non solum in hoc sæculo elaborare sibi calamitates, sed in futuros sopiaendos nunquam laturos ignes!

### §. XL.

*Eius armis inimicum conficeré, speciem triumphantiori gloriam dignoscitur adangere.*

**G**loriosum est hostem subiçere, & legitimo certamine detriumphare, sed gloriosius, si eius armis contigerit profligate. Iam David funda gigantem deicerat, & nihilominus eius gladium eduxit, & gladij baiulūm gladio interemit: *Tulit gladium eius, & eduxit de vagina sua, & interfecit eum.* 1. Reg. 17. v. 51. Inquirunt 1. Reg. 17. Interpretes: Cur David ingenti lapide caput ferè v. 51. exanimis, sensuque carentis non attruerit, sed proprio gladio trucidarit? Respondentque voluisse

gloriam triumphi adaugere , & gigantem , quæ gerebat , armis conficeret. Notauit Basil. Seleuc. Orat. 15. *Inermis pugnator , sublato Goliat gladio , gladij dominum diuidit , armis in vsus debitos veris.* Eximia pastoris enituit fortitudo , dum immanem hostem non solum funda prostrauit , sed , quæ fabricauerat hostis arma , contra artificem vertit. Nec aliter accidit Banahia: vt blasphemum coer-  
ceret , vt immetata audacia tumidum castigaret , inermis pugnam aggressus est. Hostis terorem ingerebat corporis mole , ostentatione armorum , superbia virium ; ast Banahias inuentus est acrius accendi , quibus crederes laudabilem audaciam frænari : in arenam prosluit , è manu hostis vi extortam hastam eius sanguine rubricauit. *Vi ex-  
torsit hastam de manu Ægyptij , & interfecit eum  
hasta sua.* Ægyptius arma fabricauit , sed in Bana-  
hiæ vsl se fabricasse nesciuit , & propriæ cædis instrumentum ferre ignorauit. Notauit. N. Sanct. Opus aliud refert ( Scriptura ) eximia virtutis ; & audacia singularis illustre documentum. Addit post aliqua : *Gigantea magnitudinis hominem proprio ipsius telo confecit.* Illustre erat fortitudinis testi-  
monium , non solum gigantem non exhorruisse , sed laudabili audacia oppugnasse , addebatque triumpho singularem gloriam , extorsisse ex ad-  
uersarij manibus hastam , eaque abstulisse baiuli vitam. Est enim gloriosum , hostem eius armis subigere , contra ipsumque vertere. Hanc diabolus videtur ambiisse gloriam , cum non solum ag-  
gressus est Adamum vincere , sed ipsius armis subiugare. Viderat vaferimus dæmon mulierem in hominis adiutorium efficiam : *Faciamus ei ad-  
iutorium simile sibi.* Gen. 2. v.28. Viderat pacis negotium succedere , viderat honesto coniugio polterorum amplificationem fulciri ; ergo inuidia efferatus serpentem induit , & insidias illecebrosas viro per mulierem obtendit : *Dixit ad mulierem :  
Cur præcepit vobis Deus , ut non comedederetis de omni  
ligno paradiſi ?* Gen. 3. v. 1. Si inquiras : Cur per mulierem hominis structuram subruere incep-  
tit ? Respondebit Basilius Seleuc. Orat. 3. exam-  
bisse hanc infelicitis triumphi circumstantiam , scilicet , vt hominis adiutorium in eius conuer-  
teretur excidium , & inde Adamo exortiretur im-  
placabile bellum , vnde felicitatis sperabatur suffragium. Audi datum Basilium : *Iussa es virum  
fouere , & ad insidias peruenisti ? formata es in vita  
societatem , & mortis conciliarrix inuenta es ? vt  
membrum sumpta es , & vt sagitta missa es ?* Quam ad hominis Deus auxilium fixerat , & solatium , vaferimus serpens venenatum vertit in telum , & infelicem victoriam auxit , dum proprijs auxilijs Adamum fecit.

uinis oculis displicere potest , ablegat. Heroicæ virtutes mentem reluminant , & animum ad dignoscenda causatum abstrusa præparant. Otiosum est velle ad Numinis lecretiora admitti , nec in expungendis omnino vitijs , & in serendis virtutibus laborare. *Ducatur (iebat Cassiod. 3. Var. 33.) ad penetralia libertatis laudati merito suo , ornati in-  
dicio nostro.* Ad secreta , arcanaque rerum cœlestium mysteria dignoscenda admittitur , qui de vitijs plenam obtinuit victoriam , & virtutum omnium adeptus est disciplinam. Vbi Banahias tres leones denicisse refertur , in Davidis auricularium electus dicitur. *Percussu duos leones Moab ,  
percussit leonem in media cisterna in diebus niuis.* Quid tunc ? *Fecit eum sibi auriculariū à secreto.* Id est secretiora cum eo communicabat , & ad arcaniora admittebat. Si inquiras : Cur anteā speciali hoc fauore non fuerit nobilitatus , sed post tres occisos leones ad secretiora fuerit admissus ? Respondebit Glossa Moralis , in leonibus ea denotari virtus , quæ mores depravant , & virtutum successum tardant , scilicet concupiscentiam carnis , oculorum concupiscentiam , & superbiā vitæ. Audi Glossam Morale : *Interfecit irascibilem , & concupisibilem significa-  
tas per duos leones Moab.* Adnectit : *Per tertium vero  
leonem significatur concupiscentia oculorum.* Brutis passionibus non deletis , auriculariij dignitate non floruit remuneratus , quia nec triumphis extiterat insignitus ; ast postquam quidquid vitiosum mira fortitudine extinxit , ad dignoscenda admitti arcana secretiora promeruit. Mentis pupilla ad contemplandam fulgentissimam lucem apta non innenitur , si terris passionum nebulis retardatur : puris oculis opus est ad lucis candorem , & ad veritatis lucem. Hinc erudiuntur Principes , ne adiniserint auricularium , ni fuerit eiusmodi triumphis nobilitatus , & insignitus. Iam idem esse auricularium , & ad secretiora , arcanioraque admissum , tradit Abul. q. 30. *David fe-  
cit , quod Banahias esset secretarius suis , scilicet  
quod loqueretur ei David in secreto ad aurem confi-  
dens illi.* Ad arcana admisit Deus Brigitam eximia morum concinnitate expolitam. Sibi volunt imponere , qui fidem faciunt mulierculis cœlestia secreta sibi afferentibus reuelata , cum earum vi-  
ta eximijs non resplenderit virtutibus expolita. Per heroinarum domus vagantur , opipare ibi vescuntur , cubiculi angustias recusant , celebrari ambitiosè amant : & cum omnia ista eximia hu-  
militatis , virtutisque non sint argumenta , creduntur cœlestia noscere , & commercia cum cœlitibus habere : Banahias post tres leones occisos factus est auricularius. Miro spectaculo prouocatus tendebat Moyses , quibus debuisset consumi flammis , irrigatum , & floridum rubum intuitus. *Vadam , & videbo visionem hanc magnam.* Exod. 3.  
v.3. Deus gressum inhibuit , & pedes denudare præcepit : *Ne appropies ( inquit ) huc : sole calceamen-  
tum de pedibus tuis.* Non multò plus iubet ac-  
cedere , & arcanum mysterium deuotis oculis contemplari. *Veni , mittam te ad Pharaonem , ut edu-  
cas populum meum , filios Israël de Ægypto.* Si modò vocatur , cur anteā accedere non permittitur ? Pro-  
fectò anteā delicijs regalibus renuntiarat , impe-  
rij se abdicarat spibus ; desertorum oves curans defatigabatur erroribus : cur ergo denegetur ac-  
cessus , quem tot virtutum commendabat orna-  
tus ? Quia aliquid erat in pede ( inquit Theodore-  
tus ) quod displiceret , & accessum impediret : ab omni priùs humana solitudine erat expedien-  
dus ,

## T E X T V S .

VER. 23. Et ipse nominatus inter tres robustos , qui erant inter triginta no-  
biliores : veruntamen vsquead tres non peruererat : fecitque eum sibi David  
auricularium à secreto.

## §. X L I .

*Ad dignoscenda Principis arcana eleuari me-  
retur , qui heroicis virtutibus emicuisse  
probatur.*

**G**loriosa virtutum scientia , quod primum est in homine , mores purgat , & quidquid di-

Exod. 3.  
v.3.

dus, ut ad arcana noscenda accederet eleuatus. Vbi nudauit pedem, vocatus est, quia iam perfectè expeditus & nullis fôrdibus defœdatus. Quare (rogat. q. 7.) iussus est Moyses tollere calceamenta? Dicunt nonnulli, ut solicitudines seculares abijceret huic mortali vita adherentes. Nam pelles, unde conficiuntur calceamenta, mortuæ sunt. Aliquid gestabat, quod placeret minùs: ergo quidquid de mortuum abijciat, ut secretioria dignoscat; nam solus mentis oculus omnino repurgatus hanc queit lucem candidissimam intueri, & profundiora scrutari.

## §. XLII.

*Grande meritorum est testimonium, in præcium Principis deligi Secretarium.*

**G**loriosum quidem est à Principe deligi in Secretarium, quandoquidem ipsa electio est vocale testimonium, quod euulgat electi meritum; nam ad hanc dignitatem proiectus omni habetur disciplina eruditus: esse debet silentiosus, & quietate exornatus, linguarum notitia excutus, & nullis erroribus defœdatus. *Arduum nimis est* (aiebat Athalar. 8. Var. 10.) *meruisse Principis secretum*, ubi siquid cognoscitur prodi, vel ab alio formidatur. Ad principis admissus arcana esse debet in silentio cautissimus, in tractandis negotijs expertus, ad labores continuos aptus. Audi datum Athalaricum de Tholonico, quem præcipuum elegerat secretarium: *Ad inuenienda subtilis, ad implenda robustus, ad celanda cauissimus. Egit locum merito publici secretarij.* Electio ad virtusque laudem pertinebat: ad electoris, quia promouerat dignum: ad electi, quia habebat meritorum publicum argumentum. Banahias in Principis secretarium refertur electus, & decantandis etiam actionibus exornatus. *Fecit eum sibi David auricularium à secreto.* Idem esse in auricularium deligi, ac in Secretarium assumi, sentit Abul. q. 30. *David fecit, quod Banahias esset secretarius suus*, scilicet quod loqueretur ei David in secreto ad aurum, confidens illi. Adnectit: *Licet alijs essent conciliari David, tamen non loquebatur eis ea, que occulta esse volebat, & ista communicabat Banahia.* Erat Banahias inter secretarios præcipuus, vt etiam de eius fide, ac prudentia Princeps indubius. Post eximia fortitudinis testimonia, post plurima reportata trophyæ eiusmodi remuneratus est præmio, & Secretarij nobilitatus elogio. *Vtinam* (aiebat Sophar, quasi Iobi calamitatem doleret & fortunam placidiorem ambiret) *Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiae.* Iob. 11. v. 5. In Dei secretarium ad speciem deligi, suspirabat, vt eo nobilitatus fauore & calamitatem prorsus depelleret, & virtutem ingenitam commendaret. *Quasi reserato ore loquitur* (inquit Gregor. lib. 10. Mor. cap. 3.) cum remota obscuritate, dispositionis intima renuit occultare, quod vult. Adnectit: *Sophar itaque Beatum Iob, ut decarnali intellectu redarguat, sique ipsum quanta sit benignitas, ostendat, ea bona optat.* Sophar, dum Iobum ad secretum admitti se desiderare affectat, & vti indignum carpit, & in secretarios electos cum munere fortunam amplificare frequenter insinuat. Iobum ad secretiora admitti precatur, vt possit commodis omnibus exundare: nam de saceruli more qui nobili huic occupationi deseruit, fortunam mivis incrementis adauget.

## TEXTVS.

VERS. 24. &c. A saël frater Ioab inter triginta &c.

## §. XLIII.

*Famam innubilas, qui plectibilem dolositatem affectat.*

**D**edecet virum ingenuum fraudulenta dolitas, & odiosa cunctis simultas. Qui aperto, legitimoque certamine inimicum deuicit, elogium eximia fortitudinis sibi meruit: qui proditorijs fallacijs, indecorisque dolis furori suo est adulatus, à fortium numero probatur expunctus. *Bene vivere, aut honestè mori* (aiebat Sophoc. in Aiace. ingenuum decet. Ingenuus fraudem refugit, versipellem stylum horret, & eliget potius honestè cadere, quam dolosis artibus gloriam detestabilem sibi acquirere. Cùm Asaël in fortium censu referatur: *Asaël frater Ioab inter triginta*: & Ioab eius frater in fortium catalogo non numeratur, Interpretes discriminis causam inquirunt, præcipue cùm Ioab militiae magisterio resplenderit nobilitatus, & hostilibus triumphis insignitus. Audi Abul q. 32. *Quare Ioab non ponitur hic inter istos fortis?* Et quidem Asaël cum aduersarij transfoßus hasta occubuerit, non videbatur fortis gloriam assecuturus; & cùm Ioab aduersarios sèpè subiugarit, videbatur inter fortiores censendus, & tamen Asaëlis dilaudatur fortitudo: *Asaël frater Ioab inter triginta*: & Ioab robur tacetur, nec fortibus associatur? Quæstiōni Abulensis respondet: *Non meruit Ioab describi inter viros fortis, eo quod posuit crimen in gloria sua, scilicet, quia occidit proditorie: & per excogitatas infidias duos Principes Israël, scilicet Amner, & Amasam.* Adnectit: Tales autem cum infames debeant reputari, non merentur describi in catalogo fortium, & honorabilium virorum. Ioab repetitis triumphis, detriumphatis sèpè hostilibus, famam immortalem sibi acquisierat; verum dum dolo Amnerum sustulit (vt constat ex huius libri cap. 3.) dum Amasam proditoria adulatio ne interfecit (vt ex cap. 20. patet) sic innubilavit fortitudinis gloriam, vt omnium sibi conciliarit inuidiam. Itaque licet Asaël ceciderit, fortis pro meruit laudem, dum intrepidè insequitur hostem. Verum Ioab in fortium recenserit non debuit summa, quia bellicam gloriam dolosa proditionis innubilavit infamia. Video adhuc deuictum proiectumque draconem, magnum appellitari: *Fæcum est prælium magnum in cælo, Michael, & Angeli eius præliebantur cum dracone, & dracopugnabat, & Angeli eius... & proiectus est draco ille magnus.* Apoc. 12. v. 7. Magnus dicitur malitia Apoc. 12. censu, non virtutum ornatu. Transi ad Gen. 3. vbi v. 7. idem serpens non appellatur magnus, imò tellurem pectore verit inter animantia cetera maleledictus: *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terre.* Gen. 3. v. 14. Hinc Gen. 3. dubitandi datur occasio: Si magnus dicitur, etiam v. 14. dum proiectus, & vinctus, cur de hominibus triumphos agens, non appellatur magnus? Quia alibi (inquit Basilius Seleuc.) aperto certanit Marte: *Draco pugnabat: alibi verò dolosa triumphauit calliditate: ergo insidiosus dolus prodebat infamem, easus non testabatur imbellem.* Audi Basil. Ora. 3. *Insidiosè mediata aggreditur, curatorem*

curatorem imitans... humanitatem simulat, cum ad eadem accurrat. Dolo vicit, sed ipsa victoria erat victoris nota, erat detriumphantis infamia.

Casus non negavit fortē; nam aperto certamine cadere fortibus probatur contingere; at dolosis thecnis vincere, est famam innubilare.



## C A P V T X X I V .

1.  *T* addidit furor Domini irasci contra Israël, commouitque David in eis dicentem: *Vade, numera Israël, & Iudam.* 2. *Dixitque Rex ad Ioab Principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israël à Dan usque Bersabee, & numerate populum, ut sciam numerum eius.* 3. *Dixitque Ioab Regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterumque contupicet in conspectu Domini mei Regis, sed quid sibi dominus mens Rex vult in re huiuscmodi?* 4. *Obtinuit autem sermo Regis verba Ioab, & Principum exercitus: egressusque est Ioab, & Principes militum, à facie Regis, ut numerarent populum Israël.* 5. *Cumque pertransiſſent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram urbis, quae est in Valle Gad:* 6. *& per Iazer transierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hodsi, & venerunt in Dan sylvestria. Circumeuntisque iuxta Sidonem,* 7. *transierunt prope mænia Tyri, & omnem terram Heuei, & Chananai, veneruntque ad meridiem Iuda in Bersabee.* 8. *& lustrata uniuersa terra, affuerunt post nouem menses, & viginti dies in Ierusalem.* 9. *Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi Regi, & inuenta sunt de Israël octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingentia millia pugnatorum.* 10. *Percussit autem cor David eum, postquam numeratus est populus: & dixit David ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto: sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egī nimis.* 11. *Surrexit itaque David manū, & sermo Domini factus est ad Gad Prophetam, & videntem David, dicens.* 12. *Vade, & loquere ad David. Hac dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum, quod volueris ex his, ut faciam tibi.* 13. *Cumque venisset Gad ad David, nuntiavit ei, dicens: Aut septem annis veniet tibi famēs in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terrā tua. Nunc ergo delibera, & vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem.* 14. *Dixit autem David ad Gad: Coarctor nimis: sed melius est, ut incidam in manus Domini ( multa enim misericordia eius sunt) quam in manus hominum.* 15. *Immisitque Dominus pestilentiam in Israël, de manū usque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo, à Dan usque ad Bersabee, septuaginta millia virorum.* 16. *Cumque extendisset manū suam Angelus Domini super Ierusalem, ut disperderet eam, missus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit: nunc contine manū tuam. Erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusai.* 17. *Dixitque David ad Dominum, cum vidisset Angelum cedentem populum: Ego sum, qui peccavi, ego inique egī: isti, qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* 18. *Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusai.* 19. *Et ascendit David iuxta sermonem Gad, quem precepérat ei Dominus.* 20. *Conspiciensque Areuna, animaduertit Regem, & seruos eius transire ad se:* 21. *& egressus adorauit Regem prono vultu in terram, & ait: Quid causa est, ut veniat Dominus meus Rex ad seruum suum?* Cui David ait: *Vt emam à te aream, & edificem altare Domino, & cesset imperfectio, que grassatur in populo.* 22. *Et ait Areuna ad David: Accipiat, & offerat Dominus meus Rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrum, & iuga boum in usum lignorum.* 23. *Omnia dedit Areuna Rex Regi: dixitque Areuna ad Regem: Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum.* 24. *Cui respondens Rex, ait: Ne quaquam ut vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo David aream, & boues, argenti scilicet quinquaginta:* 25. *& edificauit ibi David altare Domino, & obtulit holocausta, & pacifica: & propitiatus est Dominus terrae, & cohībita est plaga ab Israël.*

### §. I.

#### TEXTVS.

VERS. I. *Et addidit furor Domini irasci contra Israël, commouitque David in eis dicentem: Vade, numera Israël, & Iudam.*

*Plus ostendit Deum iratum permissa culpa, quam altissima inflcta plaga.*

**Q**ui omne bonum honesto circumscripsit, hic felix est, qui errore gaudet, infortunatus. Quisquis se fortuitis dedit, ingentem sibi perturbati

bationis materiam quæsivit. Hinc hominum infortunia nascuntur, quia obscurata passionibus mente ferunt de rebus sententiam: iniquam dolent fortunam, si salus non floreat, si census deficiat, si ambitus non succedat: circa volatrica, & temporalia certamen est: de animo aut minor, aut nulla cura. *Vna haec via est* (aiebat Senec. Epist. 75.) *ad tutu vadenti, & externa despicer,* & honesto contentum esse. Qui aliquid culpâ fœdus, aut virtute pulchrius censet, se egregie fallit. Diuturna populus fame laborarat, nec tamen Deus refertur iratus: *Facta est famæ in diebus David tribus annis iugiter.* Sup. cap. 21. v. 1. Hic ardenti Dominus furore contra populum refertur commotus: *Addidit furor Domini irasci contra Isræl.* Dura populi egestas videbatur diuini furoris effectus: non iratum prodebat ad speciem Numinis populus recensitus; cur ergo inopiam presso populo Deus non referatur iratus, cum dicatur, recensito, furore indignationis commotus? *Addidit furor Domini irasci contra Isræl:* Quia hic David culpam perpetrate permisus est, alibi eti premeret inopia, efflorescat constans patientia: ergo non erat indignationis argumentum abundantiam amputare, ut posset virtus florere; at permittere in euādam Dauidem labi superbiam, testabatur Numinis iram. Prodest Lira: *Permisiſt David efferri ad enumerationem populi.* Hic elationis culpa permittitur, ibi populis fame durissima diuexatur; utque noueris esse longè grauius malum culpam, quam inopiam: dum inopia vrget, Deus non dicitur iratus, dum culpa fôrdidat, furore dicitur plenus: *Addidit furor Domini, &c.* *Permisiſt David efferri ad enumerationem populi.* Dum Moyses Domini ditionem extrahere obnittitur, & in Ægyptum legationem excusare conatur; contra illum iratum Deum Textus retulit: *Iratus Dominus in Moysen.* Exod. 4. v. 14. Tendenti, ut explaret iussa, occurrit Dominus, cædem intentans, nec tamen iratum prodit gladius distictus: *Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.* Exod. 4. v. 24. Percutere occideréque velle manifesta indignationis videbantur indicia, & tamen de ira siletur, in reluctantem Moysem iratus dicitur. Ecqua discriminis causa est? Quia alibi intentabatur pœna, alibi aliqualis commissa est culpa: Ergo ira fœdiorem ostendit culpam, quam pœnam Notauit Caietanus. *Si culpa vacasset petitio Mossis, nequam iratus fuisset Deus, sed eoipso quod iratus scribitur, manifestatur culpa Mossis.* Quantumuis defauit pœna, cœlestis non ardet ira, & ardet ira, dum homo defœdatur offensa. Ut notum omnibus fuerit, grauius esse malum leuem etiam culpam, quam mortis pœnam.

## §. II.

*Preciprum dæmonis studium est, Principem depravare, ut omnem posse generalitatem affligere.*

*Q*uod prestabilius est (rogabat Plin. in Paneg.) aut pulchrius manus deorum, quam castus, & sanctus, & dijs simillimus Princeps? Totius Reipublicæ est salus Princeps virtutibus expolitus, ut pernicies, culpatum fôrdibus defœdatus. Regentis ambitus, fastus gubernatoris superbis, immetus cupidinis appetitus, nil relinquit intactum. Chrysologum audi ser. 86. Usquead Herodem Iudaicæ genti sacerdotalis sanctitas, senum grauitas, patrum pietas

Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

presidebat: inserat lex divina, ambitio nil ibi, nil temeritas, presumptio nil valebat. Sub probo præsule omnia gerebantur iure, quin temeritati aliquid, aut ambitioni liceret. Ast vbi Herodes ei genti præfuit, ius proculebatur, ordo confundebatur, lex violabatur, & superior indignis affectionibus diuenditus, infelicissimus totius populi erat status. Redeat iterum Chrysologus: *Herodes veniens ex gente aliena, inuasit regnum, violauit sacerdotium, confudit ordinem, mutauit mores, spenuit senes, infecit iuuenes.* Nil iam erat ea in Republica disciplinæ; nam sub iniquo præsule prorsus æquitas exulabat, & improbitas efflorebat. Hinc est, quod dæmon, ut uno iœtu Rempublicam totam feriat, tela in Principem studiote collimat. *Addidit* ( inquit Textus ) *furor Domini irasci contra Isræl, commouitque David in eis dicentem: Vade, numera Isræl, & Iudam.* Diabolus furoris nomine significatur, ut patet. 1. Patalipom. v. 1. vbi sic habetur: *Consurrexit autem satan contra Isræl, & concitauit David, ut numeraret Isræl.* Itaque furor Domini idem est, ac satan. Et dum dicitur furor in Israëlitis populu inexcandescere, diabolus dicitur furere: sed votis suis videtur contrarius; nam si discipit Israëlem affligere, cur solum Dauidem aggreditur concitare? Sto Dauid vanitati blandiatur, & ferè innumeræ subiectorum summa glorietur, totum hoc erit Principis peccatum, non infaustum generalitati auspicium: si ergo satan contra Israëlem furit, vni Dauidi non obtendat insidias, sed toti populo thecñas. Proh dæmonis versutiam! Culpa Principem inficere satagit, ut totum populum feriat, ut qui bene nouerat calamitatem populis imminere, si Principem contingat culpis fœdari. Et quidem vbi Dauid deliquerit, ingens populorum pars peste grassantissima periret. *Permissus est* ( inquit Abul. q. 5. ) *peccare Rex, quo peccante, totus populus punitus est.* In totum populum furor effervescit, vbi culpam Dauid admisit; nam, si caput culpis inficitur, calamitas in membra cætera detinatur. Annis tribus Isræl fame lurida laboravit, & populi famæ ab insana Saulis cupidine suprà vidimus promanasse. Nam, ut Principem sitibunda inflammatu cupiditas, populum diuturna diuexauit paupertas. Mihi non carere videtur mysterio, referre Matthæum, duos à dæmonie inuasos appellenti Christo occuruisse: *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia.* Matt. 8. v. 28 & Marcum breuiasse numerum: *Occurrit de monimentis homo in spiritu immundo.* Marc. 5. v. 2. Au- gust. in Cat. ad Marc. 3. quærit: Cur Marcus v. 2. vnum referre contentus sit, aitque, fuisse in re gione illa inuasum à dæmonie nobilitate clarum, potestate insignitum, satisque fuisse Marco re ferre Principem dæmoniacis motibus perturbatum, ut innueret laborem ad alios etiam exten tam. Augustini verba sunt: *Cum Matthæus dicat, duos fuisse, Marcus, & Lucas unum commemorant, ut intelligas, vnum eorum fuisse persona alicuius clarioris.* Vbi hominem Principem potestate, claritate conspicuum dæmon possedit, transitum per viam illam cæteris impeditinit: *Ita ut nemo posset transire per viam illam.* Ut Christi Domini potestati dæmon obnittetur, Principem, nobilèm que percipiuit acquirere, quasi nobili, principique improbo, esset facile cæteros subiugare. Nissen. audi in Cat. ad Marc. 5. *Parauerat se cætus demonum ad resistendum diuine potestati.* Vbi nobilis, Principisque dæmon possedit præcordia,

ooo Christo

Christo valida opponebat obstacula: satis fuit, nobilem, dæmoniacum referre, ut nosceretur, nec esse solum, nec Christum tendentibus deesse in via ingens satis impedimentum. Nam sub Principe obscuris moribus deprauato tranquillitas non floret, nec virtus viget: Sathan contra omnem Israël exacuit spicula, cùm Daudem criminis obscurauit offensa: *Consurrexit sathan contra Israël, & concitauit David, ut numeraret Israël.*

## §. III.

*Qui de virtutibus acquisitis superbit, ipsa elatione diminuit.*

**V**T humilis modestia omnium est virtutum tutela, sic præsumptio, manifesta probatur esse ruina. Enigmati est simile: Qui sibi virtutibus videtur vacuus, humili deiectione ditescit plenus, qui se arbitratur plenū, plenitudinis elatione redditur vacuus. *Indubitate gloria,* (aiebat Cassiod. g. Var. 25.) morum custodisse mensuram. Adnectit: *Hinc virtutum omnium sumitur manifesta cognitio, hinc sapientia veritatis sapore conditur, sic ad omnia redditur humilis, quem imbut doctrina cœlestis.* Cœlesti doctrina imbutus modesta resplendet humilitate exornatus: qui se virtutibus gloriatur esse copiosum, elatione ipsa agnoueris denudatum. Daud de subiectorum ingenti summa gloriatur tumidus: *Numerus Israël, & Iudam:* & iam subditorum numerus inuenitur breuiatus: *Mortui sunt ex populo à Dan usque Bersabee septua inta milia virorum.* Si inquiras: Cur à numerationis culpa tanta imminutionis oriatur pœna? Respondebunt Interpretes, vana gloria Daudem tumuisse, & tot se habere subiectos, vt sumam excederent, cogitasse: ergo quas humilitate militum custodiret copias, elatione pestifera imminuit summas. Audi Glossam Mor. Per David, qui ex elatione præcepit populum numerari, significatur quicumque superbiens de bonis operibus, cum tamen sint ex bonitate Dei. Regni amplificationem maluit Daud sibi adscribere, quām fauori Numinis applicare: ergo cū multitudine effertur, ipsa elatione subiectis plurimis viduatur. Audi Ambrosium de Pœnit. c. 9. *Felicitatem suam popularibus extulit incrementis, & lucra multiplicati exercitus inter principalia gaudia numeravit.* Acceptis triumphis gloriosus intumuit, tot dominari populis inter præcipua gaudia numeravit; verū, dum numeravit, imminuit; si tot se dominari nesciret, sapienti ignorantia augeret; nam vt humilitas virtutum est nutrix, ita superbia esse probatur depopulatix. *Diuines* (aiebat Psalt. Psal. 33. v. 11.) eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Sibi Psaltes videtur contrarius; nam, nec egere quibunt, nec esurire, si probentur diuinarum copiæ exundare, aut si agent, esuriuntque, nequibunt inter diuites recensi: quomodo ergo abundantiam, & inopiam, quæ sibi bellum inferunt, associavit? O vtilem nobis eruditionem! si virtutibus diues superbiat, ipsa superbia egenus redditur, & virtutibus denudatur; vnde, quibus ipse putat exundare, probatur manifestè carere. Ergo diuites eguerunt, nam quas possederant diuinas, superbiæ vento exsufflarunt. Innuit Hugo Card. *Eguerunt bonis spiritualibus.* Bonis spiritualibus pauperes reddiderunt, quia se ditescere existimarent; nam superbia est virtutum tinea, humilitas est tutela.

## §. IV.

*Generali mulcta generalis debet puniri offensa.*

**N**On vnius, aut alterius ritè punitur supplcio, si plectibili generalitas sordescat reatu, nam quos infecit culpa, affligere debet pœna. *O iustissima dea, mortalibus beata, optabilis* (canebat Orpheus de iustitia apud Stob. cap. 9.) *qua semper propter aquitatem gaudes!* Iustitia æquitate gaudet, incorruptis legibus floret: statera iustitiae haberetur suspecta, si omnes perpetrasse constet peccatum, & vnum, aut alter ferat supplicium. Furor Domini contra Israël defecit armatus, nec vllus fuit status à generali supplicio exemptus. *Addidit furor Domini irasci contra Israël.* Generalis pestilentiae plaga ab æquali promanauit iustitia. Quodsi per quiras causam, reperies Israëlem cunctum fuisse secutum, non sine graui culpa, Absalonem. *Vniuersus Israël sequitur Absalom.* Suprà 15. v. 13. Ergo cū totus Israël à Dauide iniqua coniuratione defecerit, totus etiam meritas pœnas exsoluit. Notauit Theodert. apud Gloss. *Populus luit pœnas sua iniquitatibus; relitto enim Regi, militauit sub impio tyranno, & parricida filio.* Maluit Israël tyranno inservire, quām Daudi legitimo Principi obtemperare: ergo contra Israël profertur generalis sententia, quia Israëlem generalis coniurationis fœdavit culpa. Sæpè in errore communi luit pœnas inualidus, & effugit diuitijs, aut nobilitate conspicuus. Totus Amalec Dei populo restitit, & viam impediuit protervus, Saül à Domino ad expetendam dignam criminis vltionem mittitur designatus: *Percute Amalec, & demolire vniuersa eius.* 1. Reg. 15. v. 3. verū <sup>1. Reg. 15.</sup> bus corruptus, aut cupiditate sordidatus pepercit <sup>v. 3.</sup> Principi, & pœnam inflxit pauperi. *Pepercit Saül, & populus eius Agag.* 1. Reg. 15. v. 9. Huius <sup>1. Reg. 15.</sup> piaculi pœna regni priuatio fuit. *Abiecit te Dominus, ne sis Rex.* Grauis cui videatur mulcta, quando parcete Regi, & optimis gregibus videbatur misericordia: cur ergo deturbetur è throno, qui clementi ad speciem errarat piaculo? Expende, deliquisse contra æquabilem iustitiae legem. Nam, cū esset commune Amalecitatum peccatum, Saül meritum omnibus non inflxit supplicium: ergo dum plectibili misericordia alijs remittit pœnam, & alijs infligit mulctam, iudicaria debuit potestate priuari, quia æquabilitatem iustitiae reperiabatur euertere. *Cupiditate* (inquit Lira) *reservauit meliora de preda.* Qui esse debuit iustitiae ara, erat æquitatis ruina; sub generali delicto alias luebat pœnam, & alias, quia diues, aut dignitate decorus, inueniebat misericordiam; ergo iure priuatus est potestate, qui ab æquitatis defecerat rectitudine; nec Numinis videbatur minister, qui æquali non vtebatur iustitia, sed pro status diuersitate diuersa misericordia.

## T E X T V S.

**V**ER S. 2. Dixítque Rex ad Joab principem exercitus sui: *Perambula omnes tribus Israël à Dan usque Bersabee, & numerate populum, ut sciam numerum eius.*

## §. V.

*Populo probatur calamitas imminere, si ad colligenda tributa plures contigerit assignari.*

**A** Morem populi erga se debet Princeps studiōsē fouere, nec amaris causis minuere. Subiecti regnantibus pendant lubenter tributa, in ipsorum commoda convētenda; nam tranquillitas fouetur, si hostilitas aduersariorum abigitur; curandum tamen Principibus est, si populum optant fortunatē florere, ne contingat tributa collecturos multiplicari: nam, aut tempus fellita misericordia prorogant, aut exactione nimia diuexant. *Dici non potest disciplina* (aiebat Cassiodor. 11. Var. 10.) quando ipsa fuerit corrigenda. *Studere ergo nobiscum, ut boni mores prouincialibus dentur, sed nuditas auferatur.* De remedij*s potius quād de lesionē tractetur.* Graue malum est quicquād ad largiēda iuris beneficia fieri, & mixtum lesionibus inueniri. Reatus quidem est, esse sub debito, & soluendo obligari tributo; verū grauius emergit incommodum, quād de ipso tributo, de auato exactorum ingenio, vnde horum multiplicitas populi probatur esse calamitas. Sæpepius iam diximus historiæ coloribus, quidquid ad mores pertinet, adumbratum: ergo populus grassante peste affligitur imminutus, cūm ad colligenda tributa grandis refertur exactorum numerus designatus: *Dixit Rex ad Ioab principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israēl à Dan usque Bersabee, & numerate populum, ut sciam numerum eius.* Cūm plures ad numerationem designantur, plures ad tributa exigenda designati inueniuntur: *Numerate populum.* Qui ad nomen numerati transibant, tributum aliquod exsoluebant, vt habetur Exod. 30. v. 12. *Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicuti iuxta mensuram templi.* Itaque tributum soluebat, cūm populus numerabatur: ergo expendendum venit, idem fuisse plures ad numerationem designari: *Numerate populum: & populum peste consumi: Mortui sunt ex populo à Dan usque Bersabee septuaginta millia virorum.* Populi legitur imminutio, cūm exactorum refertur multiplicatio, quasi hēc duo inter se inseparabili fuerint nexus associata, scilicet exactores, seu nominatores multiplicari, & tributarios imminui. *Sciendum* (scribit Abulensis q. 7.) quid non iussit ei numerare solum, sed etiam iussi alijs principibus cum eo (vt patet 1. Paralip. 21.) scilicet: *dixit David ad Ioab, & ad principes populi: Ite, & numerate Israēl.* Pluribus ad recensendum populum designatis, pestis est grassata, quasi recensentium multiplicitas popularium fuerit calamitas. Vbi Deus populum decreuit affligere, per coruos Eliæ alimenta subministravit. *Corui deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panes, & carnes vesperi.*

Exod. 30.  
v. 12.

3. Reg. 17. v. 6. Satis videbatur Prophetæ & quidem abstinenti, alendo vnicus coruus, & tamen multiplex designatur coruorum numerus. Columba virentem Noë olin atulit ramum, ergo coruus Prophetæ afferat alimentum. O vtile eruditonem! Fame populus premebatur, quando ad exigendum, afferendumque panem coruus multiplicabatur: nec huius vindictæ cursus stetit, quoique coruus cessauit; nam, cūm Deus ad misericordiam maturasset, ab eo coruis ministerio abstinere præcepit, quasi necessarium esset, vt

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

quiet populus respirare, coruos inhiberi. Innuit Basili. Seleuc. ora. 11. *Coruos ministerio iubet abstinerere.* Adnectit: *Iudeorum animaduersiōnē ita misertus est: Miseratus est populum, vbi iussit cessare coruorum numerum.*

## T E X T V S.

**V**ERS. 3. Dixitque Ioab Regi: *Adaugat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterūque centuplicet in conspectu Domini mei Regis: sed quid sibi Dominus meus Rex vult in re huiuscemodi?*

## §. VI.

*Sine causa ad tributum cogere, cogentis est culpa, & tributariorum miseria.*

**P**lus Princeps populo tribuit, tributa exigens, quād populus soluens; nam in debitum finem expensis, aut Republicæ ornatus augetur, aut ambitus aduersariorum reprimitur. Verū, si iusta causa non vrgeat, ad tributa cogere cogentem defcedat. Disertè Cassiod. 4. Val. 38. *Servientium imminutio est huius illationis accessio: quantumque pars illa proficit, tantum se hēc à firmitate subducit.* Sed à nobis, qui fisci utilitatem stabili volumus diuinitate confidere, excludenda est dispendiosa semper enormitas. Excludenda est tributorum exactio semper odiosa, præcipue si rationabili causa non videatur innixa. Hinc est, quid Ioab, cūm annumerare populum iuberetur, & à recensitiis, tributi nomine, aliquid solueretur, non defuturam asseruit culpam, nec politices bona offendit: *Quid sibi Dominus meus Rex vult in re huiuscemodi?* Expressius habetur. 1. Paralip. 21. *Quare hoc querit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Israēli.* Aci diceret: Modò non vrget bella, imò otiantur arma, cūm pax restoret tranquilla: ergo, cūm in numeratione sit tributum soluendum iuxta promulgatam Exod. 30. v. 12. legem: *Dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicuti iuxta mensuram templi:* culpa non carebit, populum numerare, aiebat Ioab, dum cogitur sine causa, tributum soluere. Prodest Abulens. q. 10. *Ioab nolebat, quid computaretur populus, quia putabat hoc esse peccatum, cūm nulla causa subfisset.* Dum rationabilis subfesta causa, dum ad necessaria penditur propagulorum subsidia, & ad prouida Republicæ tutamenta, crimen abest; ast cūm honesta non subfesta causa, emergit indubie culpa. Redeat datus Cassiod. *Sicut Odouacris tempore tributa soluerunt, ita & nunc ab eis publicis utilitatibus seruiatur: & si quid amplius probatur adieclum, consideratione defectarum virium submouemus.* Nolumus enim tale aliquid indici, quod sit necesse remoueri. Sine culpa non adiicitur, quod laudabiliter remouetur: ergo Ioab, cūm nulla subfesta causa, tributariam numerationem defcedandam asseruit culpā. *Ausfer hinc* (aiebat Tertul. de Carne Christi cap. 2.) *molestos semper Cæsaris census.* Et cur à Cæsare exactus census molestus dicitur? Quia populum iussit numerare, cūm generali pace indubium erat floreare. *Exit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur uniuersus orbi.* Luc. 2. v. 1. Audi Bedam in Cat. Nullum potuit maius esse pacis indicium, quād una totum orbem descriptione concludi. *Descripti vi In-*

QOO 2. terpre

terpretibus placet) quid soluebant: ergo non poterat non esse populo molestum, pendere sine causa tributum. Iure ergo Tertullianus dixit auferendos esse molestos Cæsaris huiuscemodi census. *Aufer hinc molestos semper Cæsaris census.* Quia census, & Cæsarem denigrabat, & populum opprimebat.

## §. VII.

*Sine causa tributum adiçere, est ad peccandum populum instigare.*

**F**eliciter domino seruire, est obtemperantium commodum, & tributa vilitati generalitatis profutura pendere, augmentum. Tellus subtilem pedit vapores, qui fertiles in pluviis conuerteri, pendentem fragrantibus vestiunt floribus, & micantibus ditant fructibus. Non debet grauanter ministrari, quod ratione constat exhiberi; verum dum populus sine causa cogitur, instigatur. *Valde dignum est (iebat Athalar. 8. Var. 25.) in eis aliena fernare, quibus oportet propria dona conferre.* A Principe, superioraque, veluti perspicuo fonte, debent plurima in Rempublicam beneficia deriuari, & deriuata foueri: Ergo, si populus sentiat Principem vilitati non prouideret, sed nouis grauaminibus molestare, aut grauanter feret iugum, aut patietur scandalum. Dauid sibi de regni amplificatione blanditus, aut inanis desiderio gloriae motus, populum voluit recenseri, summamque sibi seruientium sciri: verum, cum populus quid recensitus solueret, prudenter timuit Ioab, cum nulla rationabilis causa suppeteret, populo suppurationem fore molestem, imò & peccatis obnoxiam. *Quid sibi Dominus meus Rex vult in re huiuscemodi?* Hæc Ioabi interrogatio clatior habetur. 1. Paralip. 21. v. 3: *Quare hoc querit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Israëli?* Aci dicat: Cum suppuratione videatur otiosa, erit generalitati molesta. Et forte tranquillitas obturbabitur; verendumque est ne sit pacis scandalum, exactum sine occasione tributum. *Quare hoc querit Dominus meus, quod in peccatum reputetur Israëli?* Cum tributis nascuntur etiam peccata, & emergunt contra tranquillitatem delicta. Prodest Noster Sanct. *Cum unusquisque eorum, qui in censum illum essent relati, dimidium solum deberet impendere, nec omnes aut vellent, aut possent, occasio illis offerebatur à Rege, ut multi peccarent.* Vereri poterat Dauid, ne excusabile tunc tributum populares animos inquietaret, & ad delinquendum igniculos ingentes adiiceret. Antiochus ambitioso ardore exercitum magnum instruxit: & licet exhausto iam thesauro, tributa populis adiçere opus videretur, ausus non est exigere, timens ruinam propriam, dum patientiam quassat alienam. *Vidit quod defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica, propter dissensionem.* 1. Mach. 3. v. 29. Etsi illi causa videbatur legitima, & tributa imposita populis essent moderata, nihilominus nota adiçere non est ausus, quia dissensionem populi fuerat expertus. Prodest. S. Thom. ad hunc locum: *Subditi dissenniebant sibi, eo quod magnanimus erat in excedendo, & exactiones volebat facere contra legitimam terram antiquam.* Velle modicis tributis adiçere noua, sed fovere adictione timuit dissidia; nam ferebat indignè populus non solum antiquis ingrauari, sed nouis contributionibus premi. Pru-

denter ergo admonuit Ioab ab inutili enumeratione abstinendum, ne populis daretur scandalum.

## T E X T U S.

VER S. 4. Obtinuit autem sermo Regis verba Ioab, & principum exercitus; egressusque est Ioab, & principes militum à facie Regis, ut numerarent populum Israël

## §. VIII.

*Principes populi sèpè detimento tueri malum semel decreta, quam prudenter audiare consilia.*

**N**on deest sèpè, qui salubria Principibus conetur consilia præstare, & eos à periculosa gestat sententia abducere; ipsi vero maiestatis putant iniuriam, proprio ductu non regi, & aliorum quamvis prudentium dictamine gubernari. Augustus Cæsar querebatur, quod Agrippa, aut Mæcenate careret, quorum consilio posset facienda disponere; verum putabimus defuisse similes, aut surdas Augusti aires? Agrippa, & Mæcenas, si superstites, ora continerent, & sursum Cæsarem aestimarent. Disertè Senec. lib. 6: de Benefic. cap. 32. *Quid putem? defuisse similes, qui assumerentur, an ipsius vitium fuisset, qui maluit queri, quam querere?* Non est quod existimemus Agrippam, & Mæcenatem solitos esse illi vera dicere, qui, si vixissent, inter dissimulantes fuissent. Plures inter dissimulantes sunt experti Magnates adeò fixè inhærente semel decretis, ut nullatenus cesserint sanis consilijs. Decretaverat Dauid populum numerare, Ioabus modestè satis Datidis decretis obnixus est: *Quid sibi Dominus meus Rex vult in re huiuscemodi?* Aci diceret: Ex populi censu nulla promanare potest vtilitas, & orietur forte calamitas. Prudens hoc Ioabi consilium dignatus est Dauid gratis auribus suscipere, & decreta maluit tueri. Obtinuit autem sermo Regis verba Ioab, & principum exercitus: egressusque est Ioab, & principes militum à facie Regis, ut numerarent populum Israël. 1. Paralip. 21. sic habetur: *Sermo Regis magis præualuit.* Præualuit quod minus considerate Dauid decreuerat, & despectum est, quod Ioab rationabiliter coniebat. Nam Principes frequentius gratas præbent aures adulatorijs fallacijs, quam salubribus consilijs. Prodest N. Sanct. *Constat, non unum Ioab, sed alios etiam Principes conatos fuisse Regem ab eo abducere consilio numeranda plebis.* Sed iam Rex obstinarat animum in eam cogitationem, atque ideo inanis excidit illa Ioab; principumque contentio. Malunt Summates inane prosequi desiderium, quam salubre amplecti consilium: Ergo vtilia non audiunt, quia audire nolunt: non exoritur semper error ab stantium silentio, sed ab obstinato Principis animo. Ioab admonebat vtilia, Dauid tentabat periculosa, & tamen Ioab, Principumque sine fructu contentio excidit, & Dauidis decretum preniosum præualuit. Achior prudenti consilio Holophernis reprimebat audaciam, testatus, si placatus esset Hebræorum Deus, graui detimento experiendam eius potentiam. *Si non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos.* & erimus

Iudith. 5. erimus in opprobrium vniuersa terra. Iudith. 5. v. 25.  
v. 25. Qui tunc? Iratus Holophernes minatur mortem,  
& Achior ligatur ad arborem. Tunc Holophernes  
praecepit seruis suis, ut comprehendenterent Achior, &  
perducerent eum in Bethuliam. Iudith. 6. v. 7. Holop-

phernes vera dicenti decreuit mulctam, neque  
suam ipse retractauit sententiam: effectus proba-  
uit Achior vtilissimum fuisse consilium, Holop-  
phernes verò sic indurauerat animum, vt minatus  
fuerit supplicia, cui largiri fas erat præmia. Hic  
(inquit Lira ad Judith. 6.) consequenter describitur  
indignatio Holophernis, & primo verbis iniuriosis,  
secundò factis. Quis è toto exercitu Holophernem  
auderet tumore præcipitatum reprimere, aut votis  
cito plectendis refragari, intuitus Achioris præ-  
mium, quia vtilissimum dederat Holopherni con-  
silium? Omnes certatim blandis adulationibus  
impelabant periculi oblitum, assequendum sine  
difficultate mentiti votum.

## §. IX.

*Mirum est, si quis, ut populo consulat, votis  
Principis contradicat.*

**I**N Regum aulis blandiendi certamen est: quis  
dulcius fallat & insana Principis vota gratis  
adulationibus foueat. Laudatur Princeps in des-  
iderijs animæ suæ, & sèpè ingenti populi detri-  
mento insano gubernantis plauditur voto. *Iliud*  
*melius eligitur* (aiebat Cassiodor. 7. Var. 2.) *vnde*  
*præsidentis opinio sub administratione laudatur.* Præ-  
sidentis opinio magnis laudibus celebratur, et si à  
ratione, & populi vtilitate satis aliena probetur;  
ab astantibus tamquam sibi melius eligitur, quo  
præsidentis animus demulcetur. In admirationem  
venit Ioab, alijque Principes, qui cùm non du-  
bitarent, velle Principem populum recenseri, non  
timuerunt refragari. *Obtinuit autem sermo Regis*  
*verba Ioab, & Principum exercitus.* Id est senten-  
tia Dauid præualuit, sed populo prouidens Ioab  
bus contentionē vñbana restitit. Opposuit Ioab  
Regis iussis populum irretiendum peccatis, & ob  
peccata miserijs. *Quare hoc querit Dominus meus,*

**i. Paralip.** *quod in peccatum imputetur Israëli?* **i. Paralip.** 21. v. 3. Ac si diceret Principis votum nullum ei affe-  
ret commodum, & allaturum videtur populis de-  
trimentum. Nónne demiraris Ioab populo con-  
sulentem, & votis Principis refragantem, quando  
aulicis frequens est inutilia Principum vota foue-  
re, & vtilitatem Reipublicæ despectare? Notauit  
Abul. q. 10. *Ioab vidit voluntatem Regis inclinatam*  
*ad aliquid, quod erat penitus sine ratione, idèo timuit,*  
*quod diabolus incitasset eum ad hoc, quod veniret ali-*  
*quod malum super populum.* Prævidit Ioab ex Prin-  
cipis desiderio oriundum populo incommodum:  
ergo ingenua libertate restitit, & numeratione  
se opposuit. Expertus fuerat Balaam graue in via  
periculum, & Balaac esse detestabile votum: ab  
Angelo admonitus, ne in populi detrimentum  
Principis vota foueret, proiunxit; sed ubi ad Ba-  
lac peruenit, Principi paruit, & populi salutem  
contenipxit: ni Dominus in ore Balaam posuisset  
verbum, Principis proficeret votum. *Dominus po-*

**Num. 23.** *suit verbum in ore eius.* Num. 23. v. 4. In ore posuit  
verbum; nam Balaam corde desiderabat explorare  
Principis votum. Prodest Oleaster ad Mor. *Ser-*  
*uiunt iniuti impij bonis, quia à Domino coguntur ad*  
*hoc.* Cupiebat iste populo Domini maledicere, sed non  
permisiebat eum Deus, immo cogebat eum benedicere ei.

Balaam populi vtilitati prouidit coactus, Princi-  
pis desideria perficere suspirauerat ambitiosus.  
Miraculo opus fuit, vt populi attenderet commo-  
dis, & obniteretur imperantis desiderijs; est nam-  
qua insolitum populi vtilitatem præponere, &  
summatum votis resistere.

## T E X T V S.

**V E R S . 5. 6. 7. & 8.** Cùmque petransissent  
Iordanem, venerunt in Aroer ad dexte-  
ram vrbis, quæ est in Valle Gad: & per  
Iazer transierunt in Galaad, & in ter-  
ram inferiorem Hodsi, & venerunt in  
Dan sylvestria. Circumeuntésque iuxta  
Sidonem, transierunt prope mœnia  
Tyri, & omnem terram Heuæi, & Chan-  
nanæi, veneruntque ad meridiem Iuda  
in Bersabee: & lustrata vñiuersa terra,  
affuerunt post nouem menses, & viginti  
dies in Ierusalem.

## §. X.

*Sæpè cogitur populus pati incommoda, & pen-  
dere afflignantibus alim. ntæ.*

**S**æpè ministri à Principibus delegati varijs  
causis affligunt populum, & opus est pendere  
afflignantibus alimentum. Quod de Elephante re-  
fertur, ministris regalibus applicatur. Audi Cas-  
siodor. 10. Var. 30. *Moru corporis ab diuersis postu-  
labat, quod magistro porrigit, & nutritores compendia  
sua putat alimento: quod si aliquis præbere contem-  
pserit postulata, rexica collectaculo patefacto, tantum  
dicitur alluusionem agere, ut in eius pennatibus qui-  
dam flumius videatur intrare. Elephas motu corpo-  
ris sibi postulat alimenta, & magistro dona. Quod  
si quis denegat, opus est alluisionis molestias su-  
stinet: ergo miseri terrorem suum, hoc est Ele-  
phantem, nutrunt, & ne graviora patientur, im-  
pensas soluunt. Audies Ioab, aliosque ministros  
varias regni plagas perambulasse, & ad censem  
populum redigisse: Venerunt in Aroer ad dexte-  
ram vrbis, quæ est in valle Gad &c. non tamen au-  
dies secum alimenta asportasse. Cùmque sacra  
Scriptura tacendo loquatur, dum non refert tu-  
lisce secum regios ministros aliqua vitæ subsidia,  
videtur indicare exhibita à recensis populis ali-  
menta. Fortè affectabant emere, præiūmque lar-  
giri, sed populus, vt aliquam iniret gratiam, ex-  
hibebat afflignantibus alimoniam. Huc voco, quod  
aiebat Greg. apud Glossam: *Tumore repentina elati-  
onis inflatus populum numerando, peccavit, & popu-  
lus panam suscepit.* Populus & suscepit, & soluit  
pœnam, dum Ioab, & principes redegerunt ad  
summam. Laudabilis actio, thesis nostra sit ful-  
cimentum. Elias fidelissimus Dei minister meritis  
afflixit pœnis creaturas, nubibus injiciens clau-  
stra, & denegans telluri pluviarum opportuna  
subsidia. *Vivit Dominus Deus Israël, in cuius conspe-  
ctu sto, si erit annis his ros, & pluvia nisi iuxta oris*  
*mei verba.* 3. Reg. 17. v. 1. Sententia seruabatur; &  
creatura mulctabatur. Quid tunc? Coruus, qui  
filios videt famescere, opus habet afflignantis mini-  
stro alimenta præstare. *Corui deferebant ei panem,**

*& carnes mane, similiter panes, & carnes vesperi.* Corui Deo obsecuti alimenta Prophetæ deferebant, & thesim nostram suis actionibus adumbrabant. Digna Elias castigatione effruescentem populi impietatem puniebat: coruus, ut cæteræ creature, erat calamitati subiectus, & sterilitate vexatus, & tamen ministro pœnas irroganti afferebat alimenta, & deliniebat obsequiosis officijs ipsum, à quo affligebatur diuturnis pœnis. Pro adhortamento erat coruorum actio, ut Elias latam temperaret sententiam, & concederet terræ pluuiam. Inuit Basil. Scleuc. Ora. 11. *Filiorum proditores tibi sunt alimenti suppeditatores.* Ne igitur durior fueris coruus pullorū osoribus. Vrebantur creature lutida fame, concutiebantur siccitatis duratione, & tamen, qui sustinebat coruus cum cæteris mulctam, explicabat ministro mensam. Coruorum filij inopia præmebantur, & ministro fercula afferebantur; ut hac in imagine depictam miseriad adspicias. Ab exactoribus Regisque ministris solent plures affligi, & cum domi filij careant alimentis, coguntur miseri delinire exhibitis exactoren officijs: afflicti coguntur ieunare, & vacuo ventre, alimenta afflignantibus non possunt non exhibere. Nulla Ioab, cæterisque ministri regij tulisse secum referuntur alimentorum subsidia, & ab afflictis, in censumque redactis præstabuntur alimenta.

## T E X T V S.

V E R S. 9. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi Regi, & inuenta sunt de Israël octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum.

## §. X I.

*Quisque quæ ad se pertinent, studet amplificare, quæ pertinent ad alios minuere.*

Innatus homini superbiæ fastus adlaborat ad se spectantia magnificare, & alijs exaggerando præponere. Ut suam Athalaricus modestiam commendaret, sic aiebat. 8. Var. 11. *Vultis scire, quæ vos affectione complectar? insertus stirpe regia vocabulum vobis volui habere commune.* Cùm de more sit, inquit, sua quemque anteferre, & gloriofiori nomine designari, hunc veluti innatum omnibus appetitum repressi, & communis non renui vocabulo appellari. Eiusmodi humani cordis affectatio mihi videtur adumbrata in tradita à Ioab dinumerati populi summa. Lustrata iam omni ditione, Ioab amplificatum retulisse videtur numerum. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi Regi, & inuenta sunt de Israël octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium, & de Iuda quingenta millia pugnatorum. Si relatam hic summan cum summa descripta 1. Paralip. cap. 21. conferas, discordare reperies; nam Israëlis numerus inuenitur non parum auctus, & Iudæ tribus immunitus. Inuentus est omnis numerus Israël mille millia, & centum millia virorum educentium gladium: de Iuda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum. Cùm alibi de Iuda referantur quingenta millia, hic immunitus est numerus; & cum de Israël minor alibi relatus numerus, hinc referatur amplificatus: *Mille millia, & centum*

*millia virorum educentium gladium.* Cùm magna sit in relatis summis diuersitas, scrutantur Interpretes, unde hoc discrimen fuerit exortum? Varias varij afferunt causas; Sed mihi pro concinnandis moribus allata à Nostro Sanctio non displicet. Ait, cùm diuersis hoc munus fuerit iunctum, Ioab, quæ ad tribum suam pertinebant, amplificasse, & quæ ad alias tribus pertinebant, summas minuisse; & contrà alios Iuda tribus breuiasse numerum, & quæ ad ipsos pertinebant tribuum auxisse censem; est enim veluti insitum hominum animis sua extollere, aliena deprimere: Sanctum audi: *Quia Ioab Berblemites erat de tribu Iuda, atque ideo, ut familiam suam alijs in ea numeratione preferret, contribulium suorum auxit numerum, aliorum imminuit.* Alij vero, qui eorum ornandi tribus suas studio tenebantur, aliquid detraxerunt de Iuda censu, & ad suarum familiarum summam magnum suorum ciuium numerum addiderunt. Vides pro referentium affectione summam adaugeri, aut imminui: quisque de aliorum imminutione discupiebat evanidam gloriam amplificare, & cæteris omnibus anteferre. Non minus Gedeon modestiæ decantandus fuit, quam victoriæ. Vicerat Madianitas celebri triumpho, sed Ephraimitæ tribus victoriæ in nouum bellum conuertere admitebantur stomacho. *Iurgantes forter, & propè vim inferentes.* Iudic. 8. v. 1 Quid Iudic. 8. v. 1 tunc Gedeon? Sua depresso, & Ephraimitarum facta commendavit: *Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis?* Nonne melior est racemus Ephraim vindemijs Abiezer? in manus vestras Dominus tradidit Principes Madian, Oreb, & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quam ipse victoriæ obtinuerat, non prætulit, & exiguum, quæ ad Ephraimitas pertinebat, victoriæ partem præposuit, & nobiliter ab humano stylo degenerauit. Huic thesi aptæ Hieronymi verba apud Gloss. Legunt hoc Philosophi, & irrident. Legunt Rethores, & putant esse deliramenta. Cùm ingenitum hominibus sit sua præferre, aliena deprimere, sibi non persuadent Philosophi Gedeonem humili adeò animo fuisse, ut sua alienis factis non præferret, sed Ephraimitarum facta veluti gloriofiora deprædicaret: mirandus ergo fuit Gedeon non minus modesta humilitate, quam bellica fortitudine.

## T E X T V S.

V E R S. 10. Percussit autem cor Dauid eum, postquam numeratus est populus: & dixit Dauid ad Dominum: Peccaui valde in hoc facto: sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egini misis.

## §. X II.

*Magna Dei misericordia est, admissi sceleris conscientia vri, & sollicitis stimulis adurgeri.*

Miller est, cuius conscientia callum obduxit, & veluti inertis delusa somno quieuit. Magna Dei misericordia est post admissam culpam acri conscientiae mortu lacerari, & ad querendum vulneris medicamentum vrgei. *Conscientiam ( aiebat Senec. Epist. 97.) mala facinora conscientia*

*scientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, eò quod perpetua illum sollicitudo urget, ac verberat, quod sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Tentant sè pè fallaces illecebræ conscientiæ securitatem promittere, & sollicitudinem anxiā sedare, verum eiusmodi sponsoribus fidem non præbet, quia imminentे periculum recognoscit: Epicurus inde abhorre ab scelere naturam probat, cùm nullum ex peccatoribus intertuta etiam timor non inquietet. Multos fortuna à pœnis exemit, multos muneribus exornauit, metu liberauit neminem. David populum in censum rededit, & redigendo deliquit: eum potestas à pœnis reddebat tutum, verum cor continuis flagellis distorquebat diuerberatum: *Percussi cor David eum.* Criminis flagellabat conscientia, et si à pœnis liberaret fortuna. Prodest Hugo: *Conscientia reprobet eum de elatione.* Contempserat David salubria Ioab, & principum monita, inutilia perfecerat elati animi desideria: & licet regales deliciae angorem sopirent, & potestas à pœnis securum redderet, illum coarguebat conscientia, & criminis perpetrati effugi nequibat notitia; unde, quod proprium nocentium est, non potuit non trepidare. Princeps generis erat Adam, sed tūm legem transgredetur, mulieri blanditus ad latebras configuit acti timore correptus. *Abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini.* Gen. 3. v. 8. Et cur quærat latibula, qui nulla potuit timere ab homine infligenda sibi flagella? Profecto malè cum Adamo actum esset, ni trepidaret, & propria percussum conscientia fugeret: eximia Dei misericordia fuit, quos culpa clauserat, conscientiæ mortu oculos aperire, & flagellis salubribus verberari. Redeat datus Seneca: *Malè de nobis actum erat, quid multa sceleræ legem, & indicem effugient, & scripta supplicia: nisi illa naturalia, & grauiæ de presentibus soluerent, & in locum patientiæ timor cederet.* Consonat Basil. Seleuc. Ora. 3. de Parentibus loquens: *Illi terrore percussi seipso transgressionis accusatores, ac testes exhibentes exilio suo suffragantur.* Conscientia repercussi quærebant latebras, & cùm secum plū deferrent carnificem, inter latebras timoris experiebantur angustias: non poterant quiescere conscientiæ flagris percussi. Nec Adams quibat conscientiam inter latebras fugere, nec securitati suæ credere. Væ scelestis, si peccandi consuetudine ad eum peruenérunt statum, vt acrem conscientiæ non sentiant morsum!*

### §. XIII.

*Infelix est, qui admittit culpam, sed felix, qui accelerat pœnitentiam.*

**D**eus multis bonitatis suæ largitionibus homines fouet, & si fas est dicere, debitum exhibere officium ipsa munificentia compellit; verum nos putres vasa malum fallacibus illecebris indulgere, quām Domino officium præstare. Veluti bruta animantia exiguo oblectamento capimur, & illudimur. Nec omne malum concludit per perpetrato crimine, sed pertinaci extinditur duratione. Ceuus veneno pastus ad salubres celeriter aquas excurrit, nos doloris, & pœnitentiæ expiatorias vndas refugimus. Eleganter Tertullianus de Pœnit. cap. 2. *Nam Deus post tot, at tanta delicta humana temeritatis à Principe generis Adam auspicata: post condemnatum hominem cum*

*sacculi dote, post electum paradiso, mortique subiectum: cùm rursus ad suam misericordiam maturauisset, iam inde in semetipso pœnitentiam dedicauit. Pœnitentia optima est purgandis mentibus medicina, quidquid error inquinat, verrens, & radens, forisque ejiciens. Verum plures stulti, & male verecundi, aut spe delictis patrocinantur, aut non bona verecundia differre medicinam noscuntur. Tantum relenat confessio delictorum, ( aiebat Tertul. cap. 8. ) quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia. David deliquit, sed statim ad pœnitentiam cucurrit: infelix fuit peccando, sed felix, pœnitentiam non differendo. *Dixit David ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto, sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem serui tui, quia fuit in nimis.* Quam amiterat delinquendo salutem, recuperauit per delicti confessionem, nec perire poterat, qui mature adeò ad pœnitentiam currebat Audi Abul. q. 16. *Non poterat perire, quia quamquam peccasset, immediate dolebat valde.* Magnum erat prædestinationis argumentum statim pœnitentiam arripere, nec differre. Viderint, qui de die in diem differunt; nam pœnitentiæ dilatione male delinquentibus ausplicatur, & perditionis agere negotium videtur. Achan admissi peccati conscius, & Deum iratpm manifestis argumentis intuitus fateri distulit, & sibi dilatione grauiter nocuit. *Accederis mane singuli per tribus vestras ( aiebat Iosuë ) & quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua.* Iosuë 7. v. 14. Quærunt Interpretes: *Cur Iosuë in sequentem diem miserit pœnam, cùm statim ardenteribus potuerit flammis punire culpam?* Respondentque, non statim duro adeò perstrinxisse decreto, vt reus anteuerteret pœnam, confessus culpam, vtque merita pateretur flammain, si distulerit pœnitentiam. Edicte progræmma in die sequenti deprehensem fulminabitur, non in statim confessum proficeretur: *Accederis mane, & quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni.* Non statim confessus, sed sorte die sequenti proditus sibi Achan flamas negotiavit non solum admissio criminis, sed etiam pœnitentiæ dilatione. Si tanta positus in necessitate statim ad veram recurreret pœnitentiam, vitasset flammain, die sequenti reum combusturam, ast dum distulit, pœnae rigore perire meruit: confessus est, sed sorte coactus, sed imminentē iam morte, sed dilatione suspectam reddens pœnitentiam: & incertum est, an ardenter subierit flammain. Prodest Rupertus apud Glosam: *Recte igitur seuerè tale furtum in Achan vindicatum est, nec ullam veniam mereri debuit, quia confessio eius nimis tarda fuit.* Ante enim turbarus est Israël, quām ille reatum agnosceret, & ante sors veridica, Deo Auctore, prodidit personam, quām ipse culpam. Confessio non per longam annorum feriem est dilata, die sequenti Achan est admissus confessus culpam, & tamen, teste Ruperto, nimis tarda confessio fuit, & tarditas exclusit veniam: quia fortè perfecta non fuit pœnitudo, quām acer timor suaserat, tulit grauissimam mulctam. David grauiter peccauit, sed citissimè accurrit ad pœnitentiam, Achan, quia in sequentem diem distulit pœnitentiam, ipsa dilatione insufflauit contra flammain.*

## TEXTVS.

VERS. 11. & 12. Surrexit itaque David mane, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam, & videntem David, dicens: Vade, & loquere ad David: Hæc dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige vnum, quod volueris ex his, vt faciam tibi.

## §. X IV.

*Grauitatem culpe videtur ignorare, qui eā infestus potest dormire.*

**B**ias interrogatus (verba sunt Isocrat. ad Demo.) quenam res in vita metu careret? Bona conscientia, respondit. Ut bona conscientia metu caret, sic mala acerbis stimulis urget. Qui culpa infectus indulgere probatur placido somno, mortifero se vri non agnoscit veneno; nam si verum de eiusmodi morbo formaret iudicium, videre nequirit oculis somnum. Licet regius, mollisque lectus inuitaret ad somnum, David primo mane dicitur surrexisse, & delicijs solicitum renuntiasset: Surrexit David mane. Cum de more Magnatibus sit alto sole dormire, & temporis leges intiertere, querunt Interpretes: Cur David lucem anteuerterit, & solicitus adeo manicarit? Respondentque, cum agnouisset in populi censu culpam, antevertisse, vt placaret Dominum, lucem; rupisse quietem: non conueniebat cum conscientia mortuus placidus somnus, & quietus. Qui, admisso crimine, queit dormire, videtur à prudentia longe distare, nam cum immortalis appetat pena, tempus somno concedere, videretur insania. Audi Abulensem q. 18. Surrexerat mane, quia David iam erat sibi conscius peccati, & affligebat seipsum, vt Deus remitteret ei culpam, unde non vacabat delicijs, manens in thoro usque ad magnam partem diei, scut viris deliciosis solitum est, sed surrexit diluculo, ut inuocaret Dominum. Solicitus desiderabat lucem, vt conscientia quereret medicamen. Inter regales thori delicias trebatur, inter mollia discruciaabatur; nec admissi sceleris conscientia permittebat requiem, quia ostendebat periculi magnitudinem. Adstipulatur Abulensi Noster Sanct. Eam noctem videtur Rex insomniū habuisse plenam perturbationis, & metus, quibus exagitabat regium animum numerati populi, & supplicij iam iam imminenis acerba cogitatio. Agnoscebat David Deum ob admissam culpam iratum, & grauissimum imminere sibi supplicium: Ergo inter tot anxias, pungentesque curas nec dormire poterat, nec quiescere: & dum dolorem est solicitudo testata, facilius Numinis est indignatio sopita. Saul grauissimis infectus culpis placido somno dormiebat: Venerunt David, & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in tentorio. 1. Reg. 26. v. 7. Nec solum placido fruebatur somno, sed etiam ad aestum temperandum (vt pluribus placet) rosatae aquæ capaci scypho: Tilit igitur David hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul. David, vt vidi somno resolutum, culpis infectum à Deo persecutendum præfigiuit, & prænuntiavit. Vinit Dominus (aiebat) quia nisi Dominus percusserit eum,

aut dies eius venerit, ut moriatur, aut in pralium descendens perierit, propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Theodor. q. 60. & apud Gloss. ait, Dauidem his verbis non solum sui animi laudabile declarasse propositum, sed infaustum contra Saulem pronuntiassæ vaticinium. Verba Theodoreti sunt: Illud Dominus percusserit eum, significat plagam à Deo immisam, quam etiam sustinuerunt primogenita Ægyptiorum. Ægyptiorum primogeniti perpessi sunt inopinam, & infelicem stragem. Ergo Dauid iam quodammodo præuidebat infelicem Saülis cædem; nam, vt Ægyptij cum sopore associabant mortem, ita coniiciebat ex inerti illo somno dormienti appetere stragem. Et quidem insana erat ignavia, imò periculosa amentia grauis culpæ conscientiâ flagellari, & quieto somno dormire.

## §. X V.

*Quo peccator ob admissam culpam dolore aduertitur, deliciarum renuntiatio testatur.*

**V**erus, acrisque dolor non conuenit cum delicijs, imò conuenit cum squalore, cum vultus demissione, cum omnis latitiae abdicatione; cum dolore numquam est associata voluptas, cum tristitia hilaritas. Latior ornatus delicior cibus, blandus lectus animum arguit nullis curis oppressum, nullis pressuris distortum: honestæ fordes vera pœnitentia sunt argumenta: qui à latiōti ornatu, à pomptico cultu, à coniunctum conuentu non abstinuit, mœtoris non prodidit testimonia. *Hac vera pœnitentia indicia* (aiebat Basil Seleuc. Ora. 12.) *lugens anima, plorantes oculi, improbitatis correctio, impietatis fuga, carnis contritio.* Vbi carnis contritio deest, pœnitentia est suspecta, & vbi illecebra adest, videtur vana. Deliquerat David in populi censu, & iam expungere culpam satagebat ploratu: cœpit vigilare, quia dolos non permittebat dormire: Surrexit itaque David mane. Mane surrexit, & delicijs lecti renuntiavit, & licet mollem lectum erumpentes ex oculis lachrymæ madefacerent, noluit cum lachymis delicias consociare, sed festinavit assurgere. Audi Abul. q. 18. David iam erat sibi conscius peccati, & affligebat seipsum, vt Deus remitteret ei culpam: unde non vacabat delicijs, manens in thoro usquead magnam partem diei, scut viris deliciosis solitum est, sed surrexit dilculos ut inuocaret Dominum. Vbi veram pœnitentiam atripiuit, renuntiavit delicijs, habenas laxauit lachymis. Et quidem duo sibi repugnantia adnuntiunt aliqui confociare, scilicet pœnitere, & perniciosis delicijs frui, cum vera pœnitentia squalloris patrocinium exambiat, & delicijs repudium dicat. Vbi Prodigus de admissis culpis vchementer indoluit, in seruorum censum admitti solicitauit. *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Luc. 15. v. 18. Bene est, quod culpam agnoscat, quod filij honoribus se indig- v. 18. num afferat. Sed cur inter seruos censeri suspitatur? Quia serui, inquit Chrysologus, soloce vestiuntur, cibario vtuntur pane, & iungi atteruntur labore: ergo cum vere de admissis doleret, non solum delicijs renuntiavit, sed carnis contritionem ambiuit. Chrysologum audi Serm. 2. *Fac me sicut*

sicut vnum de mercenariis tuis , ut locatione annua seruitus innonetur , & labore iugi conditio conducta deteratur, ut die toto in opere suspireret. Filius delicata mensa , & pretioso vteretur ornatu, misera verna mercedis angusto vteretur cibo , vili vestitu sordidus & labore attereretur defatigatus : ergo verè pœnitens renuntiauit delicijs , & se addixit operibus laboriosis. Nec enim crederetur acri dolore vri , si delicijs videretur non renuntiare: ergo Dauid plumeo renuntiauit lecto , quia de admisso verè dolebat peccato.

## §. XVI.

*Vtilissimus est amicus virtutibus exornatus, nec placendi desiderio corruptus.*

**O** Stendam tibi multos inter familiares adscriptos, sed vera amicitia vacuos : suum consuetudine negotium agunt , & amici saluti non consulunt , blandissimis adulatioibus ( si spes lucri effulgeat ) demulcere conantur , & salubria amicum admonere verentur. Audi Senecam Epist. 6. Cuperem tecum communicare tam subitam mei mutationem : tunc amicitia nostra certiorem fiduciam habere cœpissim , illius veræ , quam non spes , non timor , non vilitatis sua cura diuellit ; illius , cum qua homines moriuntur, & pro qua moriuntur. Si ex amicitia exspectetur vilitas, ipsa spes veræ amicitiae probatur lues. Qui timore, aliove degeneri affectu corruptitur , à vera amicitia alienus satis dignoscitur. Gad non solum Prophetam dicitur, sed Dauidis etiam videns appellatur. *Sermo Domini factus est ad Gad Prophetam, & videntem Dauid, dicens. Vade, & loquere ad Dauid.* Prophetam dicitur , vt potè abstrusorum inspecto , Dauidis videns appellatur, quia ad familiaritatem admissus : ergo aduentauit, vt amici animum persanet , vt appetens supplicium prædiceret, vt ad patientiam erudiret. Tunc Gad verè se ostendit amicum , cùm nec maiestati adulatus , nec amara denuntiare veritus. Dei erat Gad minister Regis familiaris , sed prætulit amicitiae ministerium, & dum, quæ Dei erant, prætulit, verum se ostendit amicum. Non est inter amicos censendus, qui blanditur , qui salubria medicamenta, si ingrata , propinare cunctatur. Audi Nostrum Sanct. *Eodem temporis articulo excitanuit quoque Dominus spiritum Gad Prophetam, quo Dauid sic vtebatur familiariter, vt Prophetam, aut videns vocaretur Dauidis.* Dauidis familiaris ei morem non gesit , nec blanda adulazione culpam imminuit, sed se amicum verum ostendit. Consonat. q. 18. *Sermo Domini factus est ad Gad Prophetam, & videntem Dauid, dicens: Vade, &c. scilicet non erubescas, nec timeas dicere ei ista, quæ sequuntur, quanquam sint contra eum.* Quæ contra Dauid videbantur , pro ipso erant, & licet amara, salubria. Ergo Gad verus amicus nec displicere , nec indignationem Dauidis timuit incurrire , sed , quæ amici erant, impleuit ; Dei seruus , Dauidis amicus probatus est, dum non timuit dicere amara , quæ probantur esse salubria. *Simulator ore* ( aiebat Salomon ) decipit amicum suum : iusti autem liberabuntur scientia. Proverb. 11. v. 9. Sæpè amici prudenti admonitione à prauis abstineret amicus ; verū qui debuisset frænare, blandiendo solet impellere, & ne subeat ingratiam, spernit culpam; & vnde promanare debuit salutis auxilium, profluere solet infirmitatis fomentum. *Ore decipit* ( inquit Lira ) id est illum, à quo sperat promoueri , cui scilicet adul-

tur. Amicus nomine non improbat errata , iudeat laudat iniquissima desideria , quia non discipit mederi , sed adulari. Qui ad amicitiam venit, ut venaretur lucrum adulatoria fallaciā, non curat salubria medicamenta. Gad dignus erat Regis familiaritate, dum nec timidus veritatem substraxit, nec fuso ambitiosus texit.

## TEXTVS.

VERS. 12. *Vade, & loquere ad Dauid.* Hæc dicit Dominus : Trium tibi datur optio, elige vnum, quod volueris ex his, ut faciam tibi.

## §. XVII.

*Deus aliquando se attemperat eius arbitrio, qui se attemperauit cœlesti placito.*

**C**VM iudex non debeat reorum votis attemperari , sed legum præscripta exequi , videtur aliquando Deus non tam iudicem , quād medium agere. En Dauidis puniturus erratum, optionem dat, an velit hoc expiari suppicio , aut alio repurgari medicamento. *Ægrotus* ( aiebat Chrysol. ser. 33.) non quemadmodum curetur imperat , sed tantum , ut curetur , implorat. Medicus agroti non attendit votis, sed saluti, aliquando tamen, ut melius consulat saluti, ægroti se attemperat voluntati : Iudex non curat rei votum , sed iutis decreatum. Hinc oritur quæstio : Cur scilicet Deus in Dauide sententiam prolatus, optioni eius infligendam committat pœnam, & pro eius arbitrio decernat mulctam ? *Trium tibi datur optio , elige vnum, quod volueris ex his, ut faciam tibi :* Rabbi Salomon apud Abul. q. 19. existimat se Dauidis arbitrio attemperasse , quia Dauid, cùm illi esset fas, à Saüle pœnas exigere , maluit rem Numinis arbitrio committere. *Vivit Dominus, quia nisi Dominus percutserit eum, aut dies eius venerit, ut moriatur, aut in prælium descendens perierit, propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini.* 1. Reg. 26. v. 10. Valebat pro nutu pœnas à Saüle exigere, Dei tamen commisit placito, & cœlesti deuotus se attemperauit decreto : ergo Deus ad speciem vices modo rependit , & exacturus pœnas, Dauidis exspectauit arbitrium. *Respondet Rabbi Salomon, quod posuit ista tria propter trias, quæ dixit Dauid contra Saülem præcedenti libro cap. 24. scilicet vivit Dominus, quia nisi Dominus percutserit eum, aut dies eius venerit, ut moriatur, aut descendens in prælium perierit, propitius sit mihi Dominus, ut non mittam manum meam in Christum Domini.* Noluit Dauid, cùm prædam haberet in manibus , vlcisci, sed expectauit , ut Deus decerneret bello cadere , aut plaga percuti , aut repente tolli. Ergo cum Dei arbitrio inimici pœnam commiserit, modo, ut infligeret pœnam, Deus Dauidis arbitrium exspectauit : *Tibi datur optio :* medd Dauid dignus erat fame , bello , peste , & data optio asperitatem coercitionis imminuit. Ut hac veluti in imagine edoceremur , Deum non semel eius sequi placitum , qui Numinis est secutus semper decretum. Dauid dum expetere noluit per se vindictam, meruit , ut ei inferendam temperauerit Numen pœnam. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiens.* Psal. 144. v. 19. Et psal. 144. qui Deū appellantur timentes: Illi profectō, inquit v. 19.

Euthim. h̄ic, qui eius obtemperant voluntati : *A diuina non discrepauerit voluntate. Voluntas, quæ à diuina non discrepauerit, Deum veluti debitorem inueniet, & laudando certamine, dum hominis voluntas totam se Deo subiicit, Deus, quid honestè voluntas suspirarit, attendit.*

## §. XVIII.

*Clementis iudicis est dignam meritis sententiam præferre, & quantum in se est, executionis acerbitatem lenire.*

**N**on decet ministrum à præscriptis legum dispare, nec damnabili clementia reatibus indulgere : ea tamen forma iudicibus tenenda est, vt nec legibus iniuriam inferant, nec punitionis acerbitatem adaugeant. *Conscientiam probamus* ( aiebat Cassiod. 4. Var. 28.) cui iudicanda committimus, quia dignus est inter alios sequenda decernere, qui sibi modum visus est legitime conuersationis imponere. Is iudici modus tenendus est, vt à lege non discrepauerit, & in quantum fas sit, reo indulgentiam præstiterit. Deliquerat Dauid, & Deus dignam culpa tulit sententiam; verū ipso in iudicio iudicibus præscripsit formam. Puniendo optionem dat, quo velit supplicij generi puniri, & reatum criminis expiari: *Hac dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum, quod volueris ex his, ut faciam tibi.* Optionem reo dare non erat culpa indulgere, sed in punienda culpa lenitatem ingenitam ostentare: minùs amara esset ab ipso Dauid pœna electa, quām sine eius arbitrio inficta; ergo cum qualibet satis iustitiae fieret, sic iudex prudentissimus supplicium attemperauit, vt dignè punita maneret culpa, & in ipsa punitione punientis appareret lenis clementia. Audi Abul. q. 19. *Dato quod omnes pœnae sint aequales, cum tamen datur alicui optio inter tres, vel quatuor pœnas, cum ipse determinat se ad unam illarum, est sibi illa minus inuoluntaria; in quantum habet circa eam aliquem actum voluntatis.* Adnectit: *Et quando quis actus est magis voluntarius, vel saltē minus inuoluntarius, est minus grauis ad portandum.* Electione aliquomodo dolor leniebatur, quois trium suppicio dignè culpa castigabatur. Ergo vt iudicibus præberet normam, & reum dignè puniuit, & acerbitatem, quantum fas erat, attemperauit. Veternos hostis, & odio semper peruersus viuos homines sepulchris ingesserat, & cætera mortuos, sensibus relicta, cruciabant, huic morbo cupiens Dominus subuenire, maria transfrerat, & reos sisti ad tribunal, integrissimus iudex imperat. Dæmon ne torqueretur, exorat: *Ne me torqueas.* Marc. 5. v. 7. non annuit iudex, sed tormentis debitis diuexauit: iterum clamat dæmon, & in porcos intrare exorat: *Mitte nos in porcos, ut in eos introemamus.* Quid tunc? *Concessit eis statim Iesus.* Christus Dominus dignam intulit dæmonibus pœnam, & arcanis factis præscripsit iudicibus formam. Seuerè puniuit, vt resplenderet iustitia, quod suspirabant, concessit, quia fieri quibat sine æquitatis querela: ipsa in seueritate resplendebat lenitatis ingenium, & lenitas non adulterabat iudicium. Audi Remigium in Cat. Petierunt, vt eis concederetur, vt demonstrarent, quia non possunt nocere hominibus, nisi permissione Diuina. Subiicit: Petierunt, vt in porcos mitterentur, quia nullum animal est immundius porco, & dæmones semper spuriis delectantur. Quod petebant, æquitati

non erat aduersum, & erat ad speciem puniendorum solarium. Ergo quod postulauere, concessit, & formam hominibus imitandam præscripsit.

## TEXTVS.

VERS. 13. Cūmque venisset Gad ad David, nuntiauit ei dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem.

## §. XIX.

*Bonus superior mavult communem calamitatem subire, quām sibi, aliis patientibus prouidere.*

**S**Vbditorum causas iure agnoscimus ad superiores, Principesque pertinere, quando ipsi tenentur de subditorum prouectibus cogitare. Qui sibi attendit, & gregem à lupo diripiendum relinquit, honorabili elogio mulctatur, & inertis mercenarij proboso nomine afficitur. Bonus Superior animam ponit, vt suis prospiciat, aut saltem communem fortunam subire nunquam detrectat, quia plus adlaborat munus perficere, quām sospitati prouidere. *Bene* ( aiebat Cassiod. 4. Var. 42. ) *principalis clementia suscipit, quos pietas paterna destituit: quia sub parente publico genitoris minimè sentiri debet amissio.* Vel quos paterna pietas derelinquit, studium Principis fouet, quasi strictior obligatio incumbat Principi, quām parenti. Quodsi parentes malunt subire, vt à prole possint periculum propulsare, degenerare à bono superiore videtur, qui suorum detimento consulere sibi probatur. Datidi datur optio, velutne diutuynam famem, prolixam præliorum molestiam, aut pestilentia breviorem plagam: *Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua.* Optione data, magnis se angustijs fatetur premi, & perplexitate dubia laborare. *Coarctor nimis.* Profecto non videbatur nimis coarctandus, imò prompta resolutione expediendus; nam licet lurida fames populum premat, portas Principis non intrabit, & licet ferum ingruat bellum, non deerit Principi tutum asylum; ast si pestilentia grassetur, vt aliorum, superioris vita perclitatur: Eligat ergo famem, aut bellum, vt sibi consuluerit, & periculum propulsarit. Imò hinc promanauerunt angustiæ, inquit Hugo; sospitatis amor suadebat sibi consulere, dignitas pro subiectis animam ponere. Ergo inter affectus varios diuisus, maluit se periculo exponere, si ita quievit Deum ad misericordiam flectere: maluit vt bonus pastor communem subire fortunam, quām propriam agere causam. Prodest Hugo Cardin. *Coarctor vndeque, quasi dicat: si famem elegero, pauperum erit supplicium, non diuitum, si victoriæ hostium, supplicium erit exercitus, non meum, quia circumuallabor fortissimis militibus.* Eligam ergo plagam communem Regi, & plebi, scilicet pestilentiam.

*lentiam.* Non erat Dauid ex his, apud quos viles-  
cunt pauperes, & habentur magni diuites, non  
erat ex his, qui, ut sibi fuitiles conquerant deli-  
cias, subiectorum despiceret solent molestias, sed  
ex his, qui propriam vitam pro subiectis expo-  
nunt, & Christum imitari contendunt: pestem  
elegit, ut, dum proprium discrimen deuotus am-  
pleteatur, voluntaria propriae salutis oblatione  
Deum ad commiserationem alliciat, & subiecto-  
rum saluti consulat. Acab dignus fuit, qui pri-  
uaretur regno, cum sibi doloto prouidisset stu-  
dio, illatus Syrijs bellum, & infaustum Mi-  
cheae non ignorans vaticinium, honoris specie  
Iosaphat, qui ad ipsum inuisendum deuenerat,  
bello præfecit, & discriminis proprio obuiauit.  
*Dixit itaque Rex Israël ad Iosaphat: sume arma, &*  
*ingredere prælium, & induere vestibus tuis: porro Rex*  
*Israël mutauit habitum suum, & ingressus est bellum.*

3. Reg. 22. v. 30. Syriæ Princeps generali edicto  
in solum Israël Regem arma conuerti præceper-  
rat: *Non pugnabis contra maiores, & minores*  
*quempiam, nisi contra Regem Israël solum.* Pericu-  
li præscius se Acab substraxit, sed nesciebat,  
dum vestes regias exueret, ut suæ prouideret salu-  
ti, exuere se dignitate: sagitta transfixus occu-  
buit, qui subiectos periculo obiecit. Non erat eo  
honore dignus, qui communem sortem noluit  
subire, sed aliorum periculo sibi tantummodò  
prouidere. *Intendebat ( inquit Lira ) quod pondus*  
*belli verteretur super Iosaphat.* Propheta dispergen-  
das oves prædixerat, inauspicatum bellum præ-  
nuntiarat; at Princeps, ne insanum demutaret  
decretum, sibi vni consultuit, & Iosaphat, atque  
subiectorum discrimen prorsus despexit, & dum  
despexit periculum, amisit sceptrum.

## TEXTVS.

VER S. 14. Dixit autem Dauid ad Gad:  
Coarctor nimis: sed melius est, ut in-  
cidam in manus Domini ( multæ enim  
misericordiae eius sunt ) quam in ma-  
nus hominum.

## §. XX.

*Sepè plus quam pœna grauitas, molestare so-*  
*let & lentitas, & diuturnitas.*

**L**ongo labore defatigati, & incommodis vn-  
diue obfessi, elegerunt saepe extremam poti-  
tus subire mortis angustiam, quam molestam  
prolixa diuturnitate patientiam. *Mittatur ( aie-  
bat Princeps apud Cassiod. 3. Var. 47. ) reus*  
*capitis in locum prædictum viuus. Careat, quo utimur,*  
*mundo, de quo alterum crudeli fugauit exitio: quan-  
do superstes recipit, quod enemus mortis infixit.*  
Homicidam morte puniendum in eum locum  
Princeps iussit relegari, in quo superstes mortis  
subiret tormentum, nec finis assequeretur sola-  
tium, duriori ipsa morte pœna exul afflictabatur,  
dum solum viuebat, ut diuturnis in commodis vr-  
geretur, & votum illi esset mortem subire ne pro-  
lixis adeo ægrimonij diu contingere discruciar. Hunc diuturnæ pœnae dolorem satis Dauid præ-  
caluerat, dum, data sibi optione diuturnæ famis,  
aut corripiens celestrem pestis, maluit eligere  
pestem, quam famem. *Melius est, ut incidam in*  
*manus Domini.* Acs dicat: Pestilentia à Domino

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.*

immissa citò auferuntur homines, septennij fame  
lento consumuntur tormento vires; ergo melius  
est citò absumi, quam diu cruciari. Huc voco  
Rabbanum apud Glos. *Latenter imminens malum*  
*velociter afferebat interitum.* Velocitas reddebat  
malum tolerabilius, diuturnitas efficeret grauius;  
cum ferè omnes commodius arbitrentur citò fi-  
niri, quam longissimis temporum interuallis tor-  
queri. Diabolus, quos tyrannice inuaserat, viuos  
sepeliebat, ut luce priuarentur sepulti, & discru-  
ciarentur viui. *Domicilium habebat in monumentis.*  
Marc. 5. v. 3. Misericordia mortuus, solum dura-  
bat, quo ægrimonie sensu torqueretur. Chrysol.  
ser. 16. ait, hanc excogitasse dæmonem artem, ut  
feritati potius adularetur: Chrysologi verba  
sunt: *Contenti non sunt mori homines, sed viuos ho-*  
*mines gestiunt sepelire.* Si homines morerentur,  
furor, rabiæque dæmonum in corpora nil sævum,  
quod facerent, iam haberent: si superstites  
diu vexarentur, rabies, furorque dæmonum liuo-  
ri suo blandiebantur, cum non ignorent acerbias  
esse hominibus prolixis, lentisque tormentis vri,  
quam celeri morte corripi. Ergo dæmon viuum  
amandauit sepulchris, ut acerbius distorqueret  
patientiam, & acrius vitam. Benè ergo Dauid in-  
ter tormenta breuius elegit, quia solarium est mo-  
lestam lentæ diuturnitatis pœnam effugere.

## §. XXXI.

*Ingenuis, nobilibusque terga hosti vertere, tur-  
pius videtur, quam cadere.*

**I**n nobilium, ingenuorumque statera plus ho-  
nor, & minus ponderat salus: eligent honestam  
mortem, ingloriam auersabuntur salutem; vnde,  
si detur optio, eligent honestam vitæ clausulam,  
non tarphem fugam. *Est turpe cadaver ( aiebat Eu-  
rip. in Æolo. ) in puluere prostratum posterius in dor-  
so dictu hastæ transfixum. Fugæ indicium apud anti-  
quos semper inglorium; contra: viriliter pug-  
nando cadere habitum est laude dignum.* Hinc est  
quod Dauid elegit potius pestilentiam, quam igno-  
bilem fugam: *Tribus mensibus fugies aduersarios*  
*tuos, & illi te persequentur: aut certe tribus diebus*  
*erit pestilentia in terra tua.* Non prædicit in bello  
mortem, sed fugam, & prædicit insidianem vi-  
tæ pestilentiam; cumque satius videretur saluti  
fuga consulere, quam pestilentia sublatum emori,  
Dauid ignobilem aduersatus fugam, grassantissi-  
mam maluit eligere pestilentiam: *Melius est, ut*  
*incidam in manus Domini.* Acs dicat: satius erit  
pestilentia corripi, quam honorem fuga ignobili  
dehonestate; nam mori naturæ est debitum, ignauè fugere habetur probatum. *Non fuit aliqua pœ-  
narum ( scribit Abul. q. 24. ) quam Dauid minus*  
*acceptaret, quam hostes.* Minus acerbum visum est  
Dauidi diuturna fame consumi, pestilentia citò  
corripi, quam hostibus terga vertere; nam apud  
ingenuos vita generosè contemnitur, ignominiosa  
fuga damnatur. Admissum ab uno scelus aliorum  
vires debilitavit, & hostibus prædam obiecit,  
qui de aduersarijs præ manibus se habere existi-  
mauerant triumphum, miserum subierunt casum,  
vtque vitarent casum, fugæ inglorium non recu-  
fauere remedium. Res ad Iostie delata est, qui acer-  
rimo dolore perculsus, sic Deum alloquitur: *Mi*  
*Domine Deus, quid dicam, videns Israëlem hostibus*  
*suis terga vertentem? Iosuë. 7. v. 8. Cum solum tol. 7.*  
*triginta sex homines corruisse constet: Corruerunt v. 8.*

*ex eis triginta sex homines: non videbatur accepta plaga tam graui dolore digna: cur ergo Iosue, populique senes vestes scindunt, cinerem capitibus suis spargentes, & proni ante Arcam eiulatibus cœlum pulsantes: & ad hæc: Cur non dicat Iosue: Videns Istaélitas corruisse, & dicat: Videns Israëlem hostibus suis terga vertentem? Qui terga vertentur, vitam conseruarunt, qui hostilibus transfossi telis, finierunt. Doleat ergo Iosue mortuorum cladem, non exaggeret fugientium formidinem. O expende, timidam fugam grauem Israëliticis attulisse ignominiam, pugnando aliquos corruisse non parere notam; cumque apud strenuos, nobilisque deterius sit aspergi infamia, quam carere honeste vita, Iosue non planxit amissam vitam, & contractam doluit infamiam: inglorium non est fortiter cadere, sed est turpe ignauiter fugere. In hac amaritudine (scribit Abul. q. 17.) recurrit ad Dominum prostratus coram Arca. Amarissima fuit egregio duci milites vertisse terga, quia hostibus accrescebat audacia, & Iosue militibus ignominia.*

## §. XXII.

*Deus in exigendis pœnis benignus, homo rigidus, & seuerus.*

**C**rimine infecto amarissimum est in Dei viuentis manus incidere, non adeò amarum in manus hominum cadere. Econtra pœnæ reo commodius est, à Deo pœnam decerni, quam ab homine taxari; nam Deus est in decernendis pœnis benignus; homo sæpè suæ indignationi adulatur seuerus. Filios reputat Deus, quos punit, & dum dolore afficit, dolorem subit; homo dum cruciat durior, exultat lætior. *Dum imbecillitati succurritur* (aiebat Cassiodor. 3. Var. 46.) connienter remedia tribuuntur. *Quapropter casibus asperis præstandum est sub iustitia laude moderamen, ut nec vindictam sinamus superare peccata, nec culpam insultare patiamur legibus impunitam.* Id inter homines, Deumque inuenitur discrimen: Deus inflictis pœnis non cupit affligere, sed mederi, homo sæpè, dum punit, non medetur, sed suæ degeneri affectioni blanditur. Hinc est, quod cum Davidi esset optio, an vellet hominum manu puniri, aut dextera Numinis castigari, elegit à Numine corripi, non ab homine affligi: *Melius est, ut incidam in manus Domini* (multæ enim misericordia eius sunt) quam in manus hominum. Ac si dicat: Deus suppicia applicat, non ut naturam atterat, sed ut morbum pellat; homo non semel pœnas irrogat, ut suam possit indignationem satiare, non curat afflicti commodis prouidere. *Proponebatur Davidi* (inquit N. Sanct.) *corporale malum, quod tam Deus poterat, quam homines infligere.* Leniorem agnouit Dei manum in temporalibus pœnis infligendis, manum hominis duriorum in offensis vindicantis. Deus per se decreuit Nabuchodonosoris arrogantiæ mederi: ergo lapis, assumpta forma, percussit imaginem, non personam. *Abscisus est lapis de monte sine manibus, & percussus staurum in pedibus eius ferreis, & fistilibus, & comminuit eos.* Dan. 2. v. 34. Balthasar pœna infligitur, & sententia manu ad speciem hominis exaratur. *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum.* Dan. 5. v. 5. Si quæras: Cur hæc manu hominis scripta proferatur sententia, & ibi sine manibus inficta legatur i multa? Respondeo, alibi

supplicium euertisse imaginem, ut excitaret dormientem, alibi vero omnimodam illatam esse perniciem: vbi hominis manu multa experita est, Balthasar omnimodis perijt: *Quasi manus hominis: vbi Deus lapidem ciecit, ipsa pœna medela fuit: Deus deiecit, ut erigeret, manus hominis sententiam exarauit, ut perderet.* Docemur (aiebat Theodoret. Ora. 2.) tum à veteri, tum à novo Testamento, Dominum. N. Iesum Christum appellatum fuisse lapidem, hic enim excisus est à monte sine manibus. Pœna sine manibus humanis inflicta Nabucho reduxit ad mentem, pœna manu ad speciem hominis adscripta vltionem, miserandamque prænuntiauit stragem; ut noueris, quam fuerit David prudens eligendo diuinam, & recusando manum in exigendis pœnis humanam: *Melius est, ut incidam in manus Domini.*

## TEXTVS.

VERS. 15. Immisitque Dominus pestilentiam in Israël de mane usque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan usque ad Bersabee septuaginta millia virorum.

## §. XXIII.

*Deus in remuneratione præmia dilata, in punitione tempora breuiat.*

**M**ateria est gloriæ principalis, & meritis largiri præmia, & infligere culpis supplicia. Virtus marcat, si irremunerata relinquitur, perit humanitas tota, si reatus meritis pœnis plectatur: non debet vindicta exæquare peccata, remuneratione nimis exactè pendere non debet merita. Sæpè iudex acerbam decernit mulctam, ut terrore corrigit, sed decenti lenitate seueritatis rigorem temperat. Appareat (aiebat Senec. de Clem. cap. 20.) non minus rem agi periclitantis, quam indicis. Optimus iudex legi contraria, nec contra reum, decernet saua, immo periclitantis etiam curam habet, & ne perierit, studet. Elegit David pestem, quæ statim populum inuasit, sed citò defigit. *Immisit Dominus pestilentiam in Israël de mane usque ad tempus constitutum.* Interpretes per constitutum tempus intelligunt horam prandij designari, meridiemque exprimi. Quod si inquiras: Quomodo supplicij spatium fuerit breuiatum, cum per tres dies pestem grassari fuerit decretum? Respondebit Ambrosius in Psal. 37. & apud N. Sanct. hunc Dei morem esse, pœnarum scilicet decreta breuiare spatia, remunerationis verò producere spatia temporis constituta. Ambrosij verba sunt: *Plus minatur, & minus exigit, qui in remuneratione premiorum sua promissa custodit, in exactione pœnarum præscriptum remordet.* Quid Deus semper pœnis decretis detrahit, & honesto furto aliquid pœnalis temporis subripit; & cum in remuneratione largiatur auctaria, in punitione breuiat supplicia. Consonat Theodoret. q. 37. Trium dierum Deus mortem minabatur, sex autem horis solum mortem intulit. Decretum pœnis spatium corripit benigna lenitas, in præmijs dilargiendis stylum contrarium sequitur profusa largitas; nam merita largitionibus vincit, peccatis decretas pœnas remordet. Promiserat, ut lites ambitiosas componeret, eligendi virgam venustis floribus exornandam,

Num. 17. exornandam. Quem ex his elegero, germinabit virga eius. Num. 17. v. 5. Virga Aaron non solum emicuit splendidis floribus, sed dilatatis etiā folijs enituit, & fructibus dulcissimis exūdauit. Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Si inquiras: Cur qui solum promiserat virgam florere, fecit saporatis etiam fructibus exundare? Cur tanta promissis addita, & meritis Aaronis adiecta; cum non solum virga fluerit, sed fructibus dulcissimis exundarit. Respondeo Deum dilargitis præmijs merita vincere, sed pœnis culpam nunquam exæquare. Notauit Orig. apud Glos. *Promissionum bona maiora promissionibus dantur.* Promissa Deus mirè ad præmiūdum adauxit, ad puniendum pestis spatia corripuit.

## §. XXIV.

*Missa sacrificium Dei indignationem sopit, pestem impedit, aut repellit.*

**O**blata Deo Eucharistiæ sacrificia sunt humanae vitæ solatia, infirmorum auxilia, indignationis cœlestis fræna. Non sic humani errores contra se cœlestem iram valent conflare, quām incuruentum Eucharistiæ sacrificium soperire. Christo in Eucharistia pulchre adaptantur verba Principis Cassiodorum allocuti i. Var. 3. *Siculorum suspicantium mentes ab obstinatione præcipiti deuiciſtī, culpam remouens illis, nobis necessariam subſtrahens vltionis. Egit salubris persuasio, quod vehemens poterat emendare diſtrictio. Lucratus es damna prouincie, quæ meruit sub deuotione nescire.* Dominicus sanguis melius, quām Abelicus, Patri suadet indignationem deponere, & luctatur persuasio, ne in reos desauierit diſtrictio. Pestis grassantissima populum inuaserat, & strage cœlerrima consumebat: verūm constituto in tempore Angelicus gladius reconditur, & pestiferi morbi robur frænatur. *Immisit Dominus pestilentiam in Israël de mane usque ad tempus constitutum.* Cūm edictalis sententia trium dierum pesti designasset spatium: *Tribus diebus erit pestilentia in terra tua: quærunt Interpretes: Cur pestis constituti temporis, id est vespertini, non fuerit transgressa spatium, & quid speciale ad pestilentiam pulsandam habuerit temporis constitutum?* Lira ait, appellari tempus constitutum, quod vespertino erat sacrificio designatum: *Tempus constitutum intelligitur hora sacrificij vespertini, illud enim statutum fuit in lege Exod. 29.* Grassata est plaga, quoique vespertina litata est hostia; ast vbi sacrificium oblatum, pestis fuit prohibita, & Angeli machara recondita; nam efficacius fuit sacrificium ad cœlestem iram sopiendam, & salutem hominum aſſeuandam, quām numerationis offensa ad gladium exacuendum, & pestis morbum solicitandum. Quousque victima, Eucharistiæ umbra, altaribus est imposta, pestis gliscebat, ast Dominici sanguinis vmbram Angelus decenti veneratione suspexit, & pestifer morbus exhorruit. Iam Moysis edocuit sacrificij efficaciam ad pestem fugandam, aut impediendam. Nam Pharaonem alloquens, se in præceptis habere testatus est Deo sacrificium offerre, ne pestis Hebreos consumeret, aut gladius inuaderet: *Deus Habreorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis, aut gladius.* Exod. 5. v. 3.

Si populus sacrificij antidoto præmuniatur, tabis pestifera detimenta non sentiet; nec enim mortiferum inuadit contagium, quos adeò salubre protegit sacrificium. Vnde euidenter datur intellegi, quantum contra pestilentiam oblata altaribus valeat hostia. *Saluus erit (aiebat Isidor. hic, & apud Glos.) perueniens ad locum, in quo immolatur sacrificium laudis.* Sacrificium laudis abigit pestem, fouet salutem, & cœlestem placat indigationem. Bene ergo Moyses offerendo Numini sacrificio, ait impediendam pestem, & effugandam calamitatem: *Ne forte accidat nobis pestis: ut qui nouerat sacrificij virtutem contra pestiferas lues, & mortiferas pestes.*

## T E X T V S.

**V**E R S. 16. Cūmque extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem, ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: sufficit nunc contine manum tuam: erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Gebusæ.

## §. XXV.

*Vel Mariae Virginis umbra est secura hominibus contra calamitates tutela.*

**E**is Virgo Sanctissima Deum obstrictum tenet officijs, ut inde promanauerit nouum debitum, vnde credi poterat abolutum. Virginis intercessioni accommodo, quod aiebat Cassiod. i. Var. 3. *Lucrata es damna prouincia, quæ meruit sub deuotione nescire.* Sub Virginis deuotione feruens nescit damna, quæ alijs intulit cœlestis sententia. *Ipsa est (aiebat Epiphanius Serm. de Laud. Beip.) cœli, & terra mediatrix, quæ unionem naturaliter peregerit.* Maria Dei indignationem extinguit, virtutes hominibus persuadet, supplex abigit morbos, potens gehennales reprimit semper spiritus, & tandem Mariae Virginis etiam vmbra est hominibus validissima contra aduersitates tutela. Inuaserat Israëlitas pestifera adeò lues, ut exiguo tempore septuaginta hominum millia abstulerit, nec satiata cessarit: *Mortui sunt ex populo à Dan usque ad Bersabee septuaginta millia virorum* Angelus iam extenderat contra Ierusalem manum, ast vbi ad aream Areuna Gebusæ pertuerit, iussus est gladium recondere, & à pœnis abstinere: *Nunc contine manum tuam.* Erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Gebusæ. Locus notanter exprimitur, ut arcanum denotetur. Quodsi inquiras: Quid speciale loco illi inesset, Deus misericordiam maturauerit, & plagam cessare iusserit: Respondebit Caietanus, hac in area olim à Jacob visam fuisse celebrem scalam, in qua Deo requies placida, & per quam hominibus ad cœlum expeditissima via. Caietani verba sunt: *Angelus Domini apparebat in aere supra illam aream in monte Moriab, vbi Jacob vidit scalam cum angelis ascendentibus, & descendebus.* Omnibus liquet scalam fuisse Virginis vmbram: ergo vbi Virginis extitit vmbra, represa est mortifera pestilentia; misericordiam obtinuerunt Virginis merita, vbi ad stragam curiæ impellebant peccata. Inuasit lues ab il-

lo loco remotos, sed tangere non est ausa vicinos: vt nosceremus Virginis simulachra esse hominibus saluberrima, turaque profugia. Cum Abraham immolandum filium diceret, vbi locum immolationis adspexit sospitatem sibi, & filio prudentissimus praesagiuist: Eleuatis oculis, vidit locum procul, dixitque ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego, & puer illuc properantes postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Gen. 22. v.4. Si ignis minatur incendium, si gladius testatur excidium, quomodo Abraham liberum promittit regressum? Reuertemur ad vos: Quia prænouit eo in loco, inquit Lita, Deo templum ædificandum: Ibi postea fundatum fuit templum per Salomonem. Cum Maria Dei fuerit sacrarius templum, Salomonicum eius erat umbra, et si eximia resplendens gloria: ergo si præuidit Mariae umbram, nullam Abraham extimeat calamitatis tragediam. Dicat ergo Abraham: Reuertemur ad vos: quia ibi Isaacum adurere nequibat flamma, cum Virginis adesset illi tutela. O quam sibi inuident, qui ad Virginis non recurrent profugium, cum imminet illis calamitatum naufragium; nam ubi Virginis protegit intercessio, cessat qualitatio.

### §. XXVI.

*Aurum in Numinis reuerentiam impensum, esse probatur cumularissimum lucrum.*

**Q**uos à Deo plurima constat accepisse beneficia, dedecet exigua tardasse, aut denegasse tributorum impendia; nam ut deuoti est largi muneribus gratitudinem prodere, sic est indeuoti tenacitate plectibil exasperare. Provinciales vos conuenit admonere ( aiebat Cassiod. 9. Var. 11. ) ut quibus beneficia dedimus, eorum devotionem per omnia sentiamus, & quod debetur Principi grato animo videatur exsolui. Auaritia indenota prodit studia, & afferre solet non modica detrimenta: nullus granter debet offerre, quod ad propriam utilitatem inuenitur persoluere; nec reputari debet dispendum, quod in Numinis honorem aurum probatur oblatum. Post populi numerationem lues populum pestifera inuasit: Mortui sunt ex populo à Dan usque ad Bersabee septuaginta millia virorum. Plaga grassabatur, sed Angelus in Hierosolimitanos desauite prohibebatur: Nunc contine manum tuam. Rogant Interpretes: Cur Hierosolimitæ pestiferam euaserint cladem, cum alij celerem oppotuerint mortem? Respondentque omnes recensitos teneri ad soluendum Domino dimidium siculum, ut constat ex Exod. 30. v.13. Hoc dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Sicli dimidium in dinumeratione iubebantur offerre, sed plures indeuoti maluerunt retinere aurum, quam exhibere Domino officium. Ergo auara tenacitas eos priuauit facultibus, & salute; ast Hierosolimitani ciues deuotè paruerunt legis præceptis, impenderuntque, quod iubebantur, tributum: ergo soluto ritè tributo, pestilentii obuiarunt contagio. Notauit Nostrus Sanctius: Verisimile est ab illis ( loquitur de Ierusalem ciuibus ) hoc pietatis officium non fuisse neglectum. Secus erat de ciuitatibus alijs, quæ longius aberant à tabernaculo, quæ non ita explicatam habuere legem, & in transmittendo siclo aliquid erat subeundum molestia. Alij, aut plus auari, aut in lege minus instructi compendiosum non persolue-re tributum, ergo clade correpti amiserunt vi-

tam, & aurum: Hierosolimitæ verò, dum lubenter scili dimidium offerunt, pestiferum morbum euadunt. Quod videbatur impendium, fuit ingentissimum lucrum; nam exiguo illo, ac deuoto officio abegerunt cladem, & seruauere salutem. Mihi crede, quidquid exprompta deuotione Numini consecratur, compendiosum lucrum esse inuenitur? In præceptis habuit populus, euersa Iericu, aurum, argentumque in ea repertum Domino consecrare, & eius in thesauris reponere: Quidquid auri, & argenti fuerit, & vasorum aeneorum, ac ferri, Domino consecratur, repositum in thesauris eius. Ios. 6. v.9. Auara Acham cupiditas, quod inuenierat aurum, maluit in familiæ splendorem custodire, quam Domino consecrare; verum, dum auarus tegit aurum, familiæ imprudens solicitauit excidium: Cuncta, que illius erant, igne consumpta sunt. Ios. 7. v.25. Argentum, pallium, filios, boues, asinos, & oves cum vita amisit, qui retentum aurum fore familiæ augmentum cogitauit. Ingentissimum erat lucrum aurum in obsequium Domini pendere; detrimentum fuit asseruare: auaritia extitit sibi contraria, deuota impensio omnibus extitisset lucrosa. Recitè igitur ( inquit Rupertus ad hunc locum ) seuerè tale furtum in Acham vindicatum est. Consonat Augustinus. q. 9. in Iosuë: Ut humana horreret infirmitas in tam magnum, & tam iustum odium populi dari, & eis, quos ad spem propagandi generis se relicturum putabat, peccato suo secum consumptis mori. Aurum retentum ingentissimum dispendum attulit, & auaritia omnium sibi indignationem proimeruit. Qui, ut retinerent autum, de soluendo dimidio scili Dominicum contempsero præceptum, peste sublati sunt. Hierosolimitæ auerterunt contagium, Dominicum obseruantes præceptum: ut notum omnibus fuerit, obseruata legis mandata esse vitæ, & felicitatis auxilia.

### §. XXVII.

*Vbi Dominicæ passionis resplendet meritum, pestiferum populus euadit contagium.*

**C**Vi medela humana nihil profuisset, Christi Domini plaga sanauit, testante Prophetâ: Linore eius sanati sumus. Isaï. 53. v.5. Christi Domini linor pristino ordini restituit naturam passionibus defœdatam, repleuit vacua membra, effætas instaurauit vires; nec solùm fomento meritorum sanauit Christi Domini vulnus vulnera, sed imminentia auertere probatur etiam contagia. Sanguini Domini bene adaptantur, quæ aliquorsum aiebat Cassiod. 11. Var. 10. Quibus medicorum tot consilia nesciunt prodeesse, solus videatur potus ille præstare. Præstat potus Dominicus saluberrimum somnum, virium reparat detrimentum, & contra imminens munit periculum. Nocentissima lues, quæ ingentem populi abstulerat numerum, ultra Areuna Iebusæ aream non promouet gressum: Nunc contine manum tuam: erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusæ. Interpretes scrutantur: Quid eo in loco speciale fuerit, ut gladius Angelicus recondatur, & pestilentia frænetur? asseruntque ibi Isaac immolatum Christi Domini adunbrates passionem, crucisque virtutem: ergo licet pestilentiam foueret a populo admissum peccatum, Dominicæ passionis abegit meritum. Ut repeatat Isaías: Linore eius sanati sumus. Iam ibi Abraham obtulisse Isaacum, tradit

**Ionæ I.**  
**v.12.**  
dit Caietanus: *Angelus Domini apparebat in aere supra illam aream in monte Mori-iah, ubi Isaac immolandus positus est.* Vbi Dominicæ passionis reluxit symbolum, pestilens euanuit contagium: ut notum omnibus esset, salutiferos cunctis esse Christi Domini dolores; de eiusque morte vitam nostram reproduci, & imminentem calamitatem arceri. Ionas è navi ad natabile nauigium translatus, maris sopiuit æstus, & tempestatis euanuit impetus: *Cessabit mare à vobis.* Ionæ 1. v. 12. Et cur in mare demisso Iona, aër quiescit serenus, & maris æstus detumescit placatus? Quia Ionas (inquit Veron. Zeno Serm. de Iona) Christi Domini umbram gerebat. Ipsum audi: *Sacramenti Dominicæ imaginem præferebat.* Compugnantum ventorum flatu lacefitum fremebat mare, sollicitus gurges elatis vndarum voluminibus impetebat litora, & appetens naufragium nauigantium premebat corda: ast ubi Ionas passi, sepultique Domini imaginem prætulit, quæ imminiebat calamitas, prorsus cessauit. Nam etsi nauigantium errores sauvissimam concinnauerint tempestatem, infinita Christi merita omnibus attulere salutem: ergo in monte, ubi Isaac Dominicæ passionis præcessit symbolum, pestilens cessauit contagium,

### §. XXXIII.

*Amara, veraque peccatorum contrito, est mortis, & calamitatis euasio.*

**Gen. r.  
v.26.**  
**Q**uæ culpa calamitates afferat, & Sacra refert Historia, & quotidianâ agnoscimus experientiâ. Una via euadendi est, vera pœnitudine culpam expungere, & vero iudicem dolore placare. *Faciamus hominem* (aiebat Dominus) *ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit pescibus mari, & volatilibus cœli, & bestijs, uniuersaque terra.* Gen. 1. v. 26. Imaginis prærogativa iurisdictionem fecit in animalia; cumque culpa hanc imaginem obliterarit, creature non solum subiectionis denegare tributa, sed initio fœdere coniurauerunt in prælia; nec est facile, ni intueantur imaginem, debitam olim præstare homini subiectionem. Verum cum pœnitentia Dei imaginem resculpat, & quidquid eam conspurcabit, depellat, pœnitentem creaturæ verentur, quia subiectionem debere imagini recordantur. Daud, dum de regni amplitudine tumet glorus, magnis inuenitur ptenis subiectus: grassans pestilentia plurimos è populo tulit, sed Daudi pepercit: *Mortui sunt ex populo à Dan usque ad Bersabee septuaginta millia virorum.* Angeli gladius adhuc sanguinis scibundus mortes minabatur, sed repressus est: *Sufficit: nunc contine manum tuam.* Quærerit Abulensis: Cur Daudi, qui miseræ adeò stragis extiterat causa, non fuerit priuatus vita? Cur Daudi (inquit quæst. 32.) non fuit ipse punitus? Respondetque salubri se præuenisse antidoto, alioquin pestifero absūendum contagio. Abulensis verba sunt. *Dicendum, quod Daudi puniendus erat pro hoc peccato, tanta tamen fuit contrito eius, quod meruit remitti sibi pœnam.* Dolorosa contrito Daudi auxiliata est, & qui delinquendo meruerat mortem, lachrymis impetravit sibi salutem: animæ attulit pœnitentia impossibilitatem, & repulit corpori imminentem pernitiem; est namque pœnitentia salutis tutamentum, contra calamitates profugum, indignationis cœlestis delinimentum. *Vnuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij,*

*sed ut conuertatur impius à via sua, & vivat.* Ezech. 33. chiel. 33. v. 11. Tertullianus de Pœnit. cap. 4. v. 11. quo solet acumine, expendit, culpam matrem esse mortis, pœnitentiam salutis: fugit mors ad pœnitentia conspectum, virescit salus pœnitudinis ad introitum. *Vnuo, inquit Dominus, & pœnitentiam malo, quam mortem.* Ergo pœnitentia vita est, cum præponitur morti. Culpa mors annexa est, vera tamen, pœnitudo vitam secum affert, & quam offensa attulerat, mortem pellit. Pœnitentia beneficio salute fruitur, qui criminis admisi meritò obnoxius calamitatibus probabatur. Daud erat mortis reus, sed intimo contritionis dolore gladij hebetauit aciem, & imminentem vitauit pestem.

### §. XXXIX.

*Tardiūs districtio percudit, quos tenerè affectus diligit.*

**D**uæ cœcitatibus species facilè in amore concurrunt: non videt sœpè quæ sunt, & videt, quæ non sunt; quodsi se oculis ingerat perpetrati criminis evidentia, aut colorat, aut tegit, aut minuit. *Hac noſtræ Christianitatis summa est* (aiebat Ambros. Ser. 10.) *ut amantibus vicissitudinem, laudentibus patientiam rependamus.* Charitas patientiæ amica, patientia charitatis socia, aut erranti ignoscunt, aut repetere vltionem differunt. Iam Angelicus gladius septuaginta millia de populo abstulerat: *Septuaginta millia virorum,* quin Hierusalem attigisset; immò cum sanguinem videretur sitire, & ad vltionem exacui, repressus est: *Cum extendisset manum suam Angelus Domini super Hierusalem &c.* Ein manus, quæ percussorum sanguine rubebat, Hierosolimitarum vltionem tardat, & veniam dilatione procurat. Et quæ discriminis causa est? An quia curiæ incolæ cœteris nobiliores? Quia diiores cœteris? Certè iudicis gladius auri sœpe nitore eneruatur, contra inopes exacuitur? Verum Angelus cœlestis minister non degenerem secutus est, sed incorruptam prorsus æquitatem: cur ergo tardius contra Hierosolimitas gladium vibrauit, & contra alios citius extendit? Latet arcana ratio, sed ab Interpretibus non vanis coniecturis putatur, Hierosolimitas tabernaculo protectos, & Areuna in area Isaaci sacrificiōmunitos, Salomonisque templo nobilitatos, aciem effugisse gladij, & vitasse acerbitatē supplicij. Audi. N. Sanctum: *Ciuitatem illam inter alias omnes diligebat Dominus, quia ibi viderat ab Israéliti populi conditore Abraham oblatum esse in filio Isaac illustre sacrificium, & quia ibi habiturus esset templum, quod multis quotidie caleret sacrificijs, & diuinis laudibus perpetuò resonaret.* Cùm ibi Isaaci oblatum sit sacrificium, cùm foret ibi struendum magnificentum templum, cùm ibi esset honorabile tabernaculum, speciali amore Deus prosequebatur curiam, & amor infligere distulit pœnam. Nam districtio tardius percudit quos tenerè affectus diligit. Deliquerat Ismael, aut superba præsumptione, aut ludorum indignitate: Sara statim ejiciendum è domo testabatur: *Eiже ancillam, & filium eius.* Gen. 21. v. 10. Abraham obsurdescebat, & puerum ejicere protelabat. opus fuit à Deo vrgeri, v. 10. & dolorem expulsionis lenire: *Non tibi videaturasperum super puerum.* Si quæras: Cur Abraham videaturasperum, quod Sara æquitati censebat consonum

consonum : Cur Sara ad electionem vrgeat, Abrahamusque differat ? Respondebit Textus , Abrahamum puerum diligere , & Saram non adeo amare ; ergo eadem pueri actio Saræ videbatur plectibilis , Abrahamo venialis. Sara exilium accelerabat , Abrahamus differebat. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. Non videt delicta vis amoris ; exagerantur, si desit amor, peccata: ergo Sara, quæ non amat, accelerat mulctam , Abrahamus, qui amat , infligere tardat pœnam. *Quis est* ( inquit Oleaster hic ad Mor. ) *qui, et si sanctus sit,* *possit naturæ iura negare ?* Abraham ludum arbitrabatur puerilem , quod Sara culpam reputabat enormem : & pro affectuum qualitate augebatur, minuebaturque culpa , & maturabatur, aut differebatur pœna.

## TEXTVS.

**V E R S . 17.** Dixítque Dauid ad Dominum, cùm vidisset Angelum cædente populum : Ego sum, qui peccavi, ego iniquè egi, isti, qui oues sunt , quid fecerunt ? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.

## §. XXX.

*Verè pœnitens leuem inflictam reputat pœnam,*  
*& augeri discipit mulctam.*

**V**erè pœnitens laudabili se indignatione persequitur , & ob perpetrata culpm exigere à se aceras pœnas conatur : quidquid illi impositum, videtur exiguum, & afflictionis solicitat ipse augmentum. Parùm dolet, qui deliniri pœnam exabit. Amarè Petrus fleuerat , sed exiguo lachrymarum fuisse riuiulos cogitauit , & strictè priùs succinctum, se in mare dimisit : *Tunica suc-*  
*10a.21.v.7. cinxit se, & misit se in mare.* *Ioan.21.v.7.* In mare se misit, vt mare negationis sordes dilueret, & pa- rum illi videbatur mare , vt abstergeret. Audi Chrysol. ser.78. *Misit se in mare, ut mare dilueret,* *quod negatio taliter sordidauerat.* Iam negationis sordes lachrymis copiosis abluerat , iam repetitis gemitibus maculam oblitterarat , iam intimo dolore culpam expunxerat , in mare tamen se misit abluendæ sordis desiderio , & se stricto puniuit cingulo : honorabilis carnifex se præcinxit , & immensas maris vndas ad sordes eluendas satis adhuc non esse ictus dolore putauit. Nec aliter Dauidi videoas contigisse : in populi censu deliquit , culpm confessus agnouit, & Domini indignationem placare studuit. Qui de populi amplitudine intumuit gloriosus , populi diminutione pœnas persoluit punitus, & nihilominus grauiorem sibi pœnam sollicitauit infligi, & flagellis durioribus castigari : *Ego sum, qui peccavi, ego iniquè egi : isti, qui oues sunt, quid fecerunt ? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Grauis erat pœna , regnum angustari, subiectos minui, sed grauior paternam domum destrui , & ipsum de medio tolli ; eo tamen Dauid dolore percellebatur , eo odio contra culpam vrebatur, vt inflictam leuem crederet pœnam, & grauiorem soluere discuperet mulctam. Prodest Abul. q. 42. *Dens percutiebat populum, ut Dauid puniretur in hoc,*

*quod populus peribat : magis autem puniretur, si perirent illis, qui erant cognati sui, ideo petuit mortem super domum patris sui.* Angelus Dauid castigabat subiectorum diminutione, acriùs puniret cognitorum cæde: & Dauid intimo dolore ictus, vt laudabilem expeteret de se vltionem , inflictæ sibi pœnæ adaugere discipit grauitatem. Nam qui verè in admissam culpam irascitur, nullatenus inflictam sibi minuere pœnam admittitur. Iob vnum vulnus erat ; & tamen, vt sanie prorsus abstergeret, testa vulnus amplificabat , & extendebat. *Egressus Sathan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis usque ad verticem eius, qui testa sanie radebat.* *Iob.2.v.7.* Vulnus blandis erat *Iob.2. v.7.* foulendum , non testæ duritie exasperandum ; & tamen Iob testa vulnus extendit, non blandis fouet. Ecqua huius ratio ? Quia in vulnere à dæmonie inflicto adumbrabatur crimen admissum , & suggestione dæmonis perpetratum. Ergo Iob pœnitentium norma eo contra se furore rationabili indignabatur, vt se aspera testa puniret , & castigaret. Bene Gregor.3. Moral.cap.16. *Debemus per asperitatem pœnitentia ipsa delectationum vulnera tergere censura distinctionis rigida, si quid fluxum emanat in cogitatione mundare.* *Vnde bene mox subditur:* *Qui testa sanie radebat.* Alta Iobum vulnera discribabant, & quasi essent leuia , testa exacerbabat durissima , non insano desperationis furore, sed laudabili sanie radendæ prorsus solicitudine: quasi parum esset , quod sustinebat patiens tolerantia , & plus pati exambiret indignata contra culpam laudabiliter pœnitentia. Nam Iob etiæ sanctitate micabat, peccatoris, vt Gregorio placet, vmbra gerebat.

## §. XXXI.

*Durius sapè charitas, quam proprio, vritur dolore alieno.*

**N**on est parvum tormentum aduersitatibus concuti, & calamitatem appetentem formidare, dum semper, quod timetur, suspicionibus ampliatur. Verum feruens charitas appetere solet tormentum, & sibi querere doloris de dolore solatum. Egregiè Basil. Seleuc. Ora.26. de Bono Pastore: *Mali commiseratione monetur, & subiiciens humeros proprio labore ouiculam curat laborantem: gaudet ipsa fatigazione.* Ouiculae labor erat pastoris tormentum, si proprio labore laboranti præbeat subsidium , repetiet ipsa infatigatione solatum; similem charitatis flammam expertus , vt afflito populo subueniret , in se gladium Angelicum Dauid conuerti exoptabat : *Vertatur, obsecro, manus tua contra me :* acsi dicat : Dum oues affligi video, durissimam mortem superstes patior. Mori mihi erit leuamentum , si afflictis , & calamitosis mea attulerim morte solatum : ergo in me gladium conuerte ; nam si ab ouibus amoueris, quo egregiè vror , dolorem leuabis. Prodest Ambros. Apol. pro Dauid cap. 7. *Quam illud admirabile,* *quod Angelo ferenti plebem, se obtulit !* Inferri sibi mortem gaudebat, quia afflictam plebem intuitus, acerrimo dolore æstuabat ; nam vera charitas alieno labore vgetur, cui vt subueniat, propria fatigatione lætatur. Christum Dominum copiosa hominum multitudo usque ad montium inuia secuta est : alimentorum inopia iam laborabat, stimulōfque famis sentiebat : quid tunc Dominus ? *Misereretur turba, ( inquit ) quia triduo iam perseverant me-*  
*cum,*

Math.15.  
v.32.

*cum, & non habent quod manducent.* Matth. 15. v. 32. Triduo turbæ cum Christo perseverat, sed Christus etiam turbæ per tres dies adfuerat, ergo sui misereatur, & turbæ: nam licet esurie turbæ premeretur, plus Christus impastus, & labore edocendi turbam laborabat afflatus; ergo prius suam, quam inopiam leuet alienam. Cur ergo veluti suæ famis oblitus, perquirit plebi alimenta studiosus? Quia minus propriâ, quam alienâ, charitas vngebatur inopiam, & ob id citius sollicitabat plebi alimenta. *Amator hominum* (inquit in Cat. Chryost.) & omnium curam gerens, etiam non potenteribus dat, propter quod dicit: *Misereor turbæ.* Turbæ curam gessit, quasi plus eum torqueret compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui. Cum benedictis offert præmium, eorum profert etiam elogium. *Esuriui enim, & dedisti mihi manducare;* si iui, & dedisti mihi bibere: *hospes eram, & collegisti me nudus, & cooperiuitis me.* Matth. 25. v. 35. Et cur esuriat, sitiat, nudusque algeat, qui crystallinos latices populo exhibuit, qui ad Eliam coruos alimentorum ministros misit, qui Adamo tunicas pelliceas contexit; Audi Basilius Seluc. Ora. 26. *Ego eorum causa, & nudus, & hospes, & vagus, & pauper.* Proprio labore sanitates prouidit, propria fame alimentorum copiam ministravit, siti ptoptia dedit laborantibus siti fluentia, & maluit aerumnas pati, quam suorum aerumnas intuiri; ipsa namque fatigatio gaudebat, qui alienis afflcat ionibus laborabat. Sitiui, inquit. Quando? Cum pauper sitiebat; quia eius siti me plus cruciabat: ergo mihi impertiuitis officium, quia grauius ego sustinebam aliena siti tormentum.

Math. 25.  
v. 35.

## T E X T V S.

VERS. 18. Venit autem Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi.

## §. XXXII.

*Angeli nos edocent pericula euadere, & à Domino veniam consuoi.*

**H**ominum causas piè Angelis à Domino de mandatas agnouimus, ut ipse de eorum prouecta solitas curas agant, ad quotum laudem, hominum sospitates spectant. Angelis adaptatur, quæ aiebat Cassiodor. 9. Var. 21. *Nec enim credendum est, vos inde posse minus esse sollicitos, unde & generi vestro crescit ornatus, & catni prouenit assidua lectio ne consilium.* Angelis accrescit elogium, dum nobis præbent opportunum ad euadenda mala consilium. Cum plaga pestifera desauiret, Gad ad Dauidem venit, & quomodo impenetraret veniam, edocuit: *Venit autem Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi.* A quo Gad fuerit delegatus, scrutantur Interpretes. N. Sanct. existimat, ipsum Angelum, qui cruentum prænsabat gladium, per Gad admonuisse Dauidem, quomodo euadere posset supplicium. Apud sæculum sœpè destinati ministri ad æquitatem tuendam euadendi reos edocent viam. Ergo quod faciunt tribunalium ministri sordido cupiditatis studio, fecit Angelus laudibili salutis hominum desiderio. Interpretis

*Eman. de Naxera in Reg. Tom. I V.*

verba sunt: *Angelus cum haberet in vtrice dexteræ cruentum gladium, peccatorum incolamitati consulit, & qua ratione istum vel declinet, vel eludat, admonet.* Dolebat Angelus hominum stragem, sed obtemporabat diuinis iussis; ergo ut dolori suo prouideret medelam, nec obedientiae violaret formam, offerre consuluit Domino sacrificium, quo sedatur Numinis ira, & cessaret, propitio Numine, plaga. Cum Angelo demandata esset Babylonis punitio, Dei populum clamore præuenit, & matuera sibi fuga consulere, admonuit: *Exite de illa populus meus, ut ne participes sitis delitorum eius, & de plagiis eius non accipias.* Apoc. 18. v. 4. Ni salubri sibi homines fuga consulerent, sepulti ruinis Babylonis iacerent: ergo ipse Angelus, qui infligere descenderat plagam, euadendi Dei populum edocuit viam; est enim Angelorum proprium solitati hominum prouidere, & malis imminentibus obuiare. Ponit admonitionem (scribit hic Anselm.) quia si nunc non sumus de illis, nec tamen damnabimur cum illis. Ne homines Numinis incurvant iram, Angelus clamat, & mature effugium demonstrat.

Apoc. 18.  
v. 4.

## §. XXXIII.

*Quedam à domino prædestinata probantur, si hominum meritis impetrantur.*

**P**lures sunt, qui omnia humana sic cœlestibus decretis adscribant, ut nihil libertati permisum credant: horum verba refert Seneca Epist. 16. *Dicet aliquis: Quid mihi prodest Philosophia, si fatum est? Quid prodest, si Deus rex est? Quid prodest, si casus imperat? Nam & mutari certa non possunt, & nihil preparari potest aduersus incerta: si aut consilium meum Deus occupavit, decrevit que quid facerem, aut consilio meo nihil fortuna permittit.* Horum voces eò tendunt, ut inutile reddiderint humanum arbitrium, & inane edoccent otium. Virtus Deo libenter parit, temptationibus resistit, Deum sequitur, turpia aduersatur. Audi eundem Senecam 2. Natur. Quæst. c. 37. *Existimamus vota proficere, salua vi, ac potestate fatorum: quedam enim à Diis immortalibus ita suspensa relata sunt, ut in bonum vertant, si admota Diis preces fuerint, si vota suscepta.* Ita non est hoc contra fatum, sed ipsum quoque in fato est. Philosophus ipsum decretum à conditione pendere nouit, & tradidit, sibique opponit: *Aut futurum, inquis, est, aut non? si futurum est, etiam si non suscepseris vota, fiet: si non est futurum, etiam si suscepseris vota, non fiet.* Vides argumentum, audi responsum: *Falsa est ista interrogatio: quia illam medium inter ista exceptionem præteris.* *Futurum, inquam, hoc est, sed si vota suscepta fuerint.* Itaque conditionale, non absoluum decretum conditionem expectat, quam pro arbitrio suo voluntas humana queit ponere, aut auferre. Hoc probat noster Textus: *præceperat Deus Angelo, ut gladium recondoret, & ab infligenda pœna abstineret: Sufficit: nunc contine manum tuam.* Angelus per Prophetam Gad Dauidem admonuit, ut aram construeret, & sacrificium litaret. *Angelus Domini præcepit Gad, ut diceret Dauidi, ut ascenderet, strueretque altare Domino Deo in area Hornam Iebusæi.* 1. Paralip. 21. v. 18. Hinc oritur quæstio: Si iam Angelus Domini audierat decretum: *Contine manum tuam:* cut ad Dauidem huiuscmodi dedit mandatum? Nam videbatur otiosum, altare struere, ut cessaret

i. Paralip. 21.  
v. 18.

Q q9 plaga,

plaga, quam iam diuina inhibuerant de cœta. Audi Ambrosium in Psal. 37. Si mandauerat Dominus Angelus, ut parceret, quomodo feriebat adhuc Angelus: nisi quia Dominus, eis vult ignoscere, vult rogari, & ut rogetur, hortatur. Angelus, quia nouit veniae decretum ab altaris strictione pendere, hortatus est Dauidem erigere; quædam namque à Deo sic prædestinantur, ut conditionem ponendam ab hominibus præstolentur. Cessare Angelus est iussus; sed si Dauid aram exstrueret, & sacrificijs indignationem placaret. Consonat Gregor. lib. 1. Dialog. cap. 8. ea, quæ sancti viri efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. Idem fere sentit August. de Eccl. Dogm. cap. 56. & Hieronymus ad Dan. 9. 4. Reg. 20. v. 3. videturque hæc doctrina colligi ex 4. Reg. 20. v. 1. vbi Isaïas Dei nomine mortem Ezechiae prædixit: *Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tue, morieris enim tu, & non viues.* Ezechias, auditio nuntio, in lachrymas effusus est: *Fleuit itaque Ezechias fletu magno.* Quid tunc? Faustiora iam Isaïas prænuntiat, & longiori vita lachrymas honorat: *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiri orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, & ecce sanavi te.* Si quæras, quomodo, decreta iam morte, lachrymis obtainuerit salutem? Respondebunt Patres, faisse conditionale decretum, scilicet, si non lachrymis maculam elueret, & retractati sententiam, fusis præcibus impetrarit. Innuit Hugo Card. Quam sit utilis cordis fletus hic ostenditur. Dixerat Propheta: Morieris, & non viues: fleuit Ezechias, & statim iubetur Propheta nuntiare eidem: Sanavi te. Mors fletu appetens abacta est, sententia mortis rescissa, quia à conditione penitabat, & an pœnitentia accederet, expectabat.

### TEXTVS.

VER S. 19. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus.

### §. XXXIV.

Pœnitentia lugentem quodammodo in sacerdotem initiat, & ad aram accessum parat.

**P**œnitentia honorem adipiscitur, lugente in quodammodo in sacerdotem consecrare probatur. Collocavit in vestibulo pœnitentiam secundam (aiebat Tertul. de Pœnit. cap. 7.) que pulsantibus patet faciat. Alludit ad paradisum, cuius ianuam lugentibus aperit pœnitentia, ut ad vitæ lignum expeditum habeant accessum, & dulcissimum experire possint fructum. Dauid iubetur aream Areuna ascendere, aramque construere, quod statim fecit, ut pro beneficio gratias redderet, & exprompta gratitudine compensaret. Ascendit Dauid, iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus. Rabban. apud Gloss. in area Hornam, qui interpretatur lux, erigendam esse aram, ait, in qua & fides integra, & charitas Domino offeratur perfecta, quibus victimis quam culpa adduxerat, calamitas pellitur, & Numinis gratia acquiritur. Hornam lumen nobis. Benè ergo Dauid volens placare Dominum, altare iubetur in area Areuna, vel Horne construere, quia aliter non placatur Deus ab homine, nisi in area cordis per lumen rectæ fidei, & vera dilectionis constituat altare humili-

tatis, in quo offerat sacrificium oblationis, & laudis. Ambrosius querit, quomodo qui nuper dignus erat supplicio, offerre sacrificium sit iussus, & ascenderit sacerdotali quodammodo dignitate nobilitatus? Respondetque veram pœnitentiam vices agere sacræ vocationis, quæ ad sacerdotium initiat, & hominem Deo consecrat. Ambrosium audi Apol. 1. pro Dauid cap. 7. *Dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione estimabatur indignus.* Ante honorabilem pœnitentiam altaribus accedere erat indignus, post pœnitentiam vero ascendit ad construendam aram, offerendamque laudis victimam, quasi pœnitudinis priuilegio ad sacerdotium fuerit erectus, & altaribus applicatus. Gedeoni frumenta purganti apparet Angelus, & quem dignatus fuerat alloquio, non prohibuit à sacrificio. Precatus est Gedeon permitti sibi sacrificium offerre, & Domino consecrare. Nec recedas hinc, donec reuertar ad te, portans sacrificium, & offerens tibi. Iudic. 6. v. 18. Annuit Angelus: *Ego iudic. 6. præstolabor aduentum tuum.* Hinc oritur difficultas, v. 18. quomodo scilicet concessit Angelus Gedeoni are accedere, & sacrificium litare; quod sacerdotum proprium, & præcipuum? Difficultati videtur respondisse Textus, dum frumenta discutienti, purgantique præmisit Angelum apparuisse. Cum Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, & frageret Madian, apparuit ei Angelus Domini. Glossa Interlait, virga frumenta excutere, esse conscientiam à vitijs virga pœnitentia repurgare, & quidquid diuinos oculos offendebat, expungere, eius verba sunt: *Cum excuterets, atque purgaret à vitijs.* Pœnitentia rigore emundabat conscientiam, delebat culpam: ergo ad nostram eruditionem concessit Angelus offerre sacrificium, quasi pœnitudo, & conscientia puritas eleuarit ad sacerdotium; tanta namque est pœnitentia excellentia, ut triumphos afferat, & lugentem veluti in sacerdotem promoueat. Dauid post pœnitentiam ascendit aram construere, & sacrificium offerre: *Ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat Dominus.*

### TEXTVS.

VER S. 20. & 21. Conspectusque Areuna, animaduertit Regem, & seruos eius transire ad se: & egressus adorauit Regem prono vultu in terram, & ait: Quid causæ est, ut veniat dominus meus Rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: Ut emam à te aream, & aedificem altare Domino, & cesseret imperfectio, quæ grassatur in populo.

### XXXV.

Qui à Deo speciali favore nobilitati, humilitatem colunt, & ipsi accedere gestiunt.

**I**n suis nos munib[us] (aiebat Cassiod. II. Var. 2.) virtus sancta custodiat, quia grauiores infidias antiqui aduersarij tunc subimus, quando eius dona suscipimus. Antiquus aduersarius, quem intueretur supernis dignitatibus resplendere, multimodis conatur telis ferire. Verum ipse celestis favor, quos præ alijs nobilitat, sic custodit, ut humiliores reddantur, & ipsi accedere Numini plus conentur.

Qui

Qui virtutem ostentant, de ostensione lucrum querunt, & futilem plausum exambiunt; qui veris virtutibus expoſiuntur, amplectuntur humilitatem, ſectantur humilem deuotionem. Cūm Dauid posset Areunam vocare, vt aream emeret, maluit accedere: Areuna venientem conſpicatus Regem, aream, triticūmque reliquit, & ad terram pronus Regem adorauit, ſe indignum tanta dignatione confeſſus, & ad obſequendum Regi paratus: Animaduerit Regem, & ſeruos eius trāſire ad ſe, & egressus adorauit Regem prono vultu in terram, ait: Quid cauſa eſt, vt veniat Dominus meus Rex ad ſeruum ſuum? Fauor elationem non inflauit, ſed modiſtorem, humiliorēmque reddidit: ſe plura debere agnouit, dum plura ſuſcepit. Notauit Abul. q.43. Proceſſit obuiam; & cūm accederet iuxta eum, humiliauit ſe in terra, & adorauit. Ecce Areuna, dum propior, inuenitur humilior: ſe vocat ſeruum, & ad obediendum exhortum. Adiectit Abulensis: Quaſi dicat: Valde uifus eſt indulgentia Rex erga me ſeruum ſuum: quia nulla cauſa eſſe poterat, pro qua deberet ad me venire. Cūm Rex eum ſpeciali fauore dignatus eſt, non intumuit ſuperbē inflatus, ſed humiliiter ſe deiecit confuſus: iam aream relinquit, iam, quas ambiebat, meſſium diuitias contemnit, iam, vt appropiet, accelerat gressum, & propinquior ad terram deiicit vultum. Ut hinc noueris, veris virtutibus expolitos non inflari, ſed deiici; qui ſuperbiam redolent, aut euaniad gloriam ſitunt, virtutes mentiuntur, ſed non habere probantur. Sponsus ſponsae pulchritudinem demiratus, aiebat: Pulcherrima inter mulieres. Cant. I, v.5. Hanc pulchritudinem ſic ipſa nesciebat, vt ſe uifcam, & decoloratam crediderit: Nolite me conſiderare, quod uifca ſim. v.5. Huc voſo, quod aiebat N. Delr. in Litt. Grato quodam animi errore, & mentis abalienatione excusatam iſta apprimē decent. Laudabili humilitatis errore ſe exiftimat uifcam, tali ſponſo indignam, & ſolūm rusticaniſ laboribus aptam; dum plū pulchreficit eximia morum concinnate, ſe plus demittit, & aliarum viuere conſortio ſe indignam dicit: non oſtentat uenustatem, cūm ſit pulcherrima, non extollit pulchritudinem, cūm ſit uenuſta; imò ipſa humilitatis demiſſione, verāque humilitate ſe uifcam arbitratuſ, aut ſigram. Et quidem dum gemina, laudabilique cæcitate ſuam pulchritudinem non videt, dum videt uifcedinem, quam non habet, ſe celeſtibus ornatam prærogatiuſ oſtendit; nam niſi eſſet pulcherrima, non eſſet humillima, & niſi eſſet humillima, non eſſet pulcherrima. Hoc eſt enim proprium diuini Spirituſ, ſcilicet quem animum cumulationib⁹ donis implet, demiſſum reddere, & omni ſuī aſtimatione vacuare.

### §. XXXVI.

*Deo ſolemnitas proprijs ſumptibus eſt dicanda, non alienis detrimenis facienda.*

**G**AUDET Deus religioſis victimis, pijs ſolemni-  
tatibus, ſi eas non defecdarint aut iniuſta rapia-  
nt, aut vano coletis gloria. Sunt qui aras ſolemnes exſtruant, qui magnifica donaria offerant, cūm creditorū non ſatisfaciant, & æquitatis iura peruertant. Et quidem eiusmodi ſolemnitates Numinis iram potius accidunt, non benevolentiam alliciunt. Audi Philonem de Plant. Noë: Sunt, qui putant pietatem in matandis bouibus conſitere, qui ex farto, abnegato depoſito, creditore fraudato, raptōque Eman. de Naxera in Reg. Tom. IV.

partis prediſ, portiones altaribus tribuunt. Satius eſſet animum repurgatum afferre, quād donaria eiūmodi infesta pestibus dilargiri. Dauid aram in area Areuna in Dei honorem, & pro culpæ expiatione exſtructurus, digno pretio emit, ne Areuna aliquod ex ſacrificio promanaret incommodum. Quid cauſa eſt (rogat Areuna) vt veniat Dominus meus Rex ad ſeruum ſuum? Dauid interroganti reſpondit: Ut emam à te aream, & adiſcem altare Domino. Abul. q.44. rogat, cur priuſ maluerit emere, quād altare ibi conſtruere: reſpondetque aliquo Areuna detrimen- to, ſi arca fraudaretur, altare conſtrui, & ſacrificium offerri: ergo Dauid, qui Deum geſtiebat placare, noluit illato Areuna detrimen- to, indignationem accendere: Abulensis verba ſunt: Voluit emere aream, ne preiudicaret Areuna. Se- mel erecto altari, area illa Areuna vſibus non po- terat deſeruire, & erat aliquod detrimen- to area priuari. Ergo Dauid noluit aram erigere ſolo alieno, Areuna que incomodo. E ſummatibus non nulli ſumptuosa Sanctis dicare ſolent altaria, ſed creditorum querela: non ſoluunt debita, & putant ſe Sanctis placere ſuperbā pompa. Dauid ſuis factis formam exhibuit, dum aream emit: Voluit emere aream, ne preiudicaret Areuna. Gedeon audit ſubijciendum aduersarium, & gratus offerre properat ſacrificium. Ne receda hinc, donec reuer- tar ad te, portans ſacrificium. Iudic. 6.v.18. Moyses Iudi. 6. mira viſione recreatur, in populi ducem eligitur; v.18. nec obtuliffe victimam legitur: Apparuit ei Domi- nus in flamma ignis de medio rubi. Exod. 3.v.2. Cūm Exod. 3. ad manum haberet gregem, quem minabat, ingra- titudinis potuit censeri culpa, Deo victimā non oblata. Si Gedeon hædum affert, cur vel hædum Moyses non litet? Iam pro Moysē Textus reſpon- det: Moyses paſcebat oues Iethro. Alterius erant, quas paſcebat, oues: ergo noluit de alieno ſacrificium offerre, & altari ouem imponere. Discamus (verba ſunt Basilij Seleuc. Ora. I. ſæpè allata) & Scriptu- ram, dum tacet, audire. Dum Scriptura Moysem ſacrificium obtuliffe non retulit, aperte edocuit, Deum non coli victimis rapinā partis, & altaribus alterius iniuria impositis. Gedeon obtulit de ſuo, Moyses noluit offerre de alieno. ſæpè famuli comiſeratione commoti egentibus tribuunt ſub- fidia, ſed de dominorum ſubſtantia, & ſe putant miſericordes, cūm reuerā delinquent fures.

### TEXTVS.

VERS. 22. Et ait Areuna ad Dauid: Acci-  
piat, & offerat dominus meus Rex, ſicut  
placet ei: habes boues in holocaustum,  
& plaſtrum, & iuga boum in uſum li-  
gnorum.

### §. XXXVII.

*Vrbana Princeps non ſolum impetrat petita, ſed aſſequitur auſtaria.*

**V**Rbana comitas, comis urbanitas homines reddit commendabiles: & vt quisque rufico inurbanōque affectat poſtulata denegare, ſic ur- bano geſtit concedere. Sed licet in priuato ſuam fortiat ut comitas energiam, in Principe maio- rem obtinet efficaciam. Areuna ad ſe venientem conſpicit Regem, occurrit obuius, & cauſam ſcificatus, audit aduentasse Regem, vt aream

emiat, & aram construat: cui Areuna statim: *Accipiat, & offerat dominus meus Rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrum, & inga boum in usum lignorum.* Si David solum petebat aream, cur Areuna boues, & ligna offerat ut obtulerit victimam? Quia Principis virbanitate delectatus ( inquit Abul. q.44.) non solum concessit petita, sed etiam non postulata: Abulensis verba sunt: *Cum Rex honorasset eum, veniendo ad ipsum, dixit: Accipiat aream gratis.* Subiicit: Non solum voluit Areuna concedere, quod Rex petebat, sed etiam obtulit sibi, que non petebat. Fortitan Areuna boues non offerret, si David ad se vocasset, & imperioso supercilio vendi sibi aream iussisset. Ast vbi se comiter habuit, quod petebat, & quod non petebat, obtinuit. Christus Dominus humanè, familiariterque cum discipulis agit, & de cibandis populis veluti consilium init: *Conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbae.* Mat. 15.v.31. Discipuli humanitatem demirantur, sed difficultatibus plenam suadere tem admittuntur: Christus cum satis sciret, quod haberent panes, interrogavit: *Quot habetis panes?* De panibus rogati, libenter offerunt non solum panes, sed etiam de quibus non interrogabantur, pisces. At illi dixerunt: *Septem, & panos piseicullos.* Si Dominus, an piseicullos habeant, non querit, si panum numerum solum inquit: *Quot panes habetis?* Cur non solum panum numerum retulerunt, sed se piseicullos etiam habere manifestarunt? Panes offerant, non rogati de piseicibus, taceant. O humanitatis, ciuitatique vim! Expetiebantur Dominum cum illis humanè agere, & consilium veluti imite, & liberali affectu non solum panes obtulerunt, sed etiam pisces: vt notum omnibus fuerit, humanos, urbanosque Principes non solum impetrare postulata, sed etiam asequi non petita. Hugo Cardinalis ait, yrbatum, humanumque Principem se Dominum ostendisse, & Apostolos humanitate obligasse: *Conuocatis Discipulis suis dixit, in hoc instruens eos. Dicit Glossa quod maiores minoribus debent communicare consilia sua.* Dum consiliorum participatione honorantur, non solum panes, sed & pisces Domino offerre admittuntur. Principes namque affabili humanitate, comitate amabili non solum desiderata, sed etiam impetrant non petita.

### §. XXXVIII.

*Non recusat subiectus Principi dilargiri, quæ in omnium constat utilitatem expendi.*

**O**mnes libenter largiuntur, quæ ad generalitatis commodum postulantur: tributa pendere, contributionibus prægrauari, ex se inueniunt molestem, sed si ad omnium salutem proficit, iam probatur esse incundum. *Nulli labor facit tedium* ( aiebat Cassiod. 5. Var. 38.), qui sumitur pro delectatione cunctorum. Laboris excluditur tedium, si omnium veratur in lucrum: non renuit subiectus pendere, quod generalitati constat proficere: illa solum grauant, quæ euaniis impenduntur delicijs, & futilibus consumuntur impensis. David Areuna non solum libenter offert aream, sed quidquid requirebatur ad hostiam: *Accipiat, & offerat dominus meus Rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrum, & inga boum in usum lignorum.* Plus quam petebatur, largitur: quodsi ex promptæ generositatis inquiras causam, respondebit Textus, Davidis studium esse, oblati sacrifici-

cio generalem pestilentiam abigere, & omnium commodis prouidere: aduentus ad se causam interrogavit Areuna: *Quid causa est, ut veniat Dominus meus Rex ad seruum suum?* Quid tunc David? *Vt emam à te aream, & edificem altare Domino, & cesser interfectio, qua grassatur in populo.* Non petebat aream, vt Achab vineam, vt sibi hortum olerum efficeret, & varijs florum generibus amoenaret; sed vt à populo auerteret pestem, & impetraret omnibus sanitatem. Ergo vt vidit Areuna à se postulata in omnium fore utilitatem vertenda, non solum aream obtulit, sed & boues, & plaustrum addidit. Audi N. Sanctum: *Libenter aream, & gratias obtulit, vbi aram construeret, qua placaret Deum, & ne quid in re tanta intercederet moræ, boues etiam, quibus tunc in terendis frigibus utebatur, pro victimis adhibuit, & ad ignem instruendum pro holocausto plaustrum, iugum, & tribulum, & si quid aliud ex instrumento rustico ad opus illud sacrum videretur idoneum.* Lucrum existimabat Areuna impendium, quod à generalitate deseruiebat expellendum contagium: Naboth restitit, qui vincum in olerum agnouerat conuertendum plantarium. Dolent subiecti pendere, quæ inutiliter intuentur consumi, impendere non grauantur, quæ ad omnium utilitatem profutura videntur. A Samaritide aquam Dominus postulat, & dilargiri recusat: *Da mibi bibere.* Ioan. 4.v.7. Non multopost Apostolos rogat, Ioan. 4. vnde panes ad alendas turbas quiuerint compa- v.7. rare: *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Ioan. 6. Ioan. 6. v.9. Andreas quinque panes, & duos pisces, quos ipse, aut aliis ex Discipulis habebat, vtroneus offert: *Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces.* Christus turbas discubere precipit, & alit: *Facite homines discubere.* Hic discutiendum venit: Cur, qui habebat panes, vtroneus offerat, cum Samaritis aquam iuxta fontem denegarit? Sed Textus ipse dubio respondet: Deposcebat Dominus panes, & pisces, non, vt sibi conuiuum instrueret, sed vt populum aleret: Ergo nec Andreas, nec puer aliis, cunctantur largiri, quod in omnium videbant utilitatem conuerti. *Nondum autem* ( inquit Chrysost. in Cat.) *apparentibus panibus, iussi eos discubere.* Consonat ibi August. *Andreas de quinque panibus, & duobus pisibus suggerit.* Puer, vt Samarites, dilargiti panes non recusavit, quia in publicam utilitatem distribuendos agnouit: vt non eris à subiectis non grauanter impendi, quæ omnium constat utilitati seruire.

### TEXTVS.

**V**ERS. 23. Omnia dedit Areuna Rex Regi, dixitque Areuna ad Regem: Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum.

### §. XXXIX.

*Principem tenax dedecet avaritia, & congruit largitas generosa.*

**I**ntra cæteras, quibus humanum genus pestes inficitur, non leuis avaritia censetur, quæ aut rapere suspirat aliena, aut retinere tenaciter caret propria. In priuatis detestabilis est avaritia, sed in Magnatibus plus odiosa: obscurat origine præclara exortum parcus in dando animus, aut acquirendo semper attentus. Audi Theodahadum Principem

Principem de avaritia suos alloquentem. 4. Var. 39. Avaritiam siquidem radicem esse omnium malorum & Lectione diuina testatur; que tali sorte punita est, ut cum multa rapiat, semper egeat. Attentius audi, quae subiicit: *Quam, propter veritatem generis nostri, sic in animis vestris coalescere volumus, ut illi nec initia concedamus.* Quid enim faciunt sordes animorum in splendore natalium? In suis nec avaritiæ initia tulit, & natali splendoris sordidam esse nebulam publicauit. Hinc est quod Areuna sanguinis splendorem ornauit, cum aream noluit vendere, sed largiri: *Omnia dedit Areuna Rex Regi.* Generosa liberalitas Regem prodidit, & nobili sanguine prognatum ostendit: illud elegit, quod posset originem exornare: despexit lucrum, elegit generositatis præconium: *Dedit Areuna Rex Regi.* (inquit Abul. q. 44.) in quo innuitur, quod Areuna erat Rex: & hoc concedunt Indæ dicentes, quod erat Rex Iebusorum. Vbi consipexit natale suum esse purpuratum, avaritiæ à corde expunxit initium: studuit, ne natalium splendor avaritia sordesceret, sed potius de liberali generositate radiaret. Cum Ægyptij inopia pressi ad Pharaonem clamarent, ad Ioseph emptum olim seruum remisit: *Ite ad Ioseph.* Gen. 41. v. 55. Ioseph horrea aperauit, sed ut alimenta venderet, non ut daret: *Aperuitque Ioseph uniuersa horrea, & vendebat Ægyptijs.* Si inquiras: Cur Pharaon se expeditierit, & negotium illud seruulo demandarit? Respondeo, agnoscere, Principem dedecere emptionis, & venditionis commercium, si alimenta forent gratis largienda, sibi laborem illum assumeret, ubi vero intercedebat pretium, ad Iosephum delegavit; quasi lucro studere non esset Principum, sed seruorum. Huc voco, quod aiebat datus Cassiod. *Hamalis sanguinis virum non decet vulgare desiderium, quia genus suum conspicit esse purpuratum.* Pharaon purpuratus indignum censuit exercere commercia, & sordidâ denigrari avaritiâ.

Gen. 41.  
v. 55.

## TEXTVS.

VERS. 24. & 25. Huic respondens Rex ait: Nequaquam, ut vis, sed emam prelio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo David aream, & boues argenti siclis quinquaginta: & ædificauit ibi David altare Domino, & obtulit holocausta, & pacifica: & propitiatus est Dominus terræ, & prohibita est plaga ab Israël.

## §. XL.

*Homini proficit, quod D o seruit.*

Sacrificium aris impositum, est Dei honor, & hominum salus. *Hec opera* ( aiebat Tertul. de Pœnit. cap. 1.) negotium diuine misericordiae curans, quod homini proficit, Deo seruit. Quod pro hominum salute, pro animarum expiacione offertur, Dei misericordiae adulatur; & benignitati blanditur. Cuius munus Deo placet, laudabili subordinatione ad iram rescindendam compellit. Obtulit David Deo holocaustum, quod ( ut Caietano placet) ignis cœlestis assumpsit, & eodem tempore plaga cessauit: *Propitiatus est Dominus terra;* & cohomba est plaga ab Israël. Quando plaga cohic-

bita? Ipso tempore ( inquit Caietanus) quo munera oblata. *Ecce tempus* ( verba sunt Caietani) quo cessauit pestis, videlicet tempore holocausti oblati a Davide. Propitiari voluit, dum oblationis non respuit obsequium, immo adspexit gratis oculis sacrificium. O beatos, quorum Deus benigno vultu donaria acceptat! nam & remunerat. David humanæ salutis peregit negotium, cum in Dei honorem pingue obtulit holocaustum; nam quidquid Deo seruit, homini proficit. Caini luore æstuantis munus non est admissum, cui erat infligenda dignissimè pœna: displicuit hostia; nam si Cainus dignis Deum holocaustis promeruisse, tardus non delinqueret, sed supplicium gratus vitarer. Dei Arca sacris calebat ignibus, & pruni res fulgebat ardentibus: cumque Isaías labia pollutus doleret, & plectibili se silentio sordidatum agnosceret. *Va mibi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum?* Isaï. 6. v. 5. Seraphin resurgentis calculo reuerenter de altari sumpto, purgauit labia, & gemitus exulauit materia. *Voluit ad me unus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Cum Seraphin interpretetur incendium, querunt Patres: Cui ad purganda labia non manum admouerit, sed de altati ignitum calculus tulerit? respondentque, hoc factò denotasse de Dominico altari hominibus promanare remedium, & humanam in utilitatem conuenti, quidquid constat deuotè Numini consecrari. Calculus aræ impositus in Dei ardebat honorem: Ergo Dei honor labijs attulit puritatem. Opportunè Interl. *Igne altaris purganiur labia.* Prophetæ fuit salubre medicamentum, quod fuerat altaribus consecratum; ab altari à Davide exstrato salus omnibus promanauit, & ad contagium compescendum profecit.

## §. XL I.

*Quisque dum ambit, in officijs praestandis inuenitur ardenter, si assequatur, tepidor.*

Qui capessendi aliquid ambitu obeunt, nihil, quod causam promouere possit; omittunt. *Quæ non atria* ( aiebat Tertul. de Pœnit. cap. 11.) nocturnis, & crudis salutationibus occupant? Atria terunt, expectantes indefessa patientia redeuntis aduentum: antequerunt lucem, ut exentis adauixerint comitatum: verum, si optata assequantur, iam rariora officia, & minora semper obsequia. Laudandis actionibus David ciuismodi hominum adumbravit ingenium, dum pro auertenda peste imposuit altaribus holocaustum: *Obtulit holocausta, & pacifica, & propitiatus est Dominus terra,* & cohomba est plaga ab Israël. Caietanus existimat, holocausti tempore pestem abatam, & iam obtenta salute, pacificam oblatam hostiam: eius verba sunt: *Primum obtulit holocausta, & visa benignitate diuine gracia in igne cœlitus immiso ad vorandum holocaustum intellectus diuinam propitiatiōnem:* & postea obtulit ibidem vittimas pacificas. Holocaustum in Dei honorem penitus consumebatur, & cæteris erat sacrificijs praestantius, & excellentius. Quodsi inquiras: Cui David holocausta non duplicarit, sed minus nobile postea sacrificium obtulerit? Respondeo ex Caietani sententia, dum exambiebat propitiatiōnem, præstirisse sollicitius officium, & iam imperata, non adeò nobile obsequium. Et licet nullā David fuerit aspersus ingratitudinis notā, suis ta-


men factis ambientium adumbravit ingenia: ad aſſequendum, nullum officium omitunt, obtento verò desiderio, immiuunt obſequia, & anguſtare ſolitā munera. Primum obtulit holocausta, & intellexit diuinam propitiationem, & poſteā obtulit ibidem viſtimas pacificas. Quid certius, & viſitatis? Salomon dum Hiran ope ad perficiendum templum, domūmque ſuam indigebat, pro eius arbitrio mercedem promiſit: *Mercedem feruorum tuorum dabo tibi, quicunque petieris.* Audiſ magnificis promiſſionibus allicientem, audi etiam, obtento iam desiderio, Hiran ob exiguum prämium, querelas dantem. Tunc dedit Salomon Hirān viginti oppida in terra Galilea. Et egressus est Hirān de Tyro, vt videret oppida, quae dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait: *Hacceſ ſunt ciuitates, quas dediſti mihi frater?* & appellauit eas terrā Chabul. 3. Reg. 9. v. 11. Caietanus rogaſ: Cur Salomon, qui magnificis prämiſſis Hirān gratiam ſtuduerat ſibi conciliare, poſteā non curauit dignis muneribus complacere? Reſpōdētque, promiſſe, vt aſſequeretur votum, quod iam aſſecutus, immiuit prämium: Audi Caietanum: *Data fuerunt perfectis domib⁹ Dei, & Regis.* Ante perfectam fabri- cam magnifica alliciebat Hirān prämiſſio, iam abſoluta, munus querelarum erat occasio: nam quicque, vt aſſequatur desideria, nullis obſequijs par- cīx, iam aſſecutus, paulatim officio minuit.

## §. XLII.

*Ingenuis, ſi officium präſtitū candidatus, etiam exhibet aſſecutus.*

Ingenuum prodit animu[m] post aſſecutum votum präſtitū decora gratitudine officium. Plures, qui dum ambiebant, ſolicta officiſtate obligabant, obtento iam desiderio, non ſolū denegare ſolent officium, ſed ſubstrahere etiam aspectum: inciuiſes, ingratique argumenta nihil debentium quærunt, & vel ſalutare benefactorem refuſiunt.

Has nesciunt ingratitudinis ſordes, ſorſiti nobiles Lareſ. *Hec eſt enim ( aſtebat Theod. 5. Var. 12.) indubitata nobilitas, qua[m] moribus probatur ornata.* Du- biu[m] originis fulgorem reddunt, qui ingratitudinis notam ſubeunt; cum gratitudinis laude de- beant fulgere, qui originis gloriam fatagunt oſtentare. David dicato Numini holocausto, propitiationem eſt aſſecutus, & aſſecutus desiderium, rēpetiuit iterum ſacrificium, ne minus exhiberet gratus, quām honeſtē obtulerat ambitiosus: *Ob- tulit holocausta, & pacifica;* & propitiatus eſt Domi- nus terre. Quæ Textus ſimul retulit ſacrificia, di- uerſis exiſtimat Caietanus temporibus conſecra- ta. Priuſ David obtulit holocaustum, vt impetraret propitiationem, & iam obtenta, iterauit obſequium, vt oſtenderet gratitudinem. Caietanum audi: *Intellexit diuinam propitiationem, & poſteā obtulit ibidem viſtimas pacificas.* Sacrificium obtu- lit, aſſecutus: ſi vt impetraret propitiationem, ho- locaustum obtulerat candidatus. Sunnamitis mu- lier magna prodiuit: *Erat ibi mulier magna.* 4. Reg. 4. Reg. 4. v. 8. & quidem factis magnitudinem compro- bauit: demortuo filio, vt à Prophetā vitam impe- traret, ad Prophetā pedes procidit: *Apprehendit pedes eius.* Lachrymis filio vitam obtinuit: & iam non ſolū ad pedes corruit, ſed adorationis etiam obſequium addidit: *Venit illa, & corruit ad pedes eius,* & adorauit ſuper terram; tulitque filium ſuum. v. 37. Priuſ curauit gratitudinis officium pendere, quām rediuiuum puerum tollere; & aſſecuta quod optauerat, non ſolū non ſubstraxit obſequium, ſed adauxit adorationis reverentialis officium: & quidem magnitudini ſuæ detrahēret, ſi officia iam aſſecuta minueret; vt impetraret, vultu ad terram demiſſo, & ad Prophetā pedes deiecta implorauit opem, aſſecuta ad pedes corruit, & adorauit. Op- portune Hugo Card. *Adorauit Deum Larīa, vel Prophetam Dulīa.* Plus egit grata, quām egerat aſſequendi ſtudiosa; quod ſatiſ rarum, cum de mo- re ſit nullum officium prätermittere candidatis, & obliuisci exhibere officia iam aſſecutis.





# INDEX

## LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, Quæ in his Moralibus Excursibus in secundum Librum Regum exponuntur.

Prior numerus Caput, Alter Paragraphum, Postremus paginam indicat.

### EX VETERI TESTAMENTO.

#### Ex Genesi.

- A P. I. v. 1.** In principio creauit Deus cœlum, & terram. c. 22. §. 62. pag. 447.  
4. Divisit lucem a tenebris. c. 20. §. 26. p. 377.  
26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. c. 24. §. 28. p. 487
- Cap. II. v. 7.** Formauit igitur Dominus hominem. c. 18. §. 73. p. 278  
15. Posuit eum in paradiſo voluptatis. c. 17. §. 13. p. 197  
Tulit Dominus Deus hominem. c. 15. §. 92. p. 113  
16. De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. c. 17. §. 54. p. 224  
17. De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. c. 15. §. 98. p. 117  
In quocumque die comederis ex eo &c. c. 16. §. 56. p. 183. c. 19. §. 10. p. 295  
28. Faciamus ei adiutorium simile sibi. c. 23. §. 40. p. 470
- Cap. III. v. 1.** Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis? c. 15. §. 454. p. 150. & c. 17. §. 54. p. 224. & c. 22. §. 40. p. 470  
1. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. c. 14. §. 50. p. 30. c. 18. §. 73. p. 278  
4. Nequaquam morte moriemini. c. 17. §. 13. p. 197. & §. 50. p. 221. c. 18. §. 30. p. 254. & c. 16. §. 30. p. 168  
6. Tulit de fructu illius, & comedit. c. 14. §. 103. p. 60.  
7. Consuerunt folia ficus. c. 15. §. 138. p. 141.  
8. Cùm audissent vocem Domini Dei. c. 15. §. 126. p. 133  
Abscondit se Adam, &c. ibi. c. 24. §. 12. p. 479  
12. Mulier, quam dedisti mihi sociam. c. 19. §. 118. p. 358  
14. Maledictus eris inter omnia animantia. c. 16. §. 31. p. 169  
Quia fecisti hoc. ib. c. 23. §. 43. p. 471  
15. Ipsa conteret caput tuum. c. 15. §. 143. p.

144. & c. 17. §. 26. p. 205  
23. Emisit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis. c. 14. §. 63. p. 57. & c. 15. §. 92. p. 113.  
24. Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin. c. 18. §. 6. p. 241
